UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

urn:nbn:de:hbz:466:1-66082

Visual Library

Th. 5776

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

Collegii Paderani Societ. Jesu. 1762.

TOMUS IX.

AB ANNO 633. USQUE AD ANNUM 726.



Regrediente anima Corpusculum pueri Contremuit. Greg. L. II.

Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

E prœlo exit, amice Lector, Hiſtoriæ noſtræ Tomulus nonus, Res Eccleſiæ ab anno Salutis ſexcenteſimo trigeſimo tertio usque ad annum ſeptingenteſimum vigeſimum ſextum complectens. In illis profecto nihil magis obſtupeſcendum occurrit

currit quam exitialis Sectæ Mahometanæ ortus; quippe anno sexcentesimo vigesimo secundo incipit Hegira, seu Æra Mahometis, qui se ipsum Moysi & JEsu Christo exæquare ausus, Arabum impostor, & Christianorum grave flagellum extitit. At Pseudo-Prophetam fuisse, vel hoc solum demonstrat, quod ejus qualiscunque Doctrina non prædicatione pacifica, sed armis, prœliis, victoriis, cæde & sanguine in multas Imperii provincias invecta sit, & nunquam ultra Musulmannicæ Potentiæ limites propagata. In hac etiam periodo Ecclesiam Orientalem perturbavit Hæresis Monothelitarum Hæresis Eutychianæ filia, quam Heraclius Imperator edita sua Ecthesi confirmare, Constantius vero utrique parti indicto de hac controversia silentio supprimere conatus est, & tandem Concilium Constantinopolitanum Universale sextum anno sexcentesimo octogesimo cum suis Fautoribus damnavit. Econtra Ecclesiæ Occidentales Angliæ & Hispaniæ magna ceperunt incrementa, atque Romanæ Sedis cura missi ad

præ-

prædicandum Evangelium Viri Apoſtolici S. Rupertus, S. Corbinianus, S. Bonifacius Fidem Catholicam in Germania tam inferiore quam ſuperiore latisſime diſſeminarunt.

In conſpectu Sæculi VII. dicit Cave, Scriptor notiſſimus: *Epiſcopi Oecumenici Titulum a Phoca Tyranno, bipedum nequiſſimo eo in Pontificem propenſiore, quo infenſiore in Cyriacum Patriarcham animo, impetrat Papa Bonifacius III. circa annum ſexcenteſimum ſextum, non obſtante quod nuper hunc Titulum, velut nomen novum, blaſphemum, ſingulare, inanis gloriæ tumorem, novam ſuperbiam, ſuperbiæ & confuſionis malum, diabolicæ uſurpationis tentationem, ſuperſtitioſum, temerarium, & nefandum elationis vocabulum, primi Apoſtatæ inventionem, & Antichriſti præcurſorem, in Sedis Conſtantinopolitanæ Epiſcopis diſerte & palam damnaverat Bonifacii Prædeceſſor, Gregorius Magnus.*

Phocas haud dubie potuit eſſe Tyrannus, Cyriaco Patriarchæ infenſiſſimus,

mus, & nihilominus veritatem agnoſcere, quod Primatus & Poteſtas in univerſam Eccleſiam non Epiſcopo Conſtantinopolitano ſed ſoli Epiſcopo Romano competat. Atque hic eſt ſenſus Declarationis, quam Bonifacius III. a Phoca impetravit, nam nec ipſe nec ejus in Cathedra Petri Succeſſores Titulo Epiſcopi Oecumenici uſi fuiſſe leguntur. Sed homini Proteſtanti famæ alicujus Romani Pontificis quaqua nocere volupe eſt. Refert etiam Cave propagatam fidem in hunc modum: *Fides Chriſtiana hoc Sæculo per varia Anglo-Saxonum Regna longius latiusque propagatur, quin & ex hac Gente, ſeu fonte perenni, plures amnes in exteras etiam nationes derivati. Hinc Suidberti, Wigberti, Wilfridi, Willebrordi, aliorumque Anglorum laboribus, Friſones, Germani, aliique ſeptentrionales populi ad Fidem Chriſti convertuntur.* Inde agnoſcas, hunc Scriptorem eſſe natione Anglum; ſed populares ſuos laudare, ubi laudabiles ſunt, nemini vitio vertitur. At vero jam attendamus, eſſe ſimul Scriptorem ab Eccleſia Catholica

tholica alienum, nam ille ipſe Cave, qui in hoc ſuo Conſpectu Bonifacium III. a Tyranno Titulum Epiſcopi Oecumenici impetraſſe, Honorium Papam labe Hæreſis Monotheliticæ maculatum, & in Concilio Generali VI. anathemate percuſſum diligentiſſime adnotavit, pertinaci ſolertia reticuit, hos Viros Apoſtolicos in Anglia natos non ſolum in Communione Romanorum Pontificum vixiſſe, ſed etiam ab iisdem ad prædicandam Friſonibus & Germanis fidem miſſos fuiſſe.

Ita nimirum hic Scriptor Proteſtans, quæcunque honori Romanorum Pontificum aliquid detrahere poſſunt, memorat, quæ vero eorum Auctoritatem & Poteſtatem clariſſime probant, omittit. Ubi amor veritatis? Ubi neceſſaria Scriptori Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſinceritas?

Ceterum monitus fui, quibusdam hujus Verſionis Lectoribus non probari, quod multa vel ex Sacra Scriptura vel aliis Auctoribus excerpta

litteris *Curſivis* imprimantur, quamvis Sacræ Scripturæ vel Auctorum verba ipſa non ſint. Ideo profiteor, id nullatenus ea mente fieri, ut quis credat, eſſe ipſa Sacræ Scripturæ vel Auctorum verba, nam Fleurius ſenſum non verba reddere voluit, quod fideliter implevit. Literæ autem *Curſivæ* in commodum Lectoris adhibentur, ut ſine moroſa reflexione ſciat, an Fleurius, vel aliquis alius, ipſo ſenſum referente loquatur.

Vale & lege.

CONSPECTUS
TOMI NONI.

LIBER XXXVIII.

§. 1. Mahometis initia. Pag. 1.
§. 2. Alcoranus. 7
§. 3. Arabes. 8
§. 4. Hegira. 11
§. 5. Abubecer & Omar Califæ. 15
§. 6. Epiſtola Synodica S. Sophronii. 18
§. 7. Secunda Honorii Papæ Epiſtola. 23
§. 8. S. Sophronius Stephanum Romam mittit. 25
§. 9. Omar Jeroſolymam occupat. 26
§. 10. Concilium Toletanum V. 27
§. 11. S. Iſidori Hiſpalenſis Obitus. 29
§. 12. Liturgia Hiſpaniæ. 32
§. 13. Diſciplina hujus Sæculi. 36
§. 14. Concilium Toletanum VI. 39

§. 15. Dagoberti Obitus. Clodoveus II. Rex. 40
§. 16. Leges Barbarorum. 41
§. 17. Honorii Papæ Obitus. 45
§. 18. Eccleſia Anglicana. 47
§. 19. S. Aidanus Epiſcopus. 50
§. 20. Severinus Papa. Joannes IV. Papa. 53
§. 21. Heraclii Ecteſis. 56
§. 22. Ecteſis a Sergio & Cyro recipitur. 58
§. 23. Muſulmanni multis Regionibus potiuntur. 62
§. 24. Heraclii Obitus. Conſtantinus Imperator. 65
§. 25. Honorius defenſus a Joanne IV. 68
§. 26. Joannis IV. Obitus. Theodorus Papa. 71
§. 27. Eccleſia Anglicana. 72
§. 28. S. Furſinus. 75
§. 29. S. Eligius Epiſcopus. 78
§. 30. S. Audomarus. 81
§. 31. Concilium Cabillonenſe III. 82
§. 32. S. Deſiderius Cadurcenſis. 86
§. 33. Epiſtola Papæ ad Paulum Conſtantinopolitanum. 88
§. 34. Querelæ contra Paulum Conſtantinopolitanum moventur. 90
§. 35. S. Maximi initia. 92
§. 36. Collatio cum Pirrho. 93
§. 37. An dici poſſit una Voluntas compoſita. 98
§. 38. An nec una nec duæ Voluntates ſint aſſerendæ? 101
§. 39. Menas. Honorius. Et Sophronius vindicantur. 105
§. 40. Argumenta pro duabus Operationibus. 110
§. 41. Concilia in Africa. 113
§. 42. Muſulmanni in Africa. 116
§. 43. Concilium Toletanum ſeptimum. 118
§. 44. Epiſtola Pauli Conſtantinopolitani ad Papam. 120
§. 45. Typus Imperatoris Conſtantii. 122
§. 46. Paulus, & Pirrhus damnantur. 124

§. 47.

§. 47. Concilium Lateranenſe. Seſſio prima. 126
§. 48. Seſſio ſecunda. 130
§. 49. Seſſio III. 134
§. 50. Operatio Theandrica. 136
§. 51. Seſſio IV. 140
§. 52. Seſſio V. 142
§. 53. Concilii Sententia. 147
§. 54. Epiſtolæ S. Martini Papæ in Orientem miſſæ. 152
§. 55. Eccleſiarum Orientalium Status. 157
§. 56. Epiſtola ad Paulum Theſſalonicenſem. 159
§. 57. Epiſtolæ Papæ ad S. Amandum. 161
§. 58. Monaſteria in Belgio. 163
§. 59. S. Audoeni Diſcipuli. 167
§. 60. Translatio S. Benedicti. 170
§. 61. S. Emmeramus Ratisbonenſis. 172

LIBER XXXIX.

§. 1. S. Martinus Papa perſecutionem patitur. 175
§. 2. Papa Roma abſtrahitur. 179
§. 3. Eccleſiæ in Anglia. 181
§. 4. S. Cedde Epiſcopus Saxonum Orientalium. 187
§. 5. S. Martinus Conſtantinopoli. 190
§. 6. S. Martinus interrogatur. 192
§. 7. S. Martinus peſſime habetur. 196
§. 8. Papa ſecundo interrogatur. 199
§. 9. S. Martini Papæ exilium & obitus. 201
§. 10. Concilium Toletanum VIII. 207
§. 11. Concilium Toletanum IX. 210
§. 12. Prima Quæſtio de S. Maximo habita. 212
§. 13. Colloquium cum Gregorio. 217
§. 14. Collatio cum Troilo & Sergio. 222
§. 15. Quæſtio ſecunda. 226
§. 16. Aliud Colloquium. 229
§. 17. Quæſtio III. habita de S. Maximo. 233

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 18. Pactum cum S. Maximo. 239
§. 19. Concordia soluta. 242
§. 20. S. Maximus secundo exul. 247
§. 21. Concilium Toletanum X. 250
§. 22. S. Fructuosus Bracarensis. 253
§. 23. S. Fructuosi Regula. 255
§. 24. S. Eugenius Toletanus. 258
§. 25. Eugenii Papæ Obitus. Vitalianus. 259
§. 26. S. Eligii Obitus. 260
§. 27. Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum. 264
§. 28. Marculfi Formulæ. 265
§. 29. S. Batildis. 271
§. 30. Monasteria Franciæ. 275
§. 31. S. Maximi Obitus. 279
§. 32. Ali & Moavia Califæ. 282
§. 33. Constans Imperator Romæ. 287
§. 34. Ecclesia Anglicana. 289
§. 35. S. Wilfridi initia. 291
§. 36. Collatio de Paschate. 295
§. 37. Res Ecclesiæ Anglicanæ. 300
§. 38. S. Anastasii Apocrisiarii Obitus. 312
§. 39. Concilium Emeritanum. 314
§. 40. S. Ildephonsus Toletanus. 316
§. 41. Causa Joannis Lappensis. 317
§. 42. Constantis Fata. Constantinus Pogonatus Imperator. 319
§. 43. S. Theodorus Cantuariensis. 321
§. 44. S. Leodegarii initia. 325
§. 45. Viri Sancti in Francia. 329
§. 46. Ecclesia Anglicana. 333
§. 47. Concilium Herefordiense. 338
§. 48. Vitaliani Obitus. Adeodatus Papa. 339
§. 49. S. Leodegarius Luxovii. 340
§. 50. Martyrium S. Præjecti. 347
§. 51. Wamba Rex Gothorum. 350
§. 52. Concilium Toletanum XI. 352
§. 53. Concilium Bracarense IV. 357
§. 54. Martyrium S. Aigulfi. 359

§. 55. Privilegium S. Martini Turonenſis. 362
§. 56. Adeodatus obit. Donus Papa. 363
§. 57. S. Leodegarius perſecutionem patitur. 364
§. 58. S. Leodegarii Martyrium. 369

LIBER XL.

§. 1. Imperator pacem Eccleſiæ dare parat. 373
§. 2. Doni Obitus. Agatho Papa. 377
§. 3. Eccleſia Anglicana. 378
§. 4. S. Wilfridus in Friſia. 382
§. 5. Concilium Romanum in Cauſa S. Wilfridi. 385
§. 6. Concilium celebratum ad delegandos Conſtantinopolim Epiſcopos. 388
§. 7. Epiſtolæ ad Imperatorem datæ. 391
§. 8. S. Benedicti Biscopi itinera. 397
§. 9. S. Wilfridi Reditus. 402
§. 10. Legati Conſtantinopolim perveniunt. 406
§. 11. Concilium Generale VI. Seſſio I. 407
§. 12. Seſſio II. 412
§. 13. Seſſio III. 414
§. 14. Seſſio IV. Quinta & Sexta. 417
§. 15. Seſſio Septima. 418
§. 16. Seſſio Octava. 419
§. 17. Macarius condemnatur. 424
§. 18. Seſſio Nona. 428
§. 19. Seſſio Decima. 431
§. 20. Seſſio Undecima. 433
§. 21. Seſſio Duodecima. 436
§. 22. Seſſio XIII. Honorius condemnatur. 439
§. 23. Patriarcharum Conſtantinopolitanorum Epiſtolæ. 443
§. 24. Seſſio XIV. Scripta conferuntur. 446
§. 25. Seſſio XV. Polycronius. 451
§. 26. Seſſio XVI. 454
§. 27. Concilii finis. 458

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 28. Agathonis Obitus. Leo II. Papa. 462
§. 29. Concilium Toletanum Duodecimum. 466
§. 30. Concilium Toletanum XIII. 470
§. 31. Leonis Papæ Epiſtolæ ad Hiſpanos. 473
§. 32. Leonis II. Obitus. Benedictus II. Papa. 475
§. 33. Concilium Toletanum XIV. 477
§. 34. Conſtantini Obitus. Juſtinianus II. Imperator. 479
§. 35. S. Ansbertus Archiepiſcopus Rothomagenſis. 482
§. 36. Joannes V. Papa. 485
§. 37. Conon Papa. 487
§. 38. S. Kilianus Herbipolenſis. 490
§. 39. Cononis Obitus. Sergius Papa. 493
§. 40. Concilium Toletanum XV. 497
§. 41. S. Julianus Toletanus. 500
§. 42. S. Wilfridi labores. 503
§. 43. S. Cutbertus Epiſcopus. 507
§. 44. S. Wilfridus reſtituitur. 509
§. 45. Cedualla & Ina Reges Saxoniæ Occidentalis. 511
§. 46. S. Theodori Cantuarienſis Obitus. 513
§. 47. S. Suitbertus in Friſia. 516
§. 48. Concilium Cæſarauguſtanum tertium. 519
§. 49. Concilium in Trullo. 521
§. 50. Matrimonium Clericorum. 523
§. 51. Alii Canones ad Clericos ſpectantes. 528
§. 52. Sacramenta & Cæremoniæ. 530
§. 53. Monachi &c. 533
§. 54. Papa Concilium rejicit. 536
§. 55. Juſtinianus pellitur. Leontius Imperator. 540
§. 56. Concilium Toletanum XVI. 543
§. 57. Concilium Toletanum Ultimum. 547
§. 58. Leontius pellitur. Apſimarus Imperator. 549

LIBER

LIBER XLI.

§. 1. S. Willebrordus in Friſia. 551
§. 2. S. Wulframus. 557
§. 3. S. Ansberti Obitus. 561
§. 4. Concilia in Anglia. 562
§. 5. Sergii Obitus. Joannes VI. Papa. 563
§. 6. Monaſteria Farfenſe, & S. Vincentii. 566
§. 7. Vitiza Rex Hiſpaniæ. 569
§. 8. Concilium Neſtrefieldenſe. 570
§. 9. S. Wilfridus Romæ abſolutus. 573
§. 10. S. Adamnanus Abbas. 577
§. 11. Juſtinianus Imperator reſtituitur. 580
§. 12. Abdelmelici mors. Ovalidus Califa. 581
§. 13. Joannis VI. obitus. Joannes VII. & Siſinnius Papæ. 582
§. 14. S. Bonetus Claromontanus. 585
§. 15. S. Tetricus Antiſſiodorenſis. 588
§. 16. S. Lamberti Obitus. 590
§. 17. Conſtantinus Papa. 593
§. 18. S. Wilfridus reſtituitur. 594
§. 19. S. Wilfridi Obitus. 597
§. 20. S. Epiſcopus Althelmus. 600
§. 21. Picti Schiſma abjiciunt. 603
§. 22. Papa Conſtantinopoli. 606
§. 23. Juſtiniani fata. Philippicus Imperator. 608
§. 24. Philippicus deponitur. Anaſtaſius II. Imperator. 612
§. 25. Muſulmanni in Hiſpania. 617
§. 26. Conſtantini Obitus. Gregorius II. Papa. 619
§. 27. Anaſtaſius depoſitus. Theodoſius. Leo. Imperatores. 621
§. 28. Clerici militantes. 623
§. 29. S. Rigobertus Archiepiſcopus Rhemenſis. 625

§. 30.

§. 30. Gregorii II. Capitulare. 627
§. 31. S. Rupertus Salisburgenſis. 629
§. 32. S. Corbinianus Friſingenſis. 633
§. 33. Monaſterium Montis Caſſini reſtauratur. 637
§. 34. S. Ceolfridi Obitus. 640
§. 35. S. Bonifacii Moguntini initia. 644
§. 36. S. Gregorii Ultrajectenſis initia. 650
§. 37. S. Bonifacius Epiſcopus. 652
§. 38. S. Lambertus Leodium transfertur. 656
§. 39. Concilium Romanum. 659
§. 40. Translatio S. Auguſtini. 661
§. 41. Pelagius Rex Aſturiæ. Ibid.
§. 42. Chriſtiani ſub Muſulmannis perſecutionem patiuntur. 665
§. 43. Leonis Iſauri initia. 669
§. 44. S. Bonifacii in Germania labores. 671
§. 45. Danielis Epiſcopi Epiſtola Dogmatica. 672
§. 46. Utiles S. Bonifacii conatus. 675
§. 47. Epiſtolæ Papæ ad S. Bonifacium. 676
§. 48. Epiſtola S. Bonifacii ad Danielem Episcopum. 679

HISTO-

S. CORBINIANUS ECCLESIÆ FRISINGENSIS FUNDATOR.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXVIII.

HONORIUS I. PAPA.
HERACLIUS IMPERATOR. ARIOVALDUS REX.

§. I.

Mahometis initia.

Interea in Oriente Arabes Mu- Sæculum VII
sulmanni, Sectatores Maho- A.C. 633.
metis, grassabantur, quorum progressus inauditi exigunt, ut hujus Nationis originem repetam. In

Sæculum VII A. C. 633.

Regione *Hejas*, seu Arabia Petræa, quam Mare rubrum alluit, posita est Mecha urbs antiqua, ubi præter alias habitabat una Arabum Tribus, *Coraïsitarum* seu Corisianorum dicta, qui genus suum, si ipsis fidem habemus, ab Ismaele per filium illius primogenitum *Cedar* ducebant. Ex ea Tribu erat Familia *Hasebem*, unde natus est Mahomet, seu magis *Mahommed*, sic enim Arabes pronunciant ejus Nomen, quod idem ac *Desideratus* sonat. Lucem primo aspexit anno Alexandri 882. secundum Ægyptios, id est, anno JEsu Christi 568. parente ejus Abdalla defuncto, cum puer biennis esset, & decedens avus *Abdelmoutleb* nullas opes nepoti reliquisset, cum dura paupertate colluctantem suscepit Abutalib, patruorum alter, & puerum educari curavit. Eum mercaturæ adhibuit; quippe plerique Mechæ incolæ in Regione sterili hac industria inopiam levabant. Igitur cum Mahomet adhuc juvenis lucri cupiditate sæpissime iter faciens usque Damascum in Syria perveniisset, quædam vidua dives, cui nomen Cadija, in domum suam susceptum initio procuratorem rei domesticæ habuit, & postea conjugem suum accepit, quamvis ipse vix annum vitæ vigesimum octavum, ipsa vero quadragesimum numeraret. Mahomet

Elmac. c.1.

Abulfarag. Dyn.9.p.101

ex

ex ea nihilominus liberos atque etiam Fatimam filiam genuit. Sæculum VII A. C. 633.

Annos natus quadraginta, anno JESUChristi 608. Mahometes cœpit Prophetam se dicere, & a Deo intellectum suum illustrante missum, ut corruptam Religionem repararet, atque id verum esse primo uxori suæ Cadijæ, tum Zeidi suo mancipio, patrueli suo Ali, Abutalibi filio, & Abubecro, viro pietate & divitiis notissimo, persuasit. Quinque alios præterea scilicet universim novem homines hoc commento infatuavit. Annis exinde quatuor elapsis publice ut Prophetam se gessit, & Religionem suam prædicavit. Non novam Doctrinam afferre se dicebat, sed Abrahami & Ismaelis Religionem puram reducturum jactabat, Religione Judæorum & Christianorum antiquiorem. Ecce Doctrinæ illius Compendium! *Unicus datur Deus, perfectissimus, & totius universi Creator, qui diversis temporibus Prophetas ad eruditendos homines misit, videlicet Noemum, Abrahamum, Moysem, aliosque, quos Judæi noverunt.* Addebat aliquos Vates ex Gente Arabum, secundum Patriæ suæ traditionem. *Propbetarum omnium maximus*, subjungebat, *fuit JEsus Filius Mariæ, natus ex ea per miraculum, quamvis Virgo esset. Ipse est Messias, Verbum, Spiritus Dei. Hunc cum Ju-*

Sæculum VII A. C. 633.

dæi interficere voluissent, Deus eum Miraculo servavit. Joannes Filius Zachariæ, Apostoli JEsu, & Martyres, Viri Sancti sunt. Lex Moysis & Evangelium sunt Libri Divini: sed homines semper Dei Beneficiis abutebantur. Judæi & Christiani Veritatem adulterarunt, & Sacras Scripturas corruperunt; ideo misit me Deus, ut Arabes a suæ Nationis Viro erudirentur. Itaque Idololatriæ renunciandum est, unicus Deus adorandus, nec ei tribuendi sunt Filii, nec Filiæ, aut quicunque alius, qui honoris ipsi soli debiti, particeps fiat. Ceterum, recipiendus est Mahomet tanquam Dei Propheta. Credendum, futurum esse Resurrectionem, & Judicium universale, dari Infernum, ubi impii æternum ardebunt, & Paradisum, tanquam hortum deliciis affluentem, pluribus fluviis rigatum, ubi boni æternum omni voluptatum genere cum plurimis formosissimis mulieribus fruituri sunt. Mahometes rejiciendam esse Idololatriam prædicabat, quia in ejus patria necdum penitus erat sublata. Prohibet tribuere Deo filium sibi æqualem, ut Doctrinam de Trinitate excluderet, & de Filiabus quoque mentionem ingerit, quia Arabes Idolalatræ quasdam Deas colebant.

Religio Mahometis.

Circa Ritus Religionis externos præscripsit Orationem per diem quinquies certis

certis horis peragendam, & corporis munditiem tanquam dispositionem ad orandum necessariam. Hanc puritatem in eo constituit, ut homo vultum, pedes manusque & quandoque totum corpus lavet. Circumcisio quoque ad hanc corporis puritatem trahitur. Item Mahometes abstinentiam a vino, sanguine, & carne porcina, Jejunium in mense Arabico *Ramadan*, & inter dies Hebdomadæ Sanctificationem diei Veneris præcipit. (*) Hortatur, ut Sectatores sui religiose Mecham peregrinarentur, ibique Templum quadratum, *Caaba* dictum, cujus jam illa ætate apud Arabes maxima veneratio erat, inviserent; dicebant enim, hoc a Deo electum fuisse, in quo adoraretur, & ab Abrahamo fundatum credebant; tunc vero Idolis plenum erat.

Sæculum VII A. C. 633.

(*) Cum Turcarum Sultani Mahomet V. & Osmanus Ibrahim, quorum alter anno 1754. & alter 1757. fatis functus est, lethali morbo decumberent, cives Constantinopolitani, morti proximos esse, ex eo conjecerunt, quod die Veneris ad Templum S. Sophiæ oraturi, ut adsueverant, equo non veherentur; unde dispicimus, quam tenaces sint antiquissimæ Cæremoniæ ad illorum Religionem pertinentis. Ceterum hodie Mahometani Circumcisionem superstitiose servant, at circa Mahometis sui præceptum abstinendi a vino laxe admodum dispensasse deprehenduntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VII A. C. 633. In eodem templo lapis niger ſervabatur, cui etiam Mahometes reverentiam haberi juſſit. Tandem præcepit, ut, ubicunque Sectatores ſui verſarentur, oraturi faciem ad hoc Templum verterent. Suos præſertim ad dandam eleemoſynam, & Decimas reddendas hortabatur. Præterea Sectatores ſuos excitabat, ut ad defendendam Religionem arma caperent, Paradiſum pollicitus illis, qui in pulchro certamine occumberent, & Infernum ceteris comminans, qui vecordes domi ſuæ manerent, niſi ſaltem aliquam Bonorum ſuorum partem in ſumptus belli conferrent. Jubebat Idololatras deleri, & illos, qui Religionem ſemel ſuſceptam dimitterent, pœna capitis plecti. Cumprimis ſuos in Dei voluntatem ſimpliciter & ſine ullius periculi metu reſignatos eſſe volebat, innixus Doctrina Prædeſtinationis, quam non intelligebat, atque fatum eſſe inevitabile putabat. Ex voce *Salama*, quæ ſignificat Reſignationem in Deum ſine modo, derivatum eſt nomen *Islam*, Mahometis Religioni proprium, & alterum nomen *Moslemin*, qua illam Religionem profitentes ſignificantur. Nos illos Muſulmannos appellamus, quo nomine eos deinceps ſemper indicabimus.

§. II.

Sæculum VII
A. C. 633.

§. II.

Alcoranus.

Mahometes Doctrinam, quam suis Discipulis tradebat, sensim conscribi jubebat, eamque nomine communi *Al-coran*, id est, Lectionem, dicebat, seu ut nos loqui solemus, Scripturam. Hanc mentiebatur sibi de Cælo afferri ab Angelo Gabriele, quocum sibi frequentissima colloquia esse fingebat. Imo morbo comitiali laborasse, & ut uxorem, quam tanta calamitas affligebat, consolaretur, dixisse fertur, quod ipsa paroxismum putabat, Extasin esse, qua durante sibi Angelus loqueretur. Alcorani sermones argumentis, ordine, & nexu carent; at non sine consilio scripti sunt. Illo enim collineant, ut confictæ Missioni Mahometis Auctoritatem concilient, dum falsus hic Propheta audacia incredibili affirmat, se ex Dei mandato loqui, atque refert exempla Moysis, ceterorum Prophetarum & ipsius JEsu Christi, qui semper homines sibi adversantes experti essent. Narrat plurimas Historias veteris novique Testamenti, sed ferme omnes corruptas, & immixtis fabulis. Non nunquam crassam ignorantiam suam prodit, præsertim in illo loco, ubi Mariam Moysis Sororem cum Maria Virgine confundit. Affert interdum

Theoph. an. 21. Heract. p. 277.

Sæculum VII A. C. 633.

dum manifeste inter se contraria, & jam dicta ad nauseam usque repetit. Nihilominus interponit præcepta moralia, præscribit Religionis Cæremonias, aut quasdam Leges in vitæ commercio observandas. Sed ubique rerum ordo desideratur. Interdum suam ipse Apologiam texit, & ad ea, quæ sibi objiciebantur, respondere conatur. Jam adnititur erigere animos suorum, quos illata ab hostibus clades, aut alius tristis casus afflixerat. Ubique autem locos communes Oratorum de Majestate Dei, de ejusdem Potentia, Bonitate, de ingrata hominum mente, de pœnis & præmiis alterius vitæ adhibet, & quantum potest stilo tumenti, & figurato sublimem eloquentiam Sanctorum Prophetarum imitari affectat.

§. III.

Arabes.

Nec Mahometis Doctrina, nec Ritus, quos observandos proponebat, plerisque Arabum ignoti erant; nam, quamvis magnus esset inter ipsos Idololatrarum numerus, multi tamen etiam Judæi & Christiani in Arabia versabantur. Christiani ut plurimum in extremis Arabiæ partibus, quæ Syriam & Persiam spectant, habitabant; nihilominus in medio, & Provincia *Nageranensi* Ecclesia

sia erat & Sedes Episcopalis, de qua mentionem fecimus. Aliqui Arabum erant Religione Magi; scilicet ignem adorabant secundum Religionem Persarum; verum plerique Sabiani erant, atque Mentium Cœlestium & Astrorum Cultores. Hi Doctrinam suam a veteribus Chaldæis hauserant, qui tradebant, homines non alio modo posse ad Deum accedere quam auxilio Spirituum, nec ad ipsos Spiritus alia via, quam occasione corporum, in quibus residebant; dicebant vero, Spiritus primo in Astris, & etiam in Statuis residere. Hinc corporum Cœlestium in hæc terrena influxus credebant, atque Talismis & carminibus magicis vim maximam tribuebant. Ceterum eorum Doctrina quoad substantiam eadem fuit ac novorum Platonicorum, quam Julianus Apostata amplexus fuerat.

Sæculum VII A. C. 633.

Sup. Lib. XXXI. n. 60.

Sup. L. XV. n. 46.

Quamcunque vero Religionem Arabes sectarentur, rudissimi ut plurimum erant, & omnium maxime in *Hejaz*, id est Arabiæ Petræa, Regione ob sterilitatem soli, & mare rubrum navigandi difficultatem, exteris pene incognita. Hinc novissima erat in illa Provincia litterarum scientia, quam Mahometis tempore haud pridem Corisiani acceperant. Ipse autem nec litteras legere nec efformare didicit. Antequam litterarum

Alcor. c. d' Araf. p. 189.

Sæculum VII A. C. 633.

rum usus inter Arabes inveheretur, Nationis suæ Genealogiam & Res gestas carminibus, quæ recitari solebant, sicut ceteræ Nationes omnes, memoriæ mandabant; cum vero Traditiones ejusmodi nulla scriptione firmarentur, scatebant innumeris fabulis. Præter versus amabant Arabes aliquod Eloquentiæ genus, nempe Sententiis ingeniosis, metaphoris, translatione audaci, verbis selectis & numerosa periodo delectabantur; sed eorum oratio solidis argumentis, & rerum ordine, destituebatur. Nihil inerat, quod ad persuadendum viro ratione prædito sufficiisset. Cum tamen Mahometes ista dicendi methodo excelleret, & hominibus loqueretur nihilo se sapientioribus, quæcunque voluit persuasit; nam talia afferebat, quæ eorum indoli & præjudiciis erant consentanea. Arabes etenim jam diu a Judæis & Christianis unum Deum sibi prædicari audiebant; imo Sabiani aliquod Ens primum & omni ex parte perfectum agnoscebant. Multi ex Idolorum Cultoribus credebant Resurrectionem non hominum solum, sed animalium quoque, quæ eidem secum tumulo inferri jubebant, sibi in altera vita usui futura. Circumcisionem, frequentes ablutiones, peregrinationes ad Templum Mechanum Arabes antiquis Traditionibus tenebant.

Absti-

Abstinentia a sanguine non solum a Judæis servabatur, sed etiam a Christianis, quorum multi amore sobrietatis etiam vinum non bibebant, aliunde rarum in Regione, ubi vites non coluntur, & quo ex terris remotis invehendum est. Calor quoque nimius facit, ut in Arabia existentibus aqua frigida, si sitiant, gratissima sit. Denique vinum potus est hominibus semper armatis valde periculosus. Sæculum VII A.C. 633.

Insolitum non erat videre Christianos septies in die & aliqua noctis parte orantes, jejunantes in Quadragesima, Decimas dantes, & copiosas eleemosynas largientes. Igitur vix quidquam aliud restabat, quam ut Pseudo Propheta inter Arabes aboleret Idololatriam, jam ante in toto Romano Imperio extinctam, & in orbe universo Infamia laborantem.

§. IV.

Hegira.

Multos tamen Mahometes, & præsertim illos, qui de sua Tribu erant, nempe Corisianos, sensit adversarios. Amentem, Dæmoniacum, impostorem appellabant, & cumprimis miracula exigebant, quibus se missum probaret. Ipse respondebat: *Deus multa vobis ostendit miracula, sed plerique vestrum ea non agnoscunt. Animalia super terram ingre-* *Alcor. c. des gratific. p. 146. 158.*

Sæculum VII A. C. 633.

ingredientia, & aves in aere volantes, Creaturæ ipsius sunt. Et infra: *Miracula a Deo sunt, nesciunt homines tempus, quo illa patraturus est. Et si miracula viderent, non se converterent.* Et alibi: *Dixerunt: non credemus Prophetæ, nisi miracula viderimus. Dic eis: me non esse missum, nisi ut prædicem Verbum Dei.* Dicebat, Deum per Moysen, JEsum, ceterosque Prophetas miraculorum satis edidisse. Tandem locis suis communibus, quos repetere non cessabat, de potentia Dei, de Judicio, de Inferno & Paradiso se tuebatur. Corisiani postquam se Mahometis somnia rejicere professi essent, fixo in Templo Mechæ Edicto eum proscripserunt, & toti Tribui suæ prohibuerunt, ne ullum haberent commercium cum filiis *Asebem*, nempe Mahometis linea, & tribus patruis ejus, qui illius factionem propugnabant. Cum igitur nova Religio in aliis Arabiæ partibus, & præcipue Yatribæ, urbe veteri mercatorum commercio celebri, sexaginta ferme leucis a Mecha distante, qua ad fines Ægypti & Syriæ tenditur, radices egisset, Mahometes illo se recipere statuit, & postquam Discipulos suos, quos Mechæ habebat, præmisisset, ipsus quoque illo se contulit, ut de inimicorum suorum insidiis securus viveret. Hæc est illa notissima Mahometis fuga, quam

c. de Jon. p. 235. du Tonnerre. p. 179. Edict. 1651. in 12.

quam Muſulmanni Hegiram, id eſt, per- Sæculum VII
ſecutionem vocant, & ex quo tempore A. C. 633.
annos ſuos numerant. Incipit hæc Epocha decimo ſexto Julii anno JEſu Chriſti 622. Yatribam vero urbem Prophetæ *Medinat-al-Nabi* appellant, quæ nobis ſub ſimplici nuncupatione Medinæ magis nota eſt.

Res prodigio ſimilis eſt, quanta exinde Mahometis Factio incrementa ceperit. Sæpius in aperto campo cum Judæis & Coriſianis congreſſus victoriam reportavit; hinc illi tandem anno ſexto Hegiræ, qui eſt annus 627. pacis fœdera inierunt. Eodem anno Muſulmanni Mahometem ſolemni ritu ſub quadam arbore Principem ſuum & Dominum proclamarunt, non enim ſolum Religionem docere, ſed etiam regnare, atque eorum Legislator, Princeps & Propheta eſſe volebat. Legum, quas eis obſervandas dedit, in variis Alcorani locis diſperſarum ſumma hæc fuit. Ad Matrimonium quod ſpectat, pro veteri gentis conſuetudine plures uxores conceſſit, & libertatem easdem repudiandi, & Mahometis
quoties lubuiſſet, recipiendi. Præter Principatus.
uxores mancipia, id eſt, ancillas concubinas habendi licentiam dedit, atque ut Diſcipulos ſuos exemplo firmaret, quindecim ipſe uxores alebat. Morem impium quorumdam Arabum lata lege ſuſtulit,

Sæculum VII A. C. 633.

stulit, qui non nisi prolem masculam, interemptis fœminis, enutriebant. Liberorum educationem, & Orphanorum curam suis inculcavit. Statuit ordinem succedendi. Contractus initos conscribi, & bonam fidem servari jussit. Legibus conditis Disciplinæ militaris & spolia hostibus detracta dividendi rationem præscripsit; nec dubitandi locus est, quin Justitiæ rigor, quo æqualitatem servabat, ad eum magnum numerum Sectatorum pellexerit. Curiam sibi & Ministros, nempe tres *Cadis*, id est, Judices, plures Notarios, Apparitorem, & Prætorio præfectum constituit. Anno Hegiræ octavo, JEsu Christi 629. cum Corisiani pactas inducias violassent, Mahometes cum exercitu decem millium Musulmannorum in fœdifragos movit, urbem Mecham, nemine mœnia defendere ausō, intravit, atque ab omnibus Propheta & Princeps salutatus est. Satis Victori fuit, paucos & atrocissimos inimicorum suorum necare; at Sedem, quam Medinæ fixerat, nunquam mutavit, & non nisi religiosæ peregrinationis causa anno Hegiræ decimo Mecham se contulit. Eodem anno & sequente duo alii Prophetæ in diversis Arabiæ partibus *Mouseleima* & *Asouad* surrexerunt; Mahometes vero anno Hegiræ undecimo, JEsu Christi 631. e vivis cessit annos natus sexaginta

ta tres, postquam regnasset annis ferme novem, ex tot uxoribus nullos liberos post se relinquens nisi Fatimam, uxorem Ali, Mahometis consanguinei, Abutalibi filii. Mahometes tota Arabia armis subacta Regiones omnes ad Orientem & Meridiem, quadringentarum leucarum tractum, suæ Dominationi subjecerat. Sæculum VII A.C. 633.

§. V.

Abubecer & Omar Califæ.

Eodem die quo Mahometes extinctus est, Musulmanni in Successorem ejus sibi elegerunt Abubecrum ex primis ejusdem Sectatoribus virum, & Aichæ, qua inter ceteras uxores Mahometi nulla carior fuerat, parentem. Is nomen Califæ id est Vicarii, seu locum tenentis, nempe Prophetæ defuncti assumpsit. Ille etiam collegit, & in uno volumine conscribi jussit Alcoranum, quem Mahomet diversis temporibus & locis pro nata occasione dictaverat, cum prius solummodo in dispersis libellis & memoria Musulmannorum, eos recitantium, conservaretur. Abubecer tunc sexagenario major duobus tantum annis regnavit, cujus præ ceteris dotibus alienum a divitiarum cupiditate animum, & amorem justitiæ laudabant. Singulis diebus Veneris, quibus Musulmanni ab omni opere quiescere solent, omnem pecu-

Sæculum VII A. C. 634.

pecuniam ærarii publici in ſuos diſpenſabat, plus ſibi non reſervans, quam in ſingulos dies drachmas argenteas tres, quæ circiter viginti quatuor obolis noſtræ monetæ æquivalent.

Sub initium ejus Regni non nullæ Seditiones comprimendæ, & duo præſertim Prophetæ *Aſouad* & *Mouſeleima* compeſcendi fuerunt. Tertius quoque, cui nomen *Talitia*, turbas movit; ſed omnes acie victi, & eorum copiæ diſſipatæ; nam Abubecer brevi tempore regnans magna tamen terrarum ſpatia ſuæ poteſtati ſubjecit. Ad Regionem Irac, quæ eſt antiqua Chaldæa, Arabes, Perſarum ſubditos ad deditionem compulit, & in vicinia Syriæ, illos Arabes, qui Romanis parebant, bello tentavit. Hi a Romanis male habiti, haud ægre Muſulmannis juncti, viæ duces extiterunt, in ditionem Gazenſem anno Hegiræ 13. JEſu Chriſti 634. penetrantibus. Gazæ Præfectus, cum urbem ſuam milite cinctam cerneret, petiit ad ſe mitti Fecialem, cui colloqui poſſet. Tunc ipſe Amrulfus, qui Muſulmannis imperabat, acceſſit; cui Præfectus: *Cur nos laceſſis?* Amrulfus reſpondit: *Venimus, Principis noſtri juſſu, ut vos ad Religionem noſtram acceptandam invitemus; ſi eam amplectimini, Fratres veſtri erimus, ſi non placet, Tributum nobis pendite, & eritis noſtri*

Theoph. an. 22.

Elmac. lib. 1. *c.* 2. *p.* 19.

noſtri fœderati. Si neutrum feceritis, ſolus gladius litem dirimet, atque vobis bellum inferemus, ut Dei mandata exequamur. Sæculum VII A. C. 634.

Inter hæc Abubecro eodem anno Hegiræ decimo tertio JEſu Chriſti 634. poſtquam regnaſſet annis duobus & quatuor menſibus, fatis functo, ſucceſſit Omar, ſecundus poſt Mahometem Califa, aſſumpſitque Titulum: *Emir-al-moumenin.* Id eſt, Fidelium Imperator, qui ad ejus quoque Succeſſores tranſiit. Omar æquitatis inter ſuos obſervantiſſimus, Abubecri morem omnibus diebus Veneris totum Ærarium in Muſulmannos effundendi retinuit eo ſolum diſcrimine, quod cum Abubecer conditionis & Status in Perſonis rationem habuiſſet, ipſe potius indigentium neceſſitatem perpenderet; dicebat enim, hujus Mundi Bona non in alium finem quam ad ſublevandam vitæ neceſſitatem nobis eſſe data. Nimirum hi primi Califæ priſtinæ ſuæ paupertatis memores, vitam intra modeſtiæ leges frugalem ducebant. Omar regnavit annis decem, quo temporis ſpatio, everſo Perſarum Imperio, Romanis quoque Dominatum in Syriam & Ægyptum abſtulerunt.

Anno Hegiræ 14. ſeu 635. cum Muſulmanni, Damaſco in poteſtatem redacta, etiam in Phœnice ſedes fixiſſent,

Sæculum VII A. C. 635.

Heraclius Imperator amiſſa ſpe, Syriam ſervari poſſe, Conſtantinopolim ſe recepit, eoque pretioſum Crucis lignum transferri juſſit, facile proſpiciens, Jeroſolymam brevi ab hoſtibus occupandam, quod etiam elapſis annis duobus ita evenit. S. Sophronius populum ſuum exhortabatur, ut tanta calamitate admonitus ad Deum ſe converteret; id enim diſpicimus in Sermone, illo tempore in Die Natalitia Domini ad populum pronunciato. Vir Sanctus in amariſſimos queſtus ſolvitur, quod Barbarorum incurſus illo Sanctiſſimo Feſto Fideles Bethlehem, tam prope Jeroſolymam poſitum, pergere, & tenerrimæ Pietati indulgere non permitterent.

Theoph. an. 24. p. 280.

Bibl. PP. to. 2. p. 564.

§. VI.

Epiſtola Synodica S. Sophronii.

Conc. 6. Act. II. p. 852. Phot. cod. 231. p. 887.

Sanctus Sophronius in Sedem Jeroſolymitanam evectus absque omni mora congregata Synodo Epiſtolam Synodicam ſcripſit, in qua majorum Eccleſiarum Epiſcopis pro veteri more Fidei ſuæ rationem exponit. Hæc ad Sergium Patriarcham Conſtantinopolitanum, & ſecundum alia exemplaria ad Honorium Papam dirigitur; nemo vero dubitat, quin ad utrumque miſſa fuerit. Eſt ampliſſima, & in exordio queritur Vir Sanctus, quod e ſolitudine ſua excitus excelſam

Sedem

Sedem conſcendere compulſus fuiſſet. Tum fidem ſuam profitetur, & Myſterium Trinitatis fuſe explicat, Hæreſes adverſas refutans. Ita etiam de Incarnatione diſſerit, prolixe unitatem Perſonæ contra Neſtorium, & diſtinctionem Naturarum contra Eutychem probat, ſubjungens: *Inde eſt, quod idem JEſus Chriſtus revera operatus fuerit, quæ tam uni quam alteri ſubſtantiæ conveniebant, quod non feciſſet, ſi unicam habuiſſet Naturam.* Et infra: *Sicut in JEſu Chriſto quælibet Natura ſuam retinet proprietatem, ita etiam quælibet, quod ſibi congruum eſt, operatur.* Et iterum: *Scimus, quod duarum Naturarum quælibet operationem ſuam realem, naturalem, & congruam habeat.* Rurſus: *Idcirco non dicimus, duas Naturas unicam realem & indiſtinctam operationem habere, ne eas ad unicam ſubſtantiam & unicam Naturam, qui eſt error Acephalorum, redigamus; quippe naturæ non aliter quam ex operationibus cognoſci poſſunt.*

Ut diſtinctionem operationum captu faciliorem redderet, illas ſingillatim enumerat, & quidem primo operationes humanas. JEſus Chriſtus, ut hic S. Sophronius loquitur, naſcitur ſicut nos, lacte nutritur, creſcit, ab una ætate ad aliam tranſit, donec vir perfectus evadat. Tolerat famem, ſitim, fatigationem in

Sæculum VII
A. C. 635.

Conc. p.856.

p.864.

p.869.

p.872.

ibid.

873.

ibid.

Sæculum VII A. C. 635.

itineribus, more aliorum hominum incedens & ex loco in locum progrediens. Nam vere homo erat, habens corpus limitatum, & ad certam figuram determinatum. Hinc cum esset infans brachiis Virginis Matris suæ portabatur, & inter ubera materna quiescebat. Hinc fatigatus sedebat, & dormiebat, quando somnus ei erat necessarius. Etiam dolorem sentiebat, cum percutiebatur, flagellis cædebatur, & cum in cruce manus pedesque perforabantur. Naturæ humanæ, quando volebat, dabat occasionem faciendi, aut patiendi, quod ei competit, ne ejus Incarnatio phantastica, aut oculorum ludibrium videretur. Nam nulla istarum actionum vel passionum, quamvis esset humana & naturalis, libertate carebat. Avertat Deus opinionem hanc execrabilem! Deus erat, qui sic volebat in carne sua pati, ut nos salvaret, & nobis donum impassibilitatis mereretur. Indutus erat corpore passibili, mortali, & corruptibili, passionibus nostris naturalibus & innoxiis subjecto, illudque sinebat tam agere, quam pati secundum naturam suam usque ad tempus Resurrectionis suæ, quo omnia, quæ in nobis corruptibilia sunt, abjecit, ut nosmetipsos ab iisdem liberaret. Sicut libere factus erat homo, ita etiam libere patiebatur, non sicut nos contra volun-

p. 876.

ibid. p. 880.

voluntatem noſtram, neceſſitate, & aliqua Tyrannidis ſpecie, ſed quando & quantum volebat. Sæculum VII A.C.635.

Quod ſpectat ad Operationes Divinas, eæ ſunt primo Conceptio prodigioſa, exultatio S. Joannis in utero matris, JEſu Nativitas, in qua & poſt quam Sancta Mater ejus Virgo permanſit, ut ante fuit. Paſtores voce cœleſti moniti, Magi a ſtella adducti, ipſorum dona, & adoratio. Scientia litterarum, quin eas didiciſſet, aqua in vinum mutata, ſanatio morbidorum, cœcorum, paralyticorum, leproſorum, omnia cetera Miracula, quæ, licet miniſterio corporis patrata, Divinæ tamen Naturæ argumenta ſunt. S. Sophronius addit; dari in JEſu Chriſto Operationes medii ordinis Divinæ ſimul & Humanæ, ad quod operationum genus Operationem S. Dionyſii *Theandricam*, præcipuum illud Monothelitarum Munimentum, (*) referebat. *p.* 876. *p.* 880. Duæ in Chriſto Operationes.

(*) Nempe S. Dionyſius omnium primus hac voce uſus fuerat: Der proteſtantiſche Ueberſetzer giebt dieſe Worte alſo auf ſeiner 622. Seite im 5ten Theile: Welcher (der heilige Dionyſius) ein ſtarker Verfechter und eine Stütze der Monotheliten war. Der heilige Dionyſius Areopagita ein ſtarker Verfechter der Monotheliten! Herr Ueberſetzer! das iſt von Herzen ungeſchickt. Die übrigen häufigen Fehler ungerechnet.

Sæculum VII. A. C. 635

bat. Jam enim illa ætate nemo Auctoritatem librorum, qui S. Dionysio tribuebantur, quamvis ante annos centum omnibus ignoti fuissent, in dubium vocabat.

Sup. Lib. XXXII. §. 33.

S. Sophronius deinde Origenis errores damnat, & profitetur, se quinque Concilia universalia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonense, & secundum Constantinopolitanum recipere. Tum etiam recipit omnia Scripta S. Cyrilli, & Epistolam S. Leonis, tanquam S. Petri & S. Marci Oracula. Anathema dicit omnibus Hæreticis, quorum nomina incipiens in Simone Mago usque ad Hæreticos suæ ætatis recenset. Inter hos duos nominat Origenes, nempe secundum cognomento Adamantium, & Magnum Appollinari conjungit. Inter ultimos meminit Jacobi Syri, qui Jacobitarum Auctor esse creditur, & deinde Athanasii Syri, quem illorum Patriarcham esse putant, Imperatori Heraclio, ut retuli, Hierapoli collocutum. Subjungit quemdam Anastasium & omnes illos, quos Monothelitæ malis artibus eo adduxerant, ut ipsorum errorem dissimularent; quod de Cyro, Sergio & ipso Imperatore accipi potest. Nihilominus S. Sophronius Doctrinam suam Sergii, cui scribit, judicio submittit, & ejus ad Deum precibus se commendat. Postea addit:

p. 881.

p. 884.

p. 888.

Conc. p. 890

Sup. Lib. XXXVII. §. 41.

p. 896.

addit: *Ora etiam pro Imperatoribus nostris* (nempe Heraclio & Filio ejus) *ut Deus omnes Barbaras Nationes Victoribus subjiciat, & præsertim superbiam Saracenorum proterat, qui in nos inopinato invecti ferocia crudeli, & impia audaciæ omnia depopulantur.* Sæculum VII A. C. 635. p. 897.

§. VII.

Secunda Honorii Papæ Epistola.

Hæc Epistola Honorium Papam a proposito, utrique Parti silentium imperandi, dimovere non potuit. Datis igitur ad Cyrum Patriarcham Alexandrinum litteris dicebat, rejiciendam esse novam hujus vocis unius vel duarum Operationum inventionem, & Ecclesiæ Doctrinam istarum disputationum nubibus non esse obscurandam, sed ab expositione Fidei has voces novissime invectas esse rescindendas. Alteram quoque ad Sergium Constantinopolitanum dedit Epistolam, in qua dicebat: *An forte, qui sic loquuntur, putant, JEsu Christo unam vel duas Naturas tribuere, idem esse, ac duas Operationes fateri? quod dicere vel cogitare valde absurdum est.* Subjungebat: *Id tibi aperiendum esse existimavi, ut cognoscas fidem meam esse tuæ consentaneam, & eodem Spiritu animemur. Scripsimus etiam ad Fratres nostros Cyrum & Sophronium, & hortati* Conc. 6. Act. 14. p. 968. p. 969.

Sæculum VII A. C. 635.

tati ſumus, ne novæ voci unius duarumve Operationum inhærerent, ſed nobiſcum dicerent, unicum eſſe JEſum Chriſtum, qui in duabus Naturis exiſtens tam id, quod Divinum, quam quod humanum eſt, operatur. Illos quoque, quos Sophronius ad nos miſit, monuimus, ne impoſterum de duabus Operationibus loquerentur, & promiſerunt claris verbis, ſe his vocibus non uſuros, ſi modo Cyrus de una Operatione ſileret. Hæc eſt Epiſtola ſecunda Honorii ad Sergium, in qua ſe ei plene conſentire profitetur, atque voces duarum Operationum vel unius æqualiter novas & periculoſas eſſe exiſtimat. (*)

Quod vero ad promiſſionem Legatorum S. Sophronii ſpectat, non apparet, ipſos tale aliquid promittendi poteſtatem habuiſſe, & conſtat, hujus promiſſionis nullum fuiſſe effectum.

§. VIII.

(*) Eadem hic notanda, quæ ſupra ad ejus Epiſtolam primam. Hic etiam Honorius duas Naturas aſſerit, quamvis neceſſariam exinde illationem de duabus Operationibus diſſimulare videatur, At certe Monothelita non eſt, cum æque unam ac duas Operationes affirmari oportere ſincere neget.

Sæculum VII
A. C. 635.

§. VIII.

S. Sophronius Stephanum Romam mittit.

Imo majore quam antea zelo S. Sophronius Monothelitis se opposuit, atque sexcentis Patrum testimoniis in duo volumina collectis eos convincere, & ad sanam Doctrinam reducere conatus est. At illi fervore pio irritati, eo magis in Sanctum Virum calumnias spargebant. Igitur cum Hæresin in dies incrementa sumere cerneret, quemquam suorum Romam mittendum esse credidit. Tum vocatum ad se Stephanum Episcopum Dorensem ex Suffraganeis suis primum, & in montem Calvariæ deductum, ita affatus est: *Memineris, te aliquando illi, qui in hoc loco Sancto crucifixus est, venturo judicare vivos & mortuos, rationem redditurum esse, si jam Fidem periclitantem deseras. Fac ergo, quod ipse ob incursiones Saracenorum facere non possum. Ex ista extrema orbis parte strenue te confer ad Sedem Apostolicam, ubi sanæ Doctrinæ fundamenta sunt.* (*) *Viros Sanctos, qui ibi degunt, certiores redde de his omnibus, quæ hic aguntur, & rogare non desine, donec banc novam*

Suppl. Steph. to. 6. Conc. p. 104.

(*) Testimonium adversus Protestantes consideratis omnibus circumstantiis invincibile!

Sæculum VII A. C. 636.

Doctrinam judicaverint, & Canonice damnaverint. Stephanus vehementissima S. Patriarchæ oratione commotus, cum præterea plerique Episcopi, populique in Oriente Catholici precibus suis instarent, illico profectionem exorsus est. Hoc comperto, Monothelitæ iter facientem impedire extremo conatu moliti sunt, missis in diversa loca mandatis, ut prehenderetur, & catenis vinctus retraheretur; ille nihilominus structas insidias evasit, & Romam, forte Honorio Papa jam defuncto, pervenit.

§. IX.

Omar Jerosolymam occupat.

Prior ex hac vita migravit S. Sophronius, haud diu postquam Jerosolyma a Musulmannis capta fuisset, quod anno 636. contigit. Annis omnino duobus obsidione pressa tandem initis conditionibus Omaro Califæ præsenti deditionem fecit. Ille Sanctam Civitatem intravit indutus vili cilicio ex pilis camelorum contexto, ut quasi Devotionem profiteretur; cumque petiisset sibi ostendi, locum, in quo Templum Salomonis stetisset, suis manibus sordes, quibus repletus erat, asportare cœpit, statuitque, ibi pro suæ Sectæ hominibus Oratorium extruere. Tunc S. Sophronius Danielis Vaticinium, *Abominationem Desolationis*

Theoph. an. 26. p. 281.

Elmac. lib. 1. c. 3. p. 28.

nis in Loco Sancto, oculis ſuis conſpice- Sæculum VII
re ſibi videbatur. Califa deditam ur- A. C. 636.
bem in ſuam tutelam recepit datis publice litteris in hunc modum: *In Nomine Dei Clementis & Miſericordis. Omar filius HITTAB populo Civitatis Æliæ, Civibus, liberis eorum, & mulieribus ſecuritatem promittit. Bona quoque & Eccleſias ſuas omnes ſervent, non deſtruentur, nec claudentur.* Omar Bethlehemum quoque ſe contulit, & in ſpecu Nativitatis oravit. Interim Muſulmanni utrinque tam in Syria quam in Ægypto felicibus armis ſui Imperii fines proferebant. Paucis elapſis annis cum Omar Jeroſolymæ Moſcheam in loco Templi Salomonis ædificari juſſiſſet, & ædificium ſemper corrueret, hujus rei cauſam exquiſivit; reſponderunt Judæi: *Nunquam ſtabit hoc ædificium, niſi Crucem, quæ in monte Olivarum fixa eſt, ſuſtuleris.* Illa Cruce ablata firmum ſtetit ædificium, quæ res JEſu Chriſti inimicis ad plures alias Cruces dejiciendas prætextum præbuit.

Theoph. an. 25. 26. Theoph. p. 284.

§. X.

Concilium Toletanum V.

Anno 636. Æra 674. in Hiſpania Concilium Toletanum V. celebratum. Is annus erat primus Cinthilæ, qui Siſenando fratri ſuo ſucceſſerat, & huic Concilio

Sæculum VII A. C. 636.

cilio cum Proceribus Aulæ ſuæ interfuit. Conditi ſunt Canones novem, qui ferme omnes ad ejus ſecuritatem firmandam & ſtabiliendum Regnum tendunt. Illa, quæ in Concilio ſuperiore, quod magnum & univerſale vocatur, decreta fuerant, executioni dari jubentur, & præcipitur, ut Statutum de Principis incolumitate in omnibus Hiſpaniæ Conciliis prælegatur. Item decernitur, ut populi Cinthilæ Regis poſteros amore & honore proſequerentur, & nemo eorum hæreditatem diripere auderet. Nempe cum Reges per electionem ad ſolium eveherentur, ſæpe Regis defuncti liberi a Succeſſore male habebantur. Prohibetur, ne Reges Donationes Anteceſſorum ſuorum revocent. Item, ne quis, niſi ex primis Gothorum ſtirpibus natus ſit, regnum ſperare audeat. Prohibitum eſt vivo Rege ſuperſtitioſe indagare, quis ejus Succeſſor futurus ſit, aut eum maledictis proſequi. Hæc omnia ſub Anathematis pœna prohibentur, ſed poteſtas Regi relinquitur reo veniam concedendi. Rex Cinthila omnia hujus Concilii Decreta, Edicto ultimo menſis Junii eodem anno edito, confirmavit.

to. 5. Conc. p. 1735.

c. 2.

Sup. Lib. XXXVII. §. 46.

c. 7.

c. 2.

c. 6.

c. 3.

c. 4.

c. 9.

c. 8.

Hoc Concilium ex tota Hiſpania fuerat congregatum, id enim ex ſubſcriptione Epiſcoporum numero viginti duorum cum Legatis duorum abſentium diſpici-

spicimus. Primus est Eugenius Archi- Sæculum VII
episcopus Toletanus S. Justi Successor, A. C. 636.
quem socium habuerat, cum sub Disci- *p. 1729.*
plina S. Helladii a prima ætate in Mona- *Sup. Lib.*
sterio educaretur. At S. Helladius ad *XXXVII.*
Episcopatum promotus Eugenium e Mo- §. 45. *Ildef.*
nasterio vocatum ad vitam Clericalem *Ill. c. 12.*
instituerat. Morum gravitas ex viri
incessu apparebat, excellenti etiam in-
genio præditus in Astronomia doctissi-
mus evaserat. Sedem Toletanam annis
circiter undecim tenuit.

§. XI.

S. Isidori Hispalensis obitus.

Sanctus Isidorus Hispalensis eodem an- *Redempt.*
no 636. migravit in Cœlum, postquam *ap. Boll. to. 9.*
Ecclesiam suam annis ferme quadraginta *p. 349. &*
rexisset. Cum finem vitæ sibi instare *Init. Isid.*
augurraretur, solito largius eleemosynas
in pauperes sparsit, & sex ferme mensi-
bus pauperum turbæ a mane usque ad
vesperam domum ejus implebant. Mor-
bo ingravescente duos Episcopos Joan-
nem & Eparchium (is verisimiliter est
Episcopus Italiæ, qui sexto Concilio To-
letano subscripsit) advocavit, & domo
egressus ad Ecclesiam S. Vincentii pro-
cessit, comitante ingenti multitudine
populi, Clericorum, Monachorumque,
qui optimi Patris jacturam tenerrimo
affectu deflebant. Ubi ad Ecclesiam per-
venit,

Sæculum VII A. C. 636.

venit, in medio Chori ante cancellos Altaris ſubſtitit, & fœminas remotius ſtare juſſit. Tum altero Epiſcoporum ei Cilicium imponente, & altero cinerem aſpergente, elevatis ad cælum manibus alta voce orans veniam peccatorum ſuorum petiit. Deinde de manibus Epiſcoporum Corpore & Sanguine Domini Noſtri recepto omnium adſtantium precibus ſe commendavit, veniam erratorum poſtulavit, debitoribus ſuis Chirographa reddidit, & omnes ad Charitatem reciprocam exhortatus, quidquid pecuniæ ſupererat, pauperibus diſtribui juſſit. Hæc in Sabbato Sancto acta. Poſtea domum reverſus S. Episcopus, elapſo quatriduo, decimo nono Lunæ æra 674. id eſt, anno 636. die Jovis, quarto Aprilis, quo die etiam ab Eccleſia ejus memoria honoratur, in pace quievit.

Mart. Rom. 4. Apr.

Braulio Epiſcopus Cæſarauguſtanus S. Iſidori Elogium litteris mandavit in hunc modum: *Credo, Sanctum Virum his noviſſimis temporibus a Deo miſſum, ut Hiſpaniam collabentem fulciret, eximia Antiquorum exempla in ſe exhiberet, & crudam a nobis ruſticitatem depelleret.* Enimvero S. Iſidorus multos reliquit libros; ſunt autem ejus Scripta plerumque ex antiquioribus Auctoribus excerpta, in quibus vaſta eruditio & improbus

bus labor deprehenditur, quamvis non multa ipse invenerit, nec multum in seligenda materia desudaverit. Opus inter cetera maximum & celeberrimum est illud de Originibus seu Etymologiis, scriptum rogante S. Virum eodem Braulione, qui illud in viginti libros divisit, nam S. Isidorus reliquerat imperfectum. In eo omnes ferme artes, omnesque scientias tractat, initium ducens a Grammatica, aliisque artibus liberalibus; nempe breves tradit rerum definitiones, adjunctis Etymologiis non semper accuratis. Sed tamen inde verum sensum multorum verborum Græcorum & Latinorum, quorum tunc recens adhuc erat traditio, discimus.

Sæculum VII A. C. 636.

S. Isidori Libri.

Ceterum inter Opera S. Isidori in ordine ad Disciplinam utilissimum est illud, quod de Officiis Ecclesiasticis scripsit. In eo enumerat omnes Horas, omnesque Officii partes, quæ eædem sunt ac hodie, & Hymnorum Auctores S. Hilarium & S. Ambrosium esse dicit. Ordinem Collectarum in Missa dicendarum recenset in hunc modum: *Prima recitatur, ut moneatur populus & ad orandum excitetur. In secunda invocatur Deus, ut preces & Oblationem Fidelium clementer suscipiat. Tertia recitatur pro Offerentibus, & pro Defunctis, ut per hoc Sacrificium veniam obtineant.*

1. *Off. c.* 15.

Sæculum VII A. C. 636.

neant. (*) *Quarta oratio præmittitur oſculo Pacis & Charitatis, ut omnes animo reconciliati per Sacramentum Corporis & Sanguinis JEſu Chriſti uniantur. In quinta præparamur ad Sanctificationem Oblationis dum Creaturæ terreſtres & Angelorum Cæleſtes Exercitus ad laudandum Deum invitantur.* Nempe illud eſt, quod Præfationem appellamus. Tum S. Iſidorus proſequitur: *Sexta eſt Confirmatio Oblationis per Spiritum Sanctum ſanctificatæ. Ultima eſt Oratio* c.16.17. *Dominicalis.* Poſt iſtas ſeptem Sacrificii Collectas S. Iſidorus ponit Symbolum Nicenum & tandem Benedictionem populi.

§. XII.

Liturgia Hiſpaniæ.

Omnes hæ Collectæ & in eodem ordine adhuc hodie viſuntur in Miſſa Mozarabica, id eſt vetere Liturgia Hiſpaniæ, cujus præcipuus Auctor S. Iſidorus habetur. In hac Miſſa ſicut in noſtra initio dicitur *Introitus* cum aliquot verſibus Pſalmi. Tum *Gloria in Excelſis* extra Adventum & Quadrageſimam, & prima Collecta. Deinde legi-

Mabill. 1. *Liturg. Gall. c.2.p.* 10.

tur

(*) Hic probatur conſtans Eccleſiæ conſuetudo contra Proteſtantes. Oratur in Miſſa pro Defunctis, utique non illis, quorum animæ jam vel in Cælo, vel in Inferno ſunt.

tur Prophetia seu Vetus Testamentum, Graduale, Epistola & Evangelium, quod sequitur Alleluja. Tunc fit oblatio, sub qua Sacerdos aliquas preces, similes nostris recitat. Deinde cantatur Offertorium, quod Sacrificium vocant; & huc usque appellatur Missa Catechumenorum. Tum Sacerdos lavatis manibus, & dicta oratione secreta salutat populum, & elata voce recitat orationem, quæ proprie Missa appellatur, quia est initium Missæ Fidelium, estque etiam prima inter illas septem, quas S. Isidorus memoravit. Ea continet exhortationem ad populum, ut Festum Sancte celebretur, qua recitata populus ter dicit: *Agios*, id est Græce Sanctus. In Collecta secunda Sacerdos postulat a Deo, ut non respiciens peccata nostra preces nostras benigne suscipiat, & subjungit: *Episcopi nostri, scilicet, Papa Romanus ceterique offerunt Deo Sacrificium suum pro se, pro Clericis suis & populo. Presbyteri quoque omnes, Diaconi, Clerici populusque tibi offerunt, memoriam agentes Sanctorum Apostolorum & Martyrum. Hic eorum nomina elata voce recitantur. Tum addit Sacerdos: Et pro animabus Defunctorum, Hilarii, Athanasii, Martini, Ambrosii, Augustini, Fulgentii, Leandri, Isidori.* Quibus nomina plurium aliorum Episcoporum

Sæculum VII A. C. 636.

Bona I. Liturg. c. 11.

Sæculum VII A. C. 636.

Toletanorum adjuncta fuere. Hæc consuetudo Sanctorum Episcoporum Nomina cum ceteris Defunctis omnibus recitandi inde esse creditur, quod primis temporibus non nisi SS. Martyres publice invocari solerent.

Bona II. Liturg. c. 14. n. 4.

Sequitur Oratio tertia, quæ vocabatur *Post Nomina*, ubi Sacerdos pro Vivis & Defunctis orat. Oratio quarta recitatur pro Pace, qua Sacerdos præsentes exhortatur ad concordiam perfectam, moxque alter alteri osculum Sanctum figit. Tum Sacerdos dicit: *Introibo ad Altare Dei*, & expansis manibus voce elata pronunciat Orationem quintam, quæ vocatur *Illatio*. Hæc Præfationi nostræ respondet, & Mysterium seu Historiam Festi incidentis summatim continet. In fine dicitur: *Sanctus* sicut in nostra patria. Postea Sacerdos inclinatus pronunciat preces Consecrationis, quas Canonem appellamus, easque S. Isidorus non memorat, forte quia submissa voce pronunciantur. Hæ preces in plerisque Missis diversæ sunt & non nunquam breviores, quam Præfatio. Sequitur Oratio sexta, quæ *Post pridie* vocatur, qua Sacerdos petit sanctificari Hostiam, eosque, qui ejus participes futuri essent. Id vero non ideo fit, ac si Hostia non jam ante per Verba Consecrationis sanctificata fuisset; sed videlicet

cet omnes preces unum totum consti- Sæculum VII
tuunt; hinc aliæ Liturgiæ, ut superius A. C. 636.
annotavi, has jam præponunt, jam post- *Sup. Lib. XXXI.*§.36
ponunt.

Sacerdos deinde Antiphonam, quæ fractionem Hostiæ præcedit, recitat, & Hostiam super Calicem, ut eam populus videat, tenens dicit: *Confiteamur ore, quod corde credimus.* Tunc Chorus cantat Symbolum Nicenum, seu potius Constantinopolitanum, Sacerdote interim Hostiam frangente & dividente in novem Particulas, quas super Patenam in formam Crucis disponit. Singulis Particulis Nomen suum est, videlicet: *Corporatio*, id est, *Incarnatio*, *Nativitas*, *Circumcisio*, *Apparitio*, *Passio*, *Mors*, *Resurrectio*, *Gloria*, *Regnum*. Tum Sacerdote agente Memoriam vivorum, & Orationem Dominicam pronunciante, ad plerasque petitiones populus respondet: *Amen!* immittit deinde in Calicem Particulam, quæ vocatur *Regnum*, dicens: Sancta Sanctis! & sicut nos mentionem de Conjunctione Corporis & Sanguinis facit. Mox Benedictionem, nostræ Benedictioni Episcopali in Festis solemnibus dari solitæ similem, impertitur. Tum accipiens Particulam, quæ vocatur *Gloria*, & supra Calicem tenens, agit Memoriam Defunctorum. Sumit hanc Particulam, tum

Sæculum VII A. C. 636. omnes reliquas & pretiosum Sanguinem. Cantatur Communio, Sacerdos recitat Collectam, quam Postcommunionem appellamus, & tandem Diaconus populum dimittit. Talis est Missa Mozarabica, quæ hodie non amplius, nisi in unico Ecclesiæ Toletanæ Oratorio celebratur.

§. XIII.

Disciplina hujus Sæculi.

Liber Officiorum S. Isidori plures alios de Disciplina Ecclesiastica Articulos, quos memorare operæ pretium est, complectitur. In tota Ecclesia Fideles Evchariſtiam jejuni accipiunt, & aquam vino miscere oportet. Qui per peccatum mortui sunt Gratiæ, antequam accedant, pœnitentiam agant. Hæc cum de pœnitentia publica accipi vix possint, de Secreta sunt intelligenda. Ceteri a Sacra Mensa diu non absint. Conjuges per aliquot dies, antequam communicent, se contineant. *In universa Ecclesia Sacrificium offertur pro mortuis; hinc Traditionem Apostolicam esse merito credimus.* Festa Ecclesiæ sunt: Omnes Dies Dominici, Nativitas Christi, Epiphania, Dominica Palmarum, Dies Jovis, Veneris & Sabbatum in Hebdomada Majore, Pascha, Ascensio, Pentecostes, Festa Apostolorum & Martyrum, Dedicatio Ecclesiarum. Hæc Festa sapienter in eum finem

1. *Off.* c. 18.

c. 24. 25. &c.

c. 35.

finem instituta fuerunt, ut Fideles sæpius congregati mutuo se ad Fidem excitent, & sancte lætentur. *Festa Martyrum celebramus, ut excitemur ad eos imitandum, & eorum apud Deum preces flagitemus; at cultu latriæ eos non honoramus, qui soli Deo competit. Hinc eis Sacrificium non offerimus, sed iisdem honorem Charitatis Christianæ non servitutis impendimus.* (*)

Sæculum VII A. C. 636.

c. 34.

In Ecclesia jejunatur in Quadragesima, quæ est decima totius anni pars. Item ante Pentecosten, & Mense septimo, id est quatuor Angariis. S. Isidorus nullam de mense Decembri mentionem facit, quo tamen jam ætate S. Leonis jejunabatur. Sed de aliis jejuniis loquitur, die primo Novembris, & primo Januarii, quæ non amplius observamus. Die primo Januarii veteres Christiani jejunabant, ad abolendam Paganorum superstitionem, qui Jani honores inter convivia & larvatorum tripudia celebrare solebant, eo ferme modo, quo apud nos Bacchanalia aguntur. Id quoque annotat, Jejunium die Veneris fuisse ab omnibus receptum, & plerosque jejunium Sabbati adjungere, quod & nos mutato jejunio in abstinentiam observamus.

c. 36. *Sup. Lib. XX.* § 37. 38. Jejunium.

c. 39. 40. *Sup. Lib. XXXVII.* §. 47.

c. 42.

c. 43.

(*) Ex hoc loco & explicatione, cavillationes Protestantium satis refelluntur.

Sæculum VII A. C. 638.

Tandem addit Ecclesiarum Consuetudines esse diversas, & quemlibet more illius loci, ubi esset, vivere oportere.

Lib. II. c. 4. S. Isidori opinione Tonsura Clericalis originem suam ab Apostolis trahit, quem morem ipsi a Nazaræis accepissent. Dicit, ideo Tonsuram Coronæ formam referre, ut significetur Regnum & Sacerdotium in Ecclesia uniri. Adnotat, Episcopo in sua Ordinatione baculum & annulum tradi. De Chorepiscopis mentionem facit, quos illa adhuc ætate Episcopi habebant, ut ruri eorum Vicarii essent. Dicit, Chorepiscopis potestatem esse Lectores, Subdiaconos, & Exorcistas constituendi. (*) Pœnitentes barbam & capillos nutriunt, super Cilicium prosternuntur, & cinere conteguntur. Presbyteri & Diaconi solum coram Deo Pœnitentiam agunt, ceteri publice & Episcopo præsente. Pœnitentia morituris facile conceditur, sed pœnitentia tam sera raro sincera est, nec in ea spes firma poni potest. Competentes dicuntur, qui baptizari expetunt, in quo ab aliis Catechumenis distinguuntur. Hæc mihi in Libris S. Isidori Hispa-

c. 5.

c. 6.

c. 16.

c. 21.

(*) Hæc conjecturæ locum dant, non fuisse Episcopos; si enim Episcopi fuissent, etiam Episcopos & Presbyteros ordinasse saltem alicubi sine dubio legerentur.

Hiſpalenſis præ ceteris magis notatu di- Sæculum VII
gna viſa ſunt. A. C. 638.

§. XIV.

Concilium Toletanum VI.

Honoratus S. Iſidori Succeſſor ſexto *to.5. Conc. p.* Concilio Toletano, menſibus octo- 17. 50.
decim poſt Quintum nempe nono Jan. 638. Æra 676. Regis Cinthilæ anno ſecundo, qui illud convocaverat, celebrato ſubſcripſit. In eo cum Regis & Optimatum conſenſu ſtatuitur, exinde nullum Principem ad Solium Hiſpaniæ eſſe admittendum, niſi Fidem Catholicam tuiturum ſe promittat. Si Rex juramentum hoc violaverit, Anathema ſit, & cum Epiſcopis omnibusque ceteris, qui ejus peccati participes fuerint, ad ignem æternum damnatus. In multis Conſtitutionibus hujus Concilii de cauſis temporalibus fuſius agitur. Quicunque ad hoſtes confugerit, ſi iterum in Regis poteſtatem inciderit, excommunicabitur, & cuſtodiæ tradetur ad agendam longam pœnitentiam. Reiterantur Decreta, ne quis vitæ Principis inſidietur, aut contra ipſum conjuret, & plura alia e Concilio ſuperiore petita. Verum hi Canones & pro Cinthila vota non tam ſinceri affectus Epiſcoporum argumenta ſunt, quam timoris in Rege, qui Potentiam vacillantem firmare cupiebat.

c. 3.

c. 12.

c. 18.

c. 19.

Sæculum VII A. C. 638.

Qui Pœnitentiam publicam initio receperunt, & ante tempus illa rejecta veſtem ſæcularem reſumunt, ab Epiſcopo cuſtodiæ tradantur, pœnitentiæ legibus inviti ſubjiciantur, & in Monaſteria
c. 7. includantur. Si id, aliquo potentiore reſiſtente, exequi non liceat, excommunicentur ſecundum antiquos Canones, usque dum ad pœnitentium ordinem redeant. Non memini, me antehac legiſſe, pœnitentiam aliquando fuiſſe vi extortam, nam ſecundum antiquos Canones, ut hic quoque adnotatur, ſatis e-
c. 9. rat, excommunicare peccatores, ſcandalum aliis præbentes, qui Pœnitentiam
c. 10. non petebant, vel ſuſceptam non adimplebant. Liberti Eccleſiarum Profeſſionem ſuam renovabunt, quotiescunque novus ſucceſſerit Epiſcopus. Liberi eorum erudiantur & educentur ab Epiſcopis, eisque officia congrua exhibeant, ſalva ſua libertate. Huic Concilio Toletano quadraginta duo Epiſcopi Hiſpaniæ & Galliæ, atque quinque abſentium Delegati interfuere. Primi quatuor leguntur Silva Narbonenſis, Julianus Braccarenſis, Eugenius Toletanus, & Honoratus Hiſpalenſis.

§. XV.

Dagoberti obitus. Clodoveus II. Rex.

Dagobertus Rex Franciæ, cum Epinaſii quo-

quodam Vico ad Sequanam versaretur, morbo correptus, voluit in Ecclesiam S. Dionysii deferri, quam ornaverat, & locupletaverat, ut S. Martyris tutelam mereretur. Ipse tamen hujus Ecclesiæ Fundator non est, cum illa & Monasterium jam anno 627. priusquam Dagobertus regnaret in Neustria, extitisse legantur. Sed illam Ecclesiam auro gemmisque ornavit, multa pretiosa obtulit, ædificia Monasterii ampliavit, & plurimos fundos in diversis locis sitos ei donavit. Imo ibidem Psalmodiam perpetuam ad exemplum Monasterii Agaliensis instituit. Rex Dagobertus obiit 18. Jan. anno 638. Regni sui decimo sexto, si anni ex eo tempore, quo a Parente suo Regnum Austrasiæ accepit, numerentur, & sepultus est ad S. Dionysium, ubi etiam exinde plurimi Reges Successores ejus conditi. Duos reliquit filios, Sigebertum III. quem jam anno 632. Regno Austrasiæ præfecerat, & Clodoveum II. quadrimulum, qui in Neustria & Burgundia sub cura Reginæ Matris Nantildis & Egæ Majoris Domus regnavit.

Sæculum VII A. C. 638.

Mabill. to. 3. Analect. p. 514. Id. Diplom. p. 99. 626.

§. XVI.

Leges Barbarorum.

Rege Dagoberto jubente collectæ, & in meliorem formam redactæ fuerant Leges omnium populorum Barbarorum,

Sæculum VII A. C. 638.

qui ei parebant, ſcilicet Francorum tam Saliorum, quam Ripuariorum, Bavarorum, & Allemannorum. Hi populi ſuperiores Rheni oras incolebant. Burgundionibus quoque ſuæ Leges erant, jam anno 501. ex Mandato Gundebaldi Regis conſcriptæ. Lex Salica conſcripta fuerat Childeberto & Clotario primo jubentibus, illis Articulis, qui Paganismum redolebant, omiſſis. Theodoricus eorum Frater Leges Ripuariorum, Allemannorum, & Bavarorum, pari ratione caſtigatas colligi juſſerat. Iſtarum Legum Articulos ad Religionem pertinentes excerpam.

Præf. Leg. Ripuar.

Præf. Leg. Sal.

Lege Salica Sacrilegia reprimuntur pœnis ſequentibus. Si quis incenderit Eccleſiam conſecratam, vel talem in qua Reliquiæ quieſcunt, vel ſi Altare ſpoliaverit, aut quidquam aliud ex Eccleſia furto abſtulerit, ducentos ſolidos aureos ſolvat. Præterea reſtituat ſummam, & natum damnum, ſi in mora fuerit. Qui occideritSubdiaconum trecentos ſolidos, qui Diaconum quadringentos, qui Presbyterum ſexcentos, qui Epiſcopum nongentos mulctæ nomine dabit. Lex Ripuariorum easdem ferme mulctas imperat, ſi quis Clericum in Majoribus Ordinibus conſtitutum necaverit; ſi vero Clericus in Minoribus occiſus fuerit, mulcta pro conditione Natalium imponitur,

tit. 58.

c. 38. *art.* 6. 7. *&c.*

art. 5.

tur, ſicut illis, qui hominem liberum vel ſervum occiderint. In hoc Articulo Servi Eccleſiæ Eccleſiaſtici vocantur, quod in his Barbarorum legibus ſæpius occurrit. Ibidem prolixe agitur de Jure Libertorum, qui Tabularii dicebantur, quia cum in Eccleſia libertate donarentur, Actum referebatur in tabulas, quæ Archidiacono cuſtodiendæ tradebantur. Tam ipſi quam tota eorum proſapia ſub Tutelam Eccleſiæ recipiebantur, ad quam eorum hæreditas devolvebatur, ſi liberis carerent. Sæpe in Conciliis Hiſpaniæ illius ævi de his Eccleſiæ Libertis ſermo recurrit.

Sæculum VII A.C. 638.

c. 60.

IV. Conc. Tol. c. 70. 71. *VI. Conc. c.* 9 10. *Allem. tit.* 1.

Leges Allemannorum & Bavarorum ab his non multum abhorrent. Poteſt vir liber Bona ſua aut ſe ipſum Eccleſiæ donare, litteris ſuper Altare depoſitis, & ſi hæres ipſius, etiam filius, ſe huic Donationi velit opponere, non audiatur. Iſtud Regulis a S. Auguſtino traditis conſentaneum non eſt. Jus Aſyli reis aut ſervis in Eccleſiam confugientibus conceditur, Presbyteri tamen, ſi ipſis ſcientibus aufugerint, rationem reddere teneantur. Aſylum liberat a pœna mortis. Qui Aſylum violaverit, mulctam Eccleſiæ pendat & Principi. Alia quoque Sacrilegia mulctis Eccleſiæ pendendis puniebantur, præter mulctam Patriæ ſolvendam. Pro cæde Subdiaconorum, Cleri-

Bejuar. tit. 1

Serm. 356. *n.* 5. *Sup. Lib. XXIV.* §. 39. 40.

Alleman. 3. *Bajuar.* 7. *Allem.* 4. 5. *Bajuar.* 4. 5. *Bajuar. tit.* 8 *tit.* 9.

Sæculum VII A.C. 638.

Clericorum minorum, aut Monachorum duplum mulctæ ac pro eorum propinquis pendendum est. Pro Diacono occiso ducentorum solidorum aureorum, pro Presbytero trecentorum, Reipublicæ vero sexaginta solidorum mulcta pendenda. Si quis autem Episcopum interfecerit, perficiatur percussori tunica ex plumbo pro corporis sui altitudine, cujus pondus in auro pendat, vel ex Bonis immobilibus tantum det, quantum illi summæ æquivaleat, & si Bona non sufficiant, ipse & uxor ejus & liberi Ecclesiæ servitutem subeant. Hæc pœna in Lege Bavarorum injungitur. Secundum legem Allemannorum cædes Episcopi, eodem modo, quo cædes Ducis seu Præfecti illius Provinciæ, scilicet capite vel mulcta arbitraria plectebatur. Nam hæ Barbarorum Leges solum illa crimina, quibus Respublica lædebatur, pœna sanguinis persequebantur, pro ceteris omnibus, datis mulctis pecuniariis, satisfieri poterat.

Leges Allemannorum & Bavarorum.

Allem. tit. 12 *tit.* 24.

tit. 10. 11.

Si quis armatus aream Episcopi vel Parochi intraverit, ad pendendos octodecim solidos, & ad duplum, si domum ingressus fuerit, damnabitur. Ex his legibus dispicimus, Episcopos & Clericos illa ætate inter hos populos necdum satis de vitæ periculo securos fuisse, nam in Legibus Romanorum nihil simile

mile occurrit. Obſervatio Diei Dominicæ præcipitur ſub pœna, ſervis in corpore ſuſtinenda. Liberi, ſi ter admoniti non emendaverint errorem, ſervi eſſe cogantur. Prohibentur matrimonia inter propinquos usque ad gradum patruelium, & pœna dictatur, ut reorum Bona Fiſco addicantur, ſi habeant; illi vero, qui non habent, libertate priventur. Ex iisdem legibus videre eſt, quænam onera Servis Eccleſiæ incubuerint. Partem fructuum reddere tenebantur, plerumque Decimam, laboremque partiebantur, ita ut tribus hebdomadæ diebus ſervirent Eccleſiæ, & tribus rem ſuam domeſticam curarent. Præter Servos Eccleſiæ erant ſubditi liberi, qui Coloni dicebantur. Hi vel tributum pendebant, vel operam collocabant, quando id iis imperabatur.

Sæculum VII A.C. 638.

tit. 38.

Baja tit. eod. c. 4.

c. 1.

tit. 1. *c.* 13.

Allem. tit. 22

§. XVII.

Honorii Papæ obitus.

Honorius Papa eodem anno, quo Rex Dagobertus, nempe 638. e vita exceſſit, cum Sacram Sedem tenuiſſet annis duodecim, & ferme quinque menſibus. Tribus Ordinationibus menſe Decembri Presbyteros triginta & unum, Diaconos duodecim, & Epiſcopos in diverſa loca octoginta & unum conſecravit. Vaſa Sacra S. Petri renovavit, illamque

Anaſt.

Sæculum VII A.C. 638.

lamque Eccleſiam & multas alias reparavit, alias e fundamento eduxit. Argentum, quod his Eccleſiis donavit, & cujus pondus adnotatur, plusquam tribus millibus librarum Romanarum æquivalet.

Sup. Lib. XXXIII. §. 54.

Honorii Papæ cura effectum, ut Aquileja, & tota Iſtria Eccleſiæ reconciliaretur, trium Capitulorum Schiſmate ab annis ſeptuaginta, ſi Pelagii Papæ tempora repetantur, ſeparata. Pace inita ſcripſit Honorius Epiſtolam ad omnes Epiſcopos Venetorum, & Iſtriæ datam, qua conſentiebat, ut Primigenius Subdiaconus & Patrimonii Eccleſiæ Romanæ Rector Epiſcopus Gradenſis ordinaretur, quia Sedes vacabat defectione Fortunati Schiſmatici, & turpis transfugæ, qui ad Paganos, id eſt veriſimiliter Sclavos, tranſierat. Honorius ſepultus eſt ad S. Petrum duodecimo Octobris 638. & Sacra Sedes ultra menſes octodecim vacavit.

ap. Bar. an. 638. *n.* 6. 7. *Honor. epiſt. 2. to. 5. conc. p.* 1681.

Eodem anno 638. deceſſit Arioval-
dus Rex Longobardorum, poſtquam re-
gnaſſet annis duodecim. Succeſſit Ro-
tharis, vir fortis & juſtitiæ amans,
ſed Arianus; & inde eſt, quod omnes fer-
me Civitates in ejus Ditione duos E-
piſcopos haberent, unum Catholicum
& alterum Hæreticum. Ticini, Civita-
te Metropolitana, Epiſcopus Arianus, no-
mine

Paul. lib. IV. p. 45.

mine Anastasius, in Ecclesia S. Eusebii habitans, & Baptisterium habens, ad Fidem se convertit, atque exinde Catholicis præfuit. Ceterum Rex Rotharis Longobardorum Leges in Tabulas referri jussit, postquam effluxissent anni septuaginta septem, ex quo Gens ista in Italiam advenerat. Sæculum VII A.C. 638.

§. XVII.

Ecclesia Anglicana.

Honorius Papa in Angliam miserat S. Birinum, in interiora vastissimæ Insulæ, ubi nemo hucusque Evangelium prædicasset, penetraturum. Hoc consilio Episcopus ordinatus ab Asterio Episcopo Genuensi, cum pervenisset in Britanniam ad Gevissenses seu Saxones Occidentales, & omnes in Gentilis cœcitatis tenebris versantes invenisset, supervacuum fore credidit, alibi terrarum Gentiles quærere. Igitur illius Nationis Regem, nomine Cinegisilum, convertit, & Mysteria Fidei satis edoctum cum populo suo baptizavit. Adfuit huic Cæremoniæ Rex Nordhumbriæ Osualdus, Regemque e Sacro fonte levavit, cujus deinde filiam Matrimonio sibi junxit. S. Birinus consentiente utroque Rege, fixa in Civitate Dorcincana, hodie Dorcestria, Sede Episcopali, multisque ibidem ædificatis & consecratis Ecclesiis, *Beda III. hist. c. 5.*

Sæculum VII A C. 638.

cleſiis, obdormivit in Domino, poſtquam labore Apoſtolico multis populis lucem veritatis Evangelicæ attuliſſet. Ipſius ætate Meidulfus, pius & doctus Anachoreta Monaſterium celeberrimum Malmesburienſe fundavit.

Oſualdus Rex Nordhumbriæ, quamvis eſſet S. Regis Eduini Nepos, non ſtatim tamen eo defuncto ſucceſſit, ſed duo alii Principes Regnum inter ſe diviſerunt, qui poſtquam fuiſſent baptizati, poſtea tamen in Idololatriam relapſi ſunt. Breve fuit eorum Regnum, quippe ambo prœlio victi & vita exuti ſunt a Cedualla Britonum Rege; at Oſualdus alterius ex illis Regibus frater, cum haud ita valido exercitu innumeras pene copias Ceduallæ, qui & ipſe cecidit, fudiſſet, fratris necem ultus eſt. Crediderunt milites, inſignem Victoriam Regis Oſualdi pietati Cælum dediſſe, nam cum prœlio accingeretur, Crucem erigi, & per omnes ordines voce præconis proclamari juſſit: *Flectamus genua! & ſimul omnes Deum rogemus, ut vindicet nos de immani hoſtis ſuperbia; ille enim ſolus novit, quæ hujus belli cauſa ſit.* Locus pugnæ exinde dictus eſt Campus Cæleſtis, & multa ibi patrata miracula. Minimas particulas illius Crucis avellebant, & mittebant in aquam, quæ deinde tam hominibus

ibid. c. 6.

Sup. Lib. XXXVII. §. 44.

c. 1.

c. 2.

quam

quam pecoribus aſperſa languentes ſa-Sæculum VII
nabat. A. C. 638.

Oſualdus Regnum conſecutus, nihil c. 3.
antiquius habuit, quam ut totum populum ſuum ad Fidem Chriſtianam ſuſcipiendam permoveret. In hunc finem miſit ad Seniores Scotiæ, id eſt, Hiberniæ, a quibus Baptiſmum acceperat, petiitque, ut ſibi mitteretur Epiſcopus, qui Anglos, ſubditos ſuos, in Fide erudiret. Illi miſerunt virum auſterum, c. 5.
qui poſtquam Fidem aliquamdiu prædicaſſet nullo fructu ſequente, in patriam reverſus in Seniorum conventu dixit; ſe operam perdidiſſe, quia ad homines Barbaros duri & indomiti ingenii miſſus fuiſſet. Cum deinde ſinguli ſententiam dicerent, & magno tenerentur deſiderio, illius Gentis Salutem procurandi, aliquis ex præſentibus, nomine Aidanus, Presbyterum, qui miſſus fuerat, ita affatus eſt: *Ut ego quidem arbitror, Frater mi! æquo durius egiſti cum populo rudi, immemor, quid dixerit Apoſtolus* 1. Cor. 3. 2. *nos docens, initio Diſcipulis fidei lac ſuavis Doctrinæ eſſe inſtillandum, donec graviora præcepta capere valeant.* Omnium oculos his verbis in ſe convertit Aidanus, & re mature examinata ipſum ad illos populos mittere decreverunt, utpote virum magnæ Diſcretionis, quæ omnium Virtutum Mater eſt.

Sæculum VII
A. C. 638.

§. XIX.

S. Aidanus Episcopus.

Scoti, ad quos Rex Osualdus miserat, erant Monachi in Insula, dicta Hia, habitantes & in illo Monasterio, quod S. Columbus seu Columbanus Senior Sæculo superiore fundaverat. Itaque Segenus illo tempore Monasterii Abbas S. Aidanum, postquam eum Episcopum ordinari curasset, datis quibusdam Monachis itineris sociis, ad Regem Osualdum misit. Is locum Sedis Episcopalis a Rege obtinuit Peninsulam Lindisfarniensem, quam reciprocans maris æstus bis de die Insulam faciebat. Hæc quatuor milliariis Varvico in Scotia † distans posteriore tempore Insula Sanctorum appellata est. S. Episcopus Prædicationi incumbere cœpit, & novellam Ecclesiam instituere, cumque linguæ Anglorum non satis gnarus esset, Rex ipse, quippe inter Hibernos longo tempore exul in illa commoratione eorum linguam apprime didicerat, sæpe Episcopo prædicante Interpretis officio fungebatur, quo militibus, Ducibus populoque circumstantibus tam jucundum, quam rarum præbebat spectaculum. Exinde plures Hiberni in dies adveniebant, in Provinciis, quæ Regi Osualdo parebant, zelosissime fidem prædicantes, verum, qui ordine

Sup. Lib. XXXIV. §. 14. Beda III. c. 5

† hodie in Mercia.

ordine Presbyterorum insigniti erant, Neophytis Baptismum conferebant. In diversis locis Ecclesiæ ædificabantur, & Rex munificus fundos ad construenda Monasteria donabat, in quibus Anglicanæ Nationis adolescentes ad litteras & Disciplinam Regularem instituebantur. Nam plerique illorum, qui Fidem prædicabant, sicut S. Aidanus Episcopus eorum, Gente Hiberni erant. Sæculum VII A.C. 638.

Vir Sanctus, quæ docebat, suo exemplo omnium primus facienda esse monstrabat. Relictis omnibus hujus Mundi Bonis, quamprimum a Regibus aut viris divitibus dona acceperat, ea pauperibus, quicunque primi occurrebant, hilari vultu distribuebat. Pedibus iter facere solebat non in urbibus modo, sed etiam ruri, & ad omnes seu pauperes seu divites sine discrimine invisebat, invitans se suscipientes ad Baptismum, si Infideles essent; Christianos autem in Fide confirmabat, & ad dandum eleemosynam, aliaque omnis generis pia opera excitabat. Volebat, ut omnes illi, qui se comitabantur tam Clerici, quam Laici, quotidie S. Scripturam legerent, & Psalmos discerent. Ad Regiam mensam invitatus, (id autem raro fiebat) veniebat cum uno duobusve Clericis, moxque cibo parcissime sumpto exibat, cum suis lectioni & orationi vacaturus. Mul- c. 5.

Sæculum VII A. C. 638.

ti utriusque sexus S. Viri exemplo adducti sunt, ut piam consuetudinem toto anno diebus Mercurii & Veneris usque ad Horam nonam jejunandi inducerent.

Ceterum nec respectu humano nec ullo metu absterreri poterat S. Aidanus, quin viros potentes vigore Sacerdotali argueret & increparet. Quando divites se invisentes excipiebat, eis non pecuniam sed tantum comestibilia dono offerebat, & si ipse ab hospite pecuniam accepisset, ea captivos redimebat. Quosdam ex iis, quos ita redemerat, factos ipsius Discipulos, postea usque ad Episcopalis Dignitatis apicem evexit. In una vero re S. Aidanus, alioqui zelosissimus cespitabat; nimirum quod secundum Hibernorum Septentrionalium Traditionem Pascha decima quarta Lunæ, si modo Dies Dominica esset, celebraret.

6. 6. Quamvis Osualdus in Britannia Regum potentissimus esset, quippe quatuor Nationibus Insulam incolentibus, Britonibus, Pictis, Scotis, & Anglis, quarum singulæ diversa lingua utebantur, imperabat, nihilominus S. Viri Admonitionibus & Doctrina usque adeo tractabilis effectus est, ut se pauperibus peregrinisque suavem & munificum, omnibus vero humilem præberet. Cum aliquando in Festo Paschæ Rex & Episcopus mensæ

sæ assiderent, jamque manum extensuri essent, ut panem benedicerent, Aulicus, cui pauperes excipiendi cura demandata erat, celeriter intrat dicens, maximam pauperum multitudinem undequaque adveniſſe, eosque sedere in plateis eleemosynam expectantes. Illico præcepit Osualdus, ut eis paropsidem argenteam, primulum mensæ Regiæ illatam darent, & eam comminuerent, ut in pluribus dividi posset. Sæculum VII A. C. 640.

§. XX.

Severinus Papa. Joannes IV. Papa.

Honorio Papa defuncto Episcopi Scoti Hiberniæ litteras dederunt ad Severinum Papam ejus Successorem, 29. Maji, anno 640. ordinatum, postquam Sacra Sedes uno anno septem mensibus & diebus septendecim vacasset. Cum Severino Avieni filio electo, aliquo temporis spatio ejus Consecratio differretur, interim Palatium Episcopale in Laterano a Præfectis Imperatoris spoliatum est; Mauritius enim Chartularius, impiorum hominum factione adjutus, Romanum militem excitavit dicens: *Cui bono Honorius Papa ingentem pecuniæ vim cumulavit, stipendiis etiam vestris, quæ Imperator identidem misit, injuste* *Anast. in Hon. & Severin.*

Sæculum VII A.C. 640.

retentis? His verbis accensi, omnes arreptis armis ad Palatium Lateranense accurrunt; illis vero, qui cum Severino intus erant, strenue locum tenentibus, intrare non potuerunt. Tum Mauritius, copiis triduo in illa statione hærere jussis, tandem cum Judicibus, quorum consilio utebatur, ingressus totum Vestiarium, & Episcopatus thesaurum, illa omnia scilicet, quæ Imperatores Patricii & Consules S. Petro donaverant, alendis pauperibus & redimendis captivis destinata, appositio Sigillo occupavit.

Litteris deinde ad Isacum Patricium, Ravennæ Exarchum datis, de iis, quæ fecisset certiorem reddidit, eundem monens, posse eum venire, & has divitias sine omni periculo capere. His Epistolis acceptis Isacus Romam venit, & ne Clerici cœptis suis obsisterent, eorum præcipuos in diversas Civitates relegavit. Elapsis aliquot diebus Palatium Lateranense intravit, & octiduo ibi moratus totum thesaurum abstulit, cujus aliquam partem Constantinopolim ad Imperatorem transmisit. Severinus deinde Papa ordinatur, & Isacus Ravennam revertitur.

Severinus Ecclesiæ Romanæ non ultra duos menses & dies quatuor præfuit, & tam brevi tempore nihilominus eximia pietate, singulari lenitate, amore in pau-

pauperes & Clericos, quibus integram Distributionem præter alias Donationes, dari jussit, omnium amorem sibi conciliavit. Absidem S. Petri, tunc detritam, opere vermiculato renovari jussit, & ad diversas Ecclesias Episcopos quatuor ordinavit. Sepultus est ad S. Petrum secundo Augusti eodem anno 640. & Sacra Sedes vacavit mensibus quatuor & diebus viginti novem, quibus elapsis Joannes IV. ultimo die Dec. Papa ordinatur. Is in Dalmatia natus, filius Venantii Scholastici, Sacram Sedem uno anno novem mensibus & aliquot diebus obtinuit.

Sæculum VII A. C. 640.

Anast. in fo.

Joannes IV.

Illo temporis spatio, quod inter Joannis Electionem & Consecrationem fluxit, Clerici Romani ad Epistolam Scotorum Hiberniæ ad Severinum Papam datam responsorias miserunt. In iis visuntur nomina sequentia: Hilarius Archipresbyter & Sacræ Sedis Apostolicæ Vicarius, Joannes Diaconus & electus Episcopus, † Joannes Primicerius & Sacræ Sedis Vicarius, & Joannes Sacræ Sedis Consiliarius. Hic dispicimus, quorum Auctoritas maxima Sede vacante fuerit, nempe illorum, qui trium Ordinum Ecclesiasticorum Principes erant, Archipresbyteri, Archidiaconi, & Primicerii inter Clericos minores præcipui. Clerici Romani in sua Epistola Scotos

Bed. II. hist. c. 19.

† id est Papæ.

Sæculum VII A. C. 640.

redarguunt, quod aliqui eorum Paschale Festum decima quarta Lunæ cum Judæis observarent, & quod Pelagii Hæresis inter eos reveheretur. Erant enim, qui asserebant, quod homo sine peccato per propriam suam voluntatem & Dei Gratiam esse possit. Id refutant ex eo, quod solus JEsus Christus a peccato sit exemptus, ceteris omnibus saltem peccato originali infectis.

§. XXI.

Heraclii Ecthesis.

Joannes Papa convocato Concilio Monothelitarum Hæresin, quam Heraclius Imperator edita Ecthesi stabilire moliebatur, damnavit. Erat hæc Ecthesis Edictum a Sergio Patriarcha Constantinopolitano concinnatum anno 639. Indictione duodecima, præfixo Imperatoris Nomine. Græce appellatum est Ecthesis, id est, Expositio; cum nihil aliud esset, quam explicatio Fidei Catholicæ post exortam disputationem de una aut duabus in JEsu Christo Operationibus. In exordio ponitur Confessio Fidei de Trinitate, quæ Catholica est. Deinde explicatur Incarnatio, clare distinctio duarum Naturarum docetur, & affirmatur unitas Personæ. Tum concludit Auctor: *Omnes Operationes JEsu Christi Divinas Humanasque Verbo Incarnato*

Theoph. an. 20. p. 75. Conc. Lat. Secr. 1. to. 6. Conc. p. 38.

Ibid. Secr. 3. p. 195.

carnato tribuimus, & non permitti- Sæculum VII
mus, ut aliquis unam duasve Operatio- A.C. 640.
nes affirmet aut doceat; ſed potius Do-
ctrinam Conciliorum Oecumenicorum ſe-
quentes dicimus, unicum & eundem eſſe
JEſum Chriſtum, qui res Divinas Hu-
manasque operatur, atque tam has quam
illas Operationes ab eodem Verbo In-
carnato ſine diviſione & ſine confuſio-
ne procedere. Nam affirmatio unius tan-
tum Operationis, quamvis in non nullis
Patrum legatur, ſuſpecta eſt quibusdam
timentibus, ne ideo affirmetur, ut duæ
Naturæ unitæ in JEſu Chriſto deſtruan-
tur. Pari modo vox duarum Opera-
tionum multis ſcandali occaſio eſt, quia
nullus ex præcipuis Eccleſiæ Doctori-
bus ea uſus eſt, & inde ſequitur, duas
in JEſu Chriſto Voluntates contrarias
eſſe admittendas, quaſi vero Verbum
Paſſionis ſuæ conſummationem deſidera-
ſet, & Humanitas repugnaſſet; ita ut
admitterentur duæ Perſonæ contraria
volentes, quod impium eſt dicere, & a
Doctrina Chriſtiana alienum. Si enim
infamis Neſtorius, quamvis Incarnatio-
nem divideret, & duos Filios induce-
ret, non auſus eſt dicere, eos habuiſſe
duas Voluntates, ſed contra in duabus
Perſonis, quas fingebat, unam eandem-
que Voluntatem confeſſus eſt, qua ra-
tione Catholici, qui unicum JEſum Chri-

Sæculum VII A. C. 640.

ſtum confitentur, duas in eo Voluntates & quidem contrarias admittere poſſint? Hinc in omnibus SS. Patrum Doctrinam ſectantes unicam Voluntatem in JEſu Chriſto confitemur, & credimus, Carnem ejus Anima rationali præditam nunquam ſeparatim & ex ſe ipſa motum naturalem habuiſſe contrarium Spiritui Verbi, quod ſibi ſecundum Hypoſtaſin erat unitum. Talis eſt Heraclii Ecteſis, ubi licet ſtatim prohibeat, unam aut duas Operationes affirmari, poſtea tamen ſimpliciter contendit, unam tantum in Chriſto eſſe Voluntatem, in quo proprie Hæreſis Monotheli-tarum conſiſtit. (*)

§. XXII.

Ecteſis a Sergio & Cyro recipitur.

Sergius Patriarcha Ecteſis præcipuus Auctor convocato ſtrenue Concilio, Conſtantinopoli celebrato, eandem confirma-

(*) In eo omnino conſiſtit ; ſed præterea affectant dicere, ex SS. Patribus aliquos, quos nullatenus damnant, unicam Operationem affirmaſſe, atque ex conſequenti, non ideo ab hac voce abſtinendum, quaſi falſam Doctrinam contineret, ſed tantum ut quorumdam (ſcilicet Catholicorum) ruditati conſuleretur. Cum contra Monothelitæ in ſanam Theologiam peccent, putantes, duas diſtinctas Naturas ſine diſtinctione Voluntatis defendi poſſe.

firmavit. Edictum recitari jussit a Ste- Sæculum VII
phano Presbytero, Cellulano, & Tabula- A. C. 640.
rum Custode; tum Patrum sententiam
exquisivit, qui responderunt: *Ecthesis* Conc. Lat.
Magni & sapientis Imperatoris Nostri Secr. 3. p. 102
modo recitata Doctrinæ Apostolorum vere consentanea est. Hæc sunt Patrum Dogmata, Ecclesiæ propugnacula, Fidei Orthodoxæ fulcra. Eadem quinque Conciliorum Symbola affirmant, hæc credimus. Sergius quoque solemnibus verbis edixit, Ecthesin sibi probari, & adjecit: *Quicunque contempto Imperatoris Mandato & hujus S. Concilii, unam duasve in JEsu Christo Voluntates docere aut affirmare ausus fuerit, si Episcopus, Presbyter aut Clericus est, jubemus, ut ei omnis functio Sacerdotii vel Ministerii interdicatur, si Monachus aut Laicus, eum a Communione Corporis & Sanguinis JEsu Christi separamus, donec ad obedientiam redeat.* p. 103.

Ecthesim etiam Severino Papæ, & Cyro Patriarchæ Alexandrino missam fuisse, dispicimus ex Epistola Patriarchæ ad Sergium Constantinopolitanum data, cujus istud erat Exordium. *Cum Re-* ibid. p. 207.
sponsorias Constantinopolim mittere pararem, Eustathius Magister Militiæ adveniens reddidit mihi litteras duas, & in descripto exemplo Fidei Expositionem, opportunissime & sapientissime a Piissimo

Sæculum VII A. C. 640.

Piissimo Imperatore nostro editam, Isaco Excellentissimo Patricio & Italiæ Exarcho missam, a Sanctissimo Fratre Nostro Severino, qui interim adjuvante Deo Romæ ordinatus fuerit, approbandam. Eam non tantum semel bisve sed sæpius accurate legi, atque hac lectione tam ego, quam illi qui apud me erant, mire delectati sumus, videntes, Fidei explicationem luce meridiana clariorem, quæ puram Doctrinam exacte docet. Egi Deo gratias, qui nobis Moderatorem prudentissimum dedit. Utinam DEUS Omnipotens, qui Principem nostrum in Doctrina Spirituali effecit eximium, eidem vires contra hostes suos sufficiat, ut dicere possimus: Ipse forti brachio ter nos liberavit. Ipse potentissimum Tyrannum, (Phocam) *Persarum intolerabilem superbiam, & atrocissimum Saracenorum furorem compescuit. Ceterum minime ignoras me tuam tenere Doctrinam, eam sincere amplecti, adeoque magno lætitiæ sensu Imperatoris Expositionem recipere.* Sive vero Ecte-

Conc. Later. Secr. 3. p. 210

sis Severino reddita, sive eo jam mortuo Romam allata fuerit, illud satis exploratum est, Edictum hoc a Sacra Sede nunquam fuisse approbatum, sed contra damnatum, & præsertim a Joanne Papa IV. anathematizatum.

Ser-

Sergius vulgata Ecteſi haud diu ſuperſtes fuit, nam eodem anno 639. Indictione duodecima ex hac vita exiit, poſtquam Sedem Conſtantinopolitanam annis prope triginta tenuiſſet. Heraclius Imperator eidem Succeſſorem dari curavit Pirrhum Presbyterum & Monachum Chryſopolitanum prope Calcedonem, cui cum Sergio maxima familiaritas interceſſerat. Ipſe Imperator Pirrhum Fratrem ſuum appellabat, quia Sororem ſuam e ſacro fonte levaverat. Pirrhus Dignitatem Patriarchalem conſecutus in primis curis habuit Heraclii Ecteſin approbare. Quare Concilio tumultuoſe convocato & omiſſo Ritu neceſſario, cum Imperatorem ſummis laudibus extuliſſet, juſſit, ut omnes Epiſcopi tam præſentes quam abſentes ſub pœna Excommunicationis Ecteſi ſubſcriberent. (*)

Sæculum VII A. C. 640.

Diſp. Max. cum Pyr. p. 195. Conc. Lat. Secr. 3. p. 206.

§. XXIII.

(*) Ad hunc Paragraphum P. Balduinus iterum Fleurium incuſat, quod aliqua in ſuis excerptis omiſerit, quæ ad probandam Auctoritatem & Infallibilitatem Perſonalem Summi Pontificis faciunt. Sed fruſtra iterum. Nam cum ex iis, quæ Fleurius excerpſit, Summorum Pontificum Auctoritas contra Proteſtantes ſatis ſuperque probetur, prudentis Scriptoris erat non jam centies dicta repetere, ſed ea tantum quæ notatu digna & nova eſſent referre, quod optima fide præſtitit.

Sæculum VII
A. C. 640.

§. XXIII.

Muſulmanni multis Regionibus potiuntur.

Cyri vota, contra Muſulmannos concepta, irrita fuere; nunquam enim rapidius multas Provincias Victoriis peragrarunt. Antiochia capta anno 638. Califa Omar Moaviam Abuſophiani filium, collata Emiri poteſtate, miſit, omnibus Provinciis, quas ab Ægypto usque ad Euphratem occupaverant, præfuturum. Ita Syria Muſulmannorum Ditioni adjecta eſt, poſtquam Romani hac Provincia potiti fuiſſent annis quatuor ſupra ſeptingentos, ex quo eam Pompejus anno Urbis Conditæ 688. ſubjecerat. Exinde Damaſcus illius Provinciæ Caput evaſit, & Antiochia quæ a tempore Fundationis ſuæ annis nongentis quinquaginta Metropolis fuerat, ſenſim collapſa, hodie exiguis vicis accenſetur. Anno ſequente 639. Muſulmanni, ſuperato Euphrate, Civitate Edeſſo & tota Meſopotamia armis ſubacta, majorem partem Imperii Perſici in ſuam poteſtatem redegerunt, Rege eorum Isdegerde ſeu *Yezdegird* in acie victo & Regno expulſo. Is de Saſſianorum ſtirpe ultimus fuit, atque a principio Regni ejus, nempe anno undecimo Hegiræ &

Theoph. an. 28. *p.* 282.

Abulfar. p. 112. 113.

Bibl. or. p. 762. *p.* 485.

JEſu

JEsu Christi 632. initium cujusdam Epochæ Chronologicæ poni solet. Occupata Persia Musulmanni divitias immensas adepti sunt. Sæculum VII A. C. 640. *Elmac. p. 25. 29.*

Palæstina subjugata, Califa Omar Amrulphum cum valido exercitu misit in Ægyptum, qui in illam Provinciam perveniens Mesram Civitatem, quam veteres Memphim dicebant, obsedit, eaque ad deditionem compulsa, tributum toti Ægypto imperavit. Id se soluturum cum Cyrus Patriarcha Alexandrinus recepisset, apud Heraclium accusatur, quod Ægyptum Saracenis tradidisset. Ira commotus Imperator Constantinopolim vocatum & coram populo accusatum morte puniendum edicebat; interim vero Armenum, nomine Manuelem, cum Præfecti potestate in Ægyptum mittit, qui tributum Arabibus pendere detrectans, prœlio victus est, & Alexandriam confugit. Heraclius re comperta Cyrum remittit cum Mandatis, ut Musulmannos permovere conaretur ad initum prius pactum servandum, acceptaque pecunia Ægypto cederent. Sed sero, quippe aliis etiam urbibus in suam potestatem redactis Saraceni Alexandriam milite cinxerunt, cumque mensibus quatuordecim obsidio tenuisset, capta est urbs die Veneris, secunda die Mensis Arabici *Mouharran*, Hegiræ anno vigesimo, *S. Niceph. 18 Theoph. an. 25. p. 280.*

Ægyptus sub Saracenis.

Elm. p. 24.

Sæculum VII A. C. 640.

mo, id est, vigesimo secundo Dec. anno JEsu Christi 640. Ita Ægyptus ex potestate Romanorum erepta Musulmannorum jugum subiit, postquam Romanis annis 666. post pugnam ad Actium ubi Augustus Antonii & Cleopatræ copias profligavit, paruisset. Alexandria exinde Ægypti Caput non est habita, sed tamen portus opportunitate & frequentissimo Exterorum concursu usque in hunc diem notissima est.

Elm. p. 30. Hist. d' Alex. Vansl.

Amrulphus datis litteris in tutelam recepit Benjaminum Patriarcham Jacobitarum, qui Heraclio regnante annis decem latuerat. Eo igitur inter magnæ lætitiæ signa a suis in Civitatem excepto, exinde semper etiam Jacobitarum aliquis Patriarcha extitit, præter Episcopum Melchitarum, id est, illum qui eandem cum Imperatore Religionem profitebatur, qualis tunc erat Cyrus. Jacobitæ Benjamino Cognomentum *Meriout* seu a Mareotide tribuunt, eique inter Patriarchas Alexandrinos locum trigesimum octavum assignant. Iidem dicunt, hunc Benjaminum triginta prope novem annis secundum Æram Martyrum seu Diocletiani usque ad annum 364. id est ab anno JEsu Christi 609. usque ad annum 648. sedisse. Inter Jacobitas seu Severianos Alexandriæ Joannes cognomento Grammaticus vir erat cele-

Alulsar. p. p. 114.

celeberrimæ eruditionis, quem ideo etiam Amrulfus magni æstimabat. Cum igitur Joannes petiisset sibi donari libros, qui in Bibliothecis Alexandrinis servabantur, dicens, hos Musulmannis nullam referre utilitatem, respondit Amrulfus, quod suo arbitrio de his libris decernere non liceret, sed expectanda Califæ mandata. Postquam vero de hac re ad Omarum perscripsit, respondit ille: *Si, quæ in his libris continentur, Libro Divino consentanea sunt, sufficit nobis Liber Divinus; si autem habent aliqua Libro Divino adversa, perinde non opus est his libris; itaque perdendi sunt.* Ergo jubente Amrulfo infinita hæc volumina ad thermas Alexandrinæ Civitatis damnantur, atque ad succendendum ignem, quamvis balneorum quatuor millia numerarentur, sex omnino mensium spatio suffecerunt. Sæculum VII A.C. 640.

§. XXIV.

Heraclii obitus. Constantinus Imperator.

Joannes Papa ad Pirrhum Patriarcham Constantinopolitanum scribens Ecthesin iterato condemnavit; quod ubi Heraclius Imperator intellexit, litteris ad Papam datis locutus est in hunc modum: *Ecthesis non est opus meum. Nec eam* *Acta S. Max. n. 11. p. 38.*

Sæculum VII A. C. 641.

eam dictavi, nec ut conscriberetur ego jussi, sed Sergius Patriarcha eam composuit annis quinque, antequam ex Oriente redirem, atque Constantinopolim reversum rogavit, ut meo nomine ederetur, & mea manu signata, id denique ipsius precibus dedi. Nunc vero, cum videam, inde disceptationes oriri, omnibus notum facio, me hujus Scripti Auctorem non esse. Ex eo tempore nemo non cognovit, Auctorem Ecthesis esse Sergium, nec minus in Oriente quam in Occidente plerisque scandalo fuit. Severiani hac perlecta Ecclesiæ Catholicæ illudebant, in balneis & popinis dicentes: *Calcedonenses, cum Nestoriani essent, errorem dedocti Veritatem agnoverant, nobiscum confitentes unicam Operationem & ex consequenti unicam in JEsu Christo Naturam. Nunc vero pœnitet, rectam fidem fuisse confessos, & in JEsu Christo nec unam nec duas Operationes affirmant.*

Theoph. p. 275.

S. Niceph. hist. p. 18.

Interim Heraclius Imperator hydrope laborans immaniter intumuit, ita ut urina erumpens in decumbentis faciem spargeretur, quod aliqui vindictam Divinam esse putarunt, immissam ob incestas nuptias, quas cum Martina Nepte sua, Sergio Patriarcha nequicquam contra nitente inierat. Tandem extinctus est undecimo Martii anno 641. Indi-

ctione

ctione decima quarta anno ætatis sexage- Sæculum VII
simo sexto, Regni sui trigesimo, & se- A.C. 641.
pultus in Ecclesia Apostolorum. Sepul- *Theoph.an.*
chrum triduo apertum mansit Evnuchis 31. *p.* 283.
excubantibus, ut jusserat, forte quod timuisset, ne vivus tumulo inferretur.

Heraclio fatis functo Constantinus filius ejus primogenitus, ex prima uxore Eudocia natus, solus Imperator proclamatur. Ad eum Philagrius Ærario præfectus detulit, Heraclio ægrotante, multas pecunias apud Pirrhum Patriarcham fuisse depositas, Martinæ Imperatricis subsidium, si eam Imperator Privignus suus e Regia migrare juberet. Itaque Constantinus Pirrhum ad se accersitum & reluctantem pecunias restituere compulit. Sed ecce! Constantinus ægrotare cœpit, & mortuus est annos natus viginti novem, cum viginti & octo cum Patre regnasset, at post mortem ejus, solum centum & tribus diebus, id est, paulo amplius quam tribus mensibus. Expiravit igitur 29. Junii eodem anno 641. & vulgo creditum, Martina Noverca mandante venenum Juveni fuisse propinatum.

Cum Martina per aliquot menses cum filio suo Heraclio seu Heracleona regnasset, alia factione partes alterius Heraclii & Constantino geniti fortiter tuente compulsus est Heracleonas con-

Sæculum VII A. C. 641.

Heracleonas Imperator.

sentire, ut ille a Pirrho Patriarcha coronaretur, qui ex nomine Patris sui dictus est Constantinus seu potius Constans, nam sub isto nomine notissimus est. Pirrhus vero, cum plebis in se furentis vesaniam pertimesceret, noctu Ecclesiam ingressus, omnes res Sacras veneratus est, tumque detracto sibi Pallio & super Altare posito dixit: *Recedo a populo rebelli, sed non abdico Sacerdotium.* Postquam deinde in domo piissimæ cujusdam mulieris delituisset, captata occasione Calcedonem, & inde in Africam navigavit. Eo depulso in Sedem Patriarchalem Constantinopolitanam immissus est Paulus Presbyter & Magnæ Ecclesiæ Oeconomus, mense Octobri Indictione decima quinta eodem anno 641. Is quoque Monothelitarum Hæresin sectabatur, illamque Sedem annis tredecim obtinuit. Haud multo post tempore ex Senatus Decreto Martinam prius lingua, & Heracleonam naribus mutilatis in exilium miserunt. Itaque Constans, Heraclii Nepos, solus Imperium consecutus annis viginti septem regnavit.

§. XXV.

Honorius defensus a Joanne IV.

Ubi ad Joannem Papam delatum fuit, Constantinum Heraclio Parenti suo succes-

succeſſiſſe, ſcripſit Honorii Apologiam in hunc modum: *Multæ Epiſtolæ ex diverſis locis ad nos afferuntur, unde cognoſcimus, totum Occidentem offendi ſparſis litteris Fratris Noſtri Pirrhi Patriarchæ, docentis res novas contra Fidem, & dicentis, in eadem ſecum ſententia fuiſſe Honorium Anteceſſorem Noſtrum, qui ab hac opinione fuit alieniſſimus. Sergius Patriarcha venerabilis memoriæ ad Honorium ſcripſerat, quosdam in JEſu Chriſto duas contrarias Voluntates admittere. Ille reſpondit; JEſum Chriſtum ſimul eſſe perfectum Deum & perfectum hominem, ſed cum veniſſet Naturam humanam reparaturus, ipſum ſolum ſine peccato fuiſſe conceptum & natum. Hinc nunquam habuiſſe duas contrarias Voluntates, nec in eo Voluntatem Carnis contra Voluntatem Spiritus pugnaſſe. Nos quidem has duas Voluntates tanquam effectum peccati Adami habere, ita ut ſtimulus carnis quandoque Spiritui reſiſtat, & quandoque Voluntas Spiritus Voluntatem carnis oppugnare conetur, ſed Dominum Noſtrum aſſumpſiſſe unicam Humanitatis Voluntatem naturalem, cujus abſolute fuiſſet Dominus, tanquam DEUS, cui omnia obediunt. Ergo Anteceſſor meus docuit; non eſſe in JEſu Chriſto duas Voluntates contrarias ſicut in no-*

Sæculum VII
A. C. 641.

to. 5. Conc. p. 1758.

p. 1760.

p. 1761.

Sæculum VII A. C. 641.

bis peccatoribus, idque aliqui ad opinionem suam detorquentes, suspicati sunt, eum docuisse in Christo unam eandemque Divinitatis & Humanitatis esse Voluntatem; quod veritati simpliciter adversatur.

Respondeant mihi, si possint, secundum quam Naturam affirment, JEsum Christum unicam habere Voluntatem? Si id solum de Natura Divina intelligant, quid de Humanitate dicent? necessarium est enim confiteri, Christum esse Hominem perfectum, ne simus Manichæi. Si vero JEsu Christo secundum Humanitatem suam tribuant unicam Voluntatem, attendant, ne cum Photino & Ebione damnentur. Si dicant, duas Naturas unicam habere Voluntatem, non solum Voluntates confundunt, sed Naturas; qui enim unicam Divinitatis & Humanitatis in JEsu Christo Operationem affirmat, nonne eidem cum Eutychianis & Severianis unicam Naturam tribuit?

Ceterum id quoque ad nos retulerunt, missum fuisse ad Episcopos Circularem Libellum, cui ut contra Epistolam S. Leonis & Concilium Calcedonense subscribant, Episcopi compelluntur. Hic de Ecthesi Heraclii loquitur, & subjungit: *Quamobrem vehementer exoptamus, ut Deus tibi, Fidei suæ Defensori, bonam men-*

tem indat, & hunc Libellum publice affixum diripi jubeas, qui omnibus Fidelibus in Occidente, imo & Populo Constantinopolitano scandalo fuit. Eja! dum Regnum auspicaris, da istud precibus Ecclesiæ, Matris tuæ! (*) Verisimile est, Imperatore Constantino præcoci fato erepto, istos hortatus effectu caruisse.

Sæculum VII A.C. 642.

§. XXVI.

Joannis IV. obitus. Theodorus Papa.

Sed nec Pontifex his diu superstes fuit, quippe anno sequente 642. obiit, sepultusque est ad S. Petrum, duodecimo Octobris, postquam Sacram Sedem anno uno mensibus novem & aliquot diebus tenuisset. Hoc brevi Pontificatus sui tempore magnam pecuniæ vim, Martini Abbatis, sanctissimi & fidelissimi Viri ministerio usus, in Istriam ad redimendos e manibus Sclavorum captivos misit. *Anast.*

(*) Ex his non tantum incorrupta semper Romanorum Pontificum Doctrina, sed etiam cura vere Pastoralis & Apostolica Ecclesias Orientales in Fide Orthodoxa & Communione Ecclesiæ Universalis conservandi dispicitur. Nemo profecto, si æquus rerum Arbiter sit, funesti Schismatis culpam in Sedem Romanam rejecerit.

Sæculum VII A. C. 642.

fit. Ex illis etiam Regionibus Reliquias SS. Martyrum Venantii, Anastasii, & Mauri, aliorumque afferri jussit, eorumque honori prope Baptisterium Lateranense Ecclesiam ædificavit, quam munificentissime decoravit. Duabus Ordinationibus mense Decembri Presbyteros octodecim, Diaconos quinque, & Episcopos per diversas Ecclesias octodecim creavit. Post Joannis IV. obitum Sacra Sedes mense uno & diebus tredecim vacavit. Tum vigesimo quinto Novembris eodem anno 642. ordinatus est Theodorus, Natione Græcus, Jerosolymæ natus, Episcopi, cui idem erat nomen, filius, qui Sacram Sedem annis sex, mensibus quinque & diebus octodecim tenuit.

§. XXVII.

Ecclesia Anglicana.

Beda. III. hist. c. 9. & Epist. Sup. l. XXXVII §. 45.

Eodem anno 642. S. Osualdus Rex Nordhumbriæ in Anglia in acie dimicans occisus est ab eadem Natione Merciorum, adhuc infidelium, & eodem Rege Penda, qui ante annos novem S. Eduinum Antecessorem ejus interfecerat. Ecclesia memoriam S. Osualdi honorat quinto Aug. ipsius obitu die, atque in loco, in quo cecidit, multa miracula patrata. Imo illius terræ pulverem auferebant, atque aqua, cui ille immixtus

fuis-

fuiſſet, ægrotantibus ſaluti erat. Oſſa Defuncti in Monaſterium Bardenejenſe Provinciæ Lincolnienſis celeberrimum cura Offridæ Reginæ Neptis ſuæ translata ſunt. Quamvis Oſualdus Rex ætatis ſuæ annos non plures quam triginta & octo numeraret, nihilominus in via virtutum Chriſtianarum multum profecerat. Juvandis ægrotis, alendis pauperibus & diſtribuendis eleemoſynis ſemper intentus, orationi etiam continuo vacabat, & ubicunque ſederet, manus ambas ſuper genua decuſſabat. Ab officio matutino usque dum illuceſceret in oratione perſeverare adſueverat. Jam jam moriturus oravit pro animabus militum ſuorum; unde eſt Anglorum proverbium: *Deus meus, miſerere animarum! dicebat occumbens Oſualdus.* Succeſſorem habuit fratrem ſuum Oſuinum, qui annis octo Regnum tenuit.

Sæculum VII A. C. 644.

Mart. Rom. 5. *Aug.*

Bed. c. 11.

c. 12.

c. 14.

Anno Regni ejus ſecundo, JEſu Chriſti 644. S. Paulinus olim Archiepiſcopus Eboracenſis, poſtremo Epiſcopus Roſenſis, ſeu Roceſtrienſis obiit in Regno Cantiorum. Erat Paulino Statura mediocri major, corpus modice inclinatum, capilli nigri, vultus macilentus, naſus aquilinus & gracilis, virique aſpectus Reverentiam timoremque in præſentium animos inſinuabat. Eccleſia ejus memoriam ipſo obitus die, decimo Octobris,

Bed. II. hiſt. 6. 16.

Mart. Rom. 20. *Octob.*

Sæculum VII A. C. 644.

celebrat. Succeſſit autem in Eccleſia Rofenſi Ithamar, in illa Regione natus, ſed tam in pietate quam ſcientia Anteceſſoribus ſuis haud impar, quem Honorius Archiepiſcopus Cantuarienſis ordinavit.

Bed. III. Hiſt. 8.

Edbaldo Cantii Regi anno 640. fatis functo ſucceſſit filius Erconbertus, qui regnavit annis 24. is primus inter Anglorum Reges editis publice legibus in Regno ſuo Idola dejici & Jejunium Quadrageſimale ſervari, additis ad coercendos transgreſſores pœnis, juſſiſſe legitur. Ejus filia Ercongotha ſe Deo conſecravit, & in Galliam trajiciens, inter Moniales S. Faræ ſuſcipi petiit, quæ in hæc usque tempora Abbatiſſæ munere fungebatur. Nam cum rara eſſent in Regione Anglorum Monaſteria, multi ex Magna Britannia in Monaſteria Galliæ ſe conferebant. Alii illuc mittebant filias ſuas, ad pietatem informandas; præ aliis autem tunc Monaſterium Faræ, Cellenſe, & Andelienſe florebant, ſed iſtud non æque ac priora duo ætatem tulit. Ercongotha Monaſterii Faræ & poſt eam Propinqua illius Edilburga Abbatiſſæ fuerunt, atque ambæ ibi inter Sanctas coluntur.

Mabill. to. 2. Act. p. 740.

§. XXVIII.

Sæculum VII
A. C. 644.

§. XXVIII.

S. Furſinus. (†)

† *ſeu Furſeus*

Sub idem tempus, nimirum circa annum 644. Erchinoaldus Major Domus Regis Clodovei II. novum Monaſterium Latiniaci prope Cellas fundavit amore S. Furſini. Vir hic Sanctus in Hibernia nobili Familia natus, cum ab Epiſcopis in Sacris litteris & Diſciplina Monaſtica eruditus fuiſſet, majoris perfectionis deſiderio relicta patria in aliam Hiberniæ regionem migravit, ubi condito Monaſterio aliquot Diſcipulos congregavit. In patriam reverſus animo parentes ſuos convertendi, in morbum incidit & tantum languorem, ut ſæpius mortuus crederetur. At vero illis intervallis viſionibus prodigioſis de ſtatu alterius vitæ Vir Sanctus recreabatur, atque ab Angelis ſanctisque Epiſcopis ſublimem Doctrinam hauriebat. Dicit Beda has Viſiones ſe audiviſſe a quodam Monacho Sene illius Monaſterii, cui illas vir pius & fide dignus, ex ore ipſius S. Furſini acceptas, narraverat. Inter alia ipſi revelatum, quorumdam nimium eſſe jejunii & corpus macerandi ſtudium, dum interim ad peccata Spiritus, ſuperbiam, avaritiam, invidiam & detractionem non attenderent. Idem tanquam Regulam conſtantem accepit, illos, qui non prius

Act. p. 300.

III. Hiſt. c. 19. *n.* 21.

n. 28.

Sæculum VII A. C. 644.

prius quam mors immineret, pœnitentiam ſuſciperent, in loco Sacro non eſſe ſepeliendos, nec quidquam de eorum Bonis eſſe acceptandum.

Non vanas fuiſſe has viſiones, eventus monſtravit; quippe S. Furſinus tanta luce interna illuſtratus, & tanto animi robore firmatus eſt, ut pœnitentiam per annos decem maximo conſequente
n. 23. animarum lucro prædicaverit. Tandem vero, cum hominum ad ſe confluentium frequentiam non ferret, & præterea diſpiceret, non nullorum animos invidia uri, in exiguam maris inſulam trajecit, unde aliquo poſt tempore relicta Hibernia in magnam Britanniam ad Saxones navigavit, ubi venientem Rex Sigebertus honorifice excepit.

Sigebertus in Eſtanglia id eſt Anglis, regionem ad Orientem ſitam incolentibus, imperabat. Is, ſub aliquo Anteceſſorum ſuorum in Galliam fugere compulſus, ibidem Baptiſmum receperat; Regnum deinde adeptus, laudabilia quædam inſtituta in Gallia viſa imitaturus, ſcholam fundavit, in qua pueri erudi-
Res Angliæ. rentur. Tum Regnum uni Propinquorum ſuorum cedens, in Monaſterio quod ædificari curaverat, Deo ſe conſecravit. Cum multo tempore ibi Monachi vitam duxiſſet, contigit, ut Penda Rex Merciorum bellum inferret Anglis Orientalibus,

Bed. III. c. 18.

qui viribus inferiores Regem Sigebertum rogarunt, ut dimicantibus adesset, & pristinæ fortitudinis memoria militi animum sufficeret; ergo invitum ex suo Monasterio excitum adducunt, qui, ut ostenderet, se Professioni Monasticæ non valedicere, in medio agmine non aliud armorum genus quam baculum gestare voluit. Ubi ad pugnam ventum, vicere Infideles, Sigebertus & Rex Successor ejus cæsi, profligatus exercitus. Sæculum VII A.C. 644.

Talis fuit Sigebertus, qui S. Fursino in suam Ditionem excepto fundum donaverat, in quo Monasterium ædificavit. Postquam illi aliquo tempore præfuisset, Monachorum istorum Regimine Fratri suo Foillano commisso, cum altero Fratre, cui nomen Ultanus, in eremum se recepit. Cum ibi annum unum in continua oratione, nisi quod eam interdum labore manuum interpolaret, exegisset, quia sæpe ab illis, qui consilium expetebant, e sua solitudine evocabatur, & aliunde illam Regionem Gentilium invasione turbari videbat, statuit trajicere in Galliam, ubi a Rege Clodoveo, & Erchinoaldo Patricio Majore Domus maximæ venerationis signis exceptus est. Erchinoaldus agrum Latiniacum seu *Lagni* ad Matronam sex leucis Parisiis distantem ei donavit, ubi S. Fursinus fundavit Monasterium, quod usque in hunc diem

vit. S. Fursin. n. 33.

n. 34.

Sæculum VII A. C. 644.

diem floret. Postremo S. Vir, volens iterum in Angliam navigare, in itinere morte præreptus est, ejusque Corpus Erchinoaldi jussu Petronam, suæ Ditionis agrum, in quo magnificam ædificabat Ecclesiam, translatum. Hodie est illa Ecclesia Collegiata, ibique S. Fursini Reliquiæ asservantur. Ecclesia ejusdem memoriam colit 16. Jan. atque anno 650. obiisse creditur. Elapso quadriennio S. Fursini Corpus rursus in Oratorium ad deponendas has Reliquias in eadem Ecclesia extructum, translatum fuit, quam Translationem S. Eligius Episcopus Noviodunensis & S. Aubertus Cameracensis sua præsentia condecorarunt.

Mart. Rom. 16. *Jan.*

§. XXIX.

S. Eligius Episcopus.

Aud. vit. S. Elig. lib. II. c. 2.

Sup. Lib. XXXII. §. 43.

Sancto Acario Episcopo Noviodunensi fatis functo, in ejus Sedem electus est S. Eligius, & eodem tempore S. Eligii amicus S. Ovenus ad Ecclesiam Rothomagensem, mortuo S. Romano, vocatus est. Diœceses Noviodunensis & Tornacensis jam a tempore S. Medardi, id est, ante annos plus centum junctæ erant, atque iisdem Flandria cum Regione Gandegavensi & Cortracensi subjecta. Porro magna illorum populorum pars adhucdum Infidelitatis tenebris involuta & ferociſſima ne quidem Prædicationi Evangelicæ

gelicæ aures præbebat; hæc etiam causa, cur eis Pastor daretur S. Eligius, vir præ aliis zelo Religionis flagrans. Sæculum VII A.C. 644.

Videns, quod Episcopatum effugere non posset, saltem Canones observare voluit, nec consensit, ut prius consecraretur, quam inter Clericos aliquo temporis spatio vitam duxisset. Idem facere S. Ovenus statuit, qui, cum iter ultra Ligerim suscepisset, a Deodato Episcopo Matisconensi Presbyter ordinatus est. Ambo amici condixerunt, ut uno die Benedictionem Episcopalem acciperent, quod etiam factum, nam ambo Rothomagi Die Dominico Rogationes præcedente, Clodovei II. regnantis anno tertio, scilicet anno 640. Episcopi ordinati sunt. S. Eligius ad Episcopatum evectus, nihil de pietatis operibus, quibus adsueverat, omisit. Eadem ac prius duravit Charitas. Pauperum societatem amabat, quos non nunquam remotis Clericis & Domesticis ad se vocabat; nam locum habebat separatum, quo singulis præstituta die admissis caput propriis manibus lavabat, radebatque, vestiebat, & cibos apponebat. Quibusdam diebus mendicos duodecim mensæ suæ adhibebat.

v. Coint. an. 640. n. 20. Mabill. to. 3. Anal. p. 524.

S. Viri zelus in nulla re magis quam in conversione Infidelium dispiciebatur. Magna cura invisebat amplissimæ suæ Dioe-

c. 38.

Sæculum VII A. C. 644.

Diœceſis Civitates, totque populos, qui Evangelium nunquam receperant, Flandros, Antverpienſes ſeu Antverpiæ cives, Friſones, Suevos prope Cortracum habitantes, aliosque usque ad maris littora, qui in extrema orbis parte poſiti credebantur. Cum primum hos homines affaretur, more ferarum S. Virum membratim diſcerpturi videbantur; ſed ille nihil ardentius quam Martyrium exoptabat. Senſim vero Barbari ipſius bonitatem, manſuetudinem, vitæ frugalitatem admirari, imo & imitandi deſiderio teneri cœperunt. Multi convertebantur, templa deſtruebantur, Idololatria collabebatur. S. Epiſcopus ſermonibus ſuis Barbarorum deſides animos excitabat, ad amorem rerum Cœleſtium transferre, atque paci & manſuetudini aſſuefacere ſatagebat. Singulis annis tempore Paſchali copioſas iſtorum hominum turbas, quas per totum annum Deo lucratus erat, ſacro baptiſmi fonte abluebat. Inter parvulorum cohortes etiam viri mulieresque in decrepita ſenectute, cano capite & tremulo corpore per Sacrum Lavacrum renaſci, & candida Neophytorum veſte indui conſpiciebantur. Multi etiam peccatores per confeſſionem peccatorum ſuorum ad pœnitentiam feſtinare viſebantur; quippe S. Epiſcopus maxima ſollicitudine eorum converſionem

Converſio Belgarum.

nem curans, tam veteres quam novos Christianos exhortabatur, ut Ecclesias frequentarent, eleemosynas elargirentur, mancipia manumitterent, & omnis generis bonis operibus totos se dederent. Multos utriusque sexus ad amplectendum vitam Monasticam permovit. Sæculum VII. A. C. 644. c. 4.

§. XXX.

S. Audomarus.

Sub idem tempus S. Amandus & S. Audomarus in Belgio Infidelium conversioni insudabant. Prædicationem S. Amandi supra memoravimus. S. Audomarus prope Constantiam natus unacum patre suo in Monasterium Luxovienſe, quod a S. Eustasio regebatur, se recepit, unde ejusdem Sanctitatis fama usque ad Regis Dagoberti aures pervasit; cumque populi Bononienses & Teruanenses post tempora SS. Fusciani, Victorici, & Quintini, qui ibi Fidem annunciaverant, ad Idololatriam reversi fuissent, ideoque Pastore vere Apostolico indigerent, S. Acarius Episcopus Noviodunensis, olim sub eodem Abbate S. Eustasio Luxovii Monachus, Regem Dagobertum & Optimates multis argumentis tandem permovit, ut juberent, S. Audomarum ex Monasterio suo evocari, atque Episcopum Teruanensem ordinari, quod anno circiter 636. accidit. Is felicissimo even- *Sup. Lib. XXXVII. §. 35. Act. to. 2. p. 659.*

Sæculum VII A. C. 644.

tu in convertendis Infidelibus laboravit, Templa evertit, Idololatriam profligavit, & plurima patravit miracula. Haud diu poſtea tres Monachi Luxovienſes, Provinciales ſui advenerunt laborum ſocii futuri, ſcilicet, Mommolinus, Ebertramus & Bertinus, Presbyteri omnes, atque Sacrarum Litterarum & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſcientia inſtructiſſimi. Dynaſta aliquis opulentiſſimus, opera S. Audomari converſus, dedit ei agrum Sitivienſem, in quo tres Sancti Presbyteri anno 648. Clodovei undecimo fundarunt Monaſterium, hujus Mommolinus primus Abbas fuit, & ſecundus Sanctus Bertinus, cujus hæc Abbatia hodieque nomen retinet. S. Ebertramus vero Monaſterii S. Quintini in agro Veromanduenſi Abbas fuit.

§. XXXI.

Concilium Cabillonenſe Tertium.

Coint. an. 644. n. 2.

Sanctus Eligius & S. Ovenus, Epiſcopi ordinati Concilio tertio Cabillonenſi juſſu Regis Clodovei II. vigeſimo quinto Octobr. atque, ut creditur, anno 644. celebrato interfuerunt. In eo viginti Canones conditi. Primus præcipit, ut Fides Nicena in Concilio Calcedonenſi confirmata ſervetur. Iſtud præmonitio eſſe videtur adverſus novam Monotheletarum Doctrinam. Sæcularibus prohibetur,

to. 6. Conc. p. 387.

hibetur, ne Bona Ecclesiastica administranda in se suscipiant, & quibuscunque, ne eorum possessionem adeant, nisi prius sententia legitime pronunciata. Defuncto Presbytero aut Abbate nec Episcopus, nec Archidiaconus quidquam de Bonis Parochiæ, Nosocomii, aut Monasterii sibi usurpet. Ex hoc Canone conjicere licet, plerisque Nosocomiis Presbyteros fuisse præfectos. Episcopum cujusque Provinciæ Episcopi, Clerici & Cives eligant; secus nulla sit Electio. Nunquam duo Episcopi in una Civitate, nec duo Abbates in uno Monasterio sint. Nemo Ordines Sacros data pecunia accipiat; si dederit, deponatur. S. Eligius & S. Ovenus, adhuc Laici, omni virium contentione ad eliminandam Simoniam incubuerant. Aliqui Episcopi coram Concilio querelam moverunt, quod a Dynastis impedirentur, ne de Oratoriis in illorum fundis ædificatis decernerent, nec de Bonis, quæ his Oratoriis conferebantur, nec Clericos, qui in iis ministrabant, castigarent. Hac super re statutum; hos Clericos, & hæc Bona sub potestate Episcopi esse debere.

Judices publici, sub pœna Excommunicationis, ad Parochias rurales se non conferant, nec Clericos aut Abbates ad mensam aut diversorium sibi paran-

Sæculum VII A. C. 644.

Can. 5. c. 6. c. 7

c. 10.

c. 4. 12.

c. 16.

c. 14.

c. 11.

Sæculum VII A.C. 644.

dum compellant. Sæculares non rixentur, aut ad percutiendum in Ecclesiis vel illarum atriis gladios evaginent. Fœminæ diebus festivis intra septa Ecclesiarum cantilenas obscænas proterve non recitent. Servi non vendantur extra Ditionem Regis Clodovei mittendi, ne deinde perpetua servitute premantur, aut, si Christiani sint, in potestatem Judæorum deveniant. Canon ultimus Causam privatam respicit; in eo enim Agapius & Bobo Episcopi Dinienses ab Episcopatu deponuntur ob admissa crimina. Creduntur ambo hanc Sedem voluisse obtinere, & occasionem dedisse, cur ille Canon denuo inculcaretur, duos in una Civitate Episcopos non esse tolerandos.

c. 17.

c. 19.

c. 9.

c. 4.

Hujus Concilii Patres ad Theodosium Episcopum Arelatensem scripserunt in hunc modum: *Credebamus ad Concilium te esse venturum, cum te in hac urbe versari sciremus; sed jam cognoscimus timore impeditum non potuisse venire, cum fama publica malam esse vitam tuam, nec ullam tibi Canonum Reverentiam testetur. Vidimus etiam litteras tua manu signatas, quibus Provinciæ tuæ Episcopi subscripserunt, te Pœnitentiam lubenti animo subiturum. Non autem ignoras, pœnitentem Cathedram Episcopalem servare amplius non posse. Hinc tibi*

p. 394.

bi declaramus, abſtinendum eſſe a Fun- Sæculum VII
ctionibus Sacerdotalibus, & Adminiſtra- A. C. 644.
tione Bonorum Eccleſiæ tuæ, donec in futuro Concilio judicatus fueris.

Concilio Cabillonenſi Epiſcopi triginta novem, abſentium Delegati ſex, Abbates ſex, & unus Archidiaconus ſubſcripſerunt. Primi decem Archiepiſcopi ſunt, nempe, Candericus Lugdunenſis, Sanctus Landalenus ſeu Dodolenus Viennenſis, S. Ovenus Rothomagenſis, Armentarius Senonenſis, S. Vulfolandus Bituricenſis, S. Donatus Veſuntinus.

S. Vulfolandus ſucceſſerat S. Sulpitio II. qui ſenectute gravis ferendis laboribus Epiſcopalibus impar, eum Coadjutorem expetiit, obiitque poſt non multos exinde annos. Eccleſia S. Sulpitium decimo ſeptimo Januarii colit. Alii Epiſcopi præ ceteris memoratu digni fuere: Deodatus Matiſconenſis, Palladius Antiſſiodorenſis, Malardus Carnutenſis, Gratus Cabillonenſis, Magnus Avenionenſis, Caldoinus Cenomanenſis, qui in ſuis Diœceſibus inter Sanctos coluntur. Betto dicitur hic Epiſcopus Juliobonenſis, nempe Civitatis, quæ hodie eſt *Lillebonne* in agro Caletenſi; ſed hæc Eccleſia ex numero earum eſt, quarum nomina perierunt. Hoc Concilium Cabillonenſe ex omnibus Provinciis Clodoveo ſubjectis congregatum fuerat, ne-

Sæculum VII A. C. 644.

mine ex Auſtraſia, ubi frater ejus Sigebertus regnabat, præſente.

§. XXXII.

S. Deſiderius Cadurcenſis.

Ex aliqua Sigeberti Epiſtola diſpicimus, quam ſollicite Reges jam tunc temporis caverent, ne eorum conſenſu non expetito Concilia celebrarentur. Data eſt ad S. Deſiderium Epiſcopum Cadurcenſem in hæc ferme verba: *Delatum eſt ad nos, te ab Epiſcopo Vulfolando ad primum diem Sept. in Regno noſtro vocatum fuiſſe, ſed neſcimus in quem locum. Quamvis nihil magis cupiamus, quam Canones exacte ſervari, ſtatuimus tamen cum conſenſu Procerum, nullum in Regno noſtro Concilium niſi ex voluntate noſtra celebrandum eſſe. Non recuſabimus dare hanc licentiam, quandocunque id neceſſitas Eccleſiæ vel Reipublicæ poſtulaverit, ſi modo hac de re prius certiores facti fuerimus. Itaque rogamus te, ne illum Conventum adeas, priusquam de noſtro conſenſu tibi conſtet.*

to. 5. Conc. p. 1848.

Hæc eſt Regis Sigeberti Epiſtola.

S. Deſiderius annos juveniles in Aulis Clotarii II. & Dagoberti Regum exigens, amicitiam junxerat cum S. Eligio, S. Oveno, S. Farone, & S. Sulpitio, poſtea Archiepiſcopo Burdegalenſi, qui eum Epiſcopum Cadurcenſem, & Succeſſorem Fratris

Sup. Lib. XXXVII. n. 15. vita Gall. Chr. to. 2. & ap. Coint. to. 2. 3.

Fratris sui Rustici, ab improbissimis quibusdam civibus occisi, ordinavit. Habemus Epistolas Dagoberti de Ordinatione S. Desiderii ad S. Sulpitium aliosque illius Provinciæ Episcopos datas, in quibus Rex populum consensisse dicit. Scriptæ sunt anno Regni ejus octavo, JESU Christi 629. S. Desiderius Ecclesiam suam locupletavit, eidem agros decem in Regione Cadurcensi, viginti quatuor in Albigensi, & præterea ædes magnificas, quas in Civitate Albigensi, patria sua, habebat, testamento relinquens. Fundos ultra quadraginta diversis Monasteriis in his duabus Provinciis sitis dono dedit, atque Ecclesia Cathedralis Cadurcensis illa ipsa, quam Vir Sanctus ædificari curavit, esse creditur. Obiit anno circiter 650. & in suaEcclesia decimo quinto Nov. colitur. Supersunt multæ ipsius Epistolæ ad Episcopos, aliosque diversæ conditionis homines datæ. Habemus quoque Testamentum Caldoini Episcopi Cenomanensis sexto Febr. Clodovei anno quinto, nempe 642. datum, quo Ecclesiam suam hæredem instituit, & diversis Ecclesiis privatis septendecim fundos, singillatim nominatos, quorum aliqui in Beneficium, id est, in usumfructum privatis hominibus concessi fuerant, legavit.

Sæculum VII
A. C. 644.

to. 1. Capitul. Baluz. p. 141

can. an. 648. n. 27.

to. 1. hist. fr. Duch. p. 875.

ap. Coint. an. 642. n. 1.

Sæculum VII
A. C. 644.

§. XXXIII.

Epistola Papæ ad Paulum Constantinopolitanum.

Theodorus Papa acceptis litteris Synodalibus Pauli, novi Patriarchæ Constantinopolitani, & illorum Episcoporum, qui eum ordinaverant, ad Paulum scripsit in hunc modum: *Ex lectione Epistolarum tuarum cognovimus, Fidem tuam puram esse & nostræ consentaneam. Unde ergo est, quod Edictum, in locis publicis non sine maximo Ecclesiarum scandalo pendens* (nempe Heraclii Ecthesin) *non abstuleris?* Tum Papa prosequitur: *Si hoc Edictum tibi probatur, cur in litteris tuis Synodalibus mentem tuam nobis non aperuisti? si Fides in tot Conciliis confirmata ab Heraclio & Pirrho corrigi debuit, frustra eam Patres maxima, qua fieri potest, diligentia examinarunt, & mortui Beatitudinem, quam sperabant, non sunt adepti.*

to. 5. Conc. p. 1777.

p. 1778.

Ceterum non modice miramur, quod Episcopi, a quibus consecratus es, Pirrhum Titulo Sanctissimi Viri decoraverint, dicentes, tumultum & odium plebis causam fuisse, cur Ecclesiæ Constantinopolitanæ renunciaverit. Unde hæsitavimus, an non expediret litteras vestras repellere, usque dum Pirrhus deponeretur; nam tumultus & invidia populi neminem

Sup. n. 24.

nem Episcopatu privant. Quamdiu Pirrhus in vivis est, non damnatus, timendum est Schisma, & ut Ordinatio tua rata habeatur, convocandum est Concilium vicinorum Episcoporum. In hunc finem dedimus Mandata nostra Serico Archidiacono, & Martino Diacono & Apocrisiario, a nobis delegatis, qui nomine nostro intersint, & tecum Causam Pirrhi juxta Canones ad examen vocent. Ipsius enim præsentia non est necessaria, cum Scripta ejus teneatis, & delicta sint omnibus nota.

Sæculum VII A. C. 644.

Quandoquidem Pirrhus primo dilaudavit Heraclium, qui Patrum fidem damnavit. Deinde approbavit, & subscripsit Epistolæ Sophisticæ, quæ pseudo Symbolum Fidei continet (nempe Ecthesi) *quosdam Episcopos suis artibus deceptos domi suæ compulit, ut subscriberent, atque ausus est velle, ut in foris publicis affigeretur. Ab Antecessore nostro monitus, contempsit, & scandalum tollere noluit. His omnibus in vestro Concilio examinatis, Pirrhum Sacerdotio private. Sic veræ Fidei consuletis, & ordinationem tuam stabilietis. Si Pirrhi Sectatores obsistant, & Schismatis causa sint, eorum technæ eludi possunt, si Pirrhus Romam, impetrato Imperatoris mandato, mittatur, in nostro Concilio judicandus, quod ut jubeat, Imperatorem datis litte-*

Sæculum VII A. C. 644.

ris rogavimus. Ex hac Epistola videmus, Pirrhum necdum in ullo Judicio Canonice fuisse damnatum. Martinus Diaconus Apocrisiarius Constantinopoli idem est, qui post hæc in S. Petri Cathedra collocatus fuit.

v. Combef. hist. Monoth. 6. 13.

Epist. 9. *p.* 1781.

Theodorus Papa eadem ferme Episcopis, qui Paulum ordinaverant, scripsit, & Constantinopolim Decretum misit, publice proponendum, quo omnia a Pirrho contra Fidem prolata rejicit, & anathematizat Edictum publice affixum, nempe Ecthesin, quam studiose nunquam nominat.

p. 1780.

§. XXXIV.

Querelæ contra Paulum Constantinopolitanum motæ.

Conc. Lat. Secr. 2. p. 121

At Paulus Patriarcha monitis Summi Pontificis morem non gessit, ad quem contra illum querelæ ex diversis locis asserebantur. Sergius, Metropolita in Insula Cypro, anno 643. Indictione prima oblato Papæ libello S. Sedis Auctoritatem, in Potestate S. Petro (*) collata fundatam agnoscit, seque Fidei S. Leonis inseparabiliter inhærere profitetur. Ecthesin anathematizat, & quæritur, eam Constan-

(*) Quid ad hæc Protestans noster Interpres, ejusmodi omnium Sæculorum testimoniis a Fleurio excerptis convictus?

Constantinopoli adhuc publice affixam. Sæculum VII
Hucusque, subjungit, *dissimulandum esse* A. C. 644.
existimavimus, & siluimus, sperantes, eos ad sanam Doctrinam redituros. Nos vero Arcadii, Sancti Patrui nostri, vestigiis constantissime insistimus, & Orthodoxam sanctitatis tuæ Doctrinam tenemus. Hæc totius Provinciæ nostræ sententia est.

Stephanus quoque Episcopus Dorienſis, & primus Ecclesiæ Jerosolymitanæ Suffraganeus, quem S. Sophronius Romam miserat, ad Theodorum Papam detulit, quantas turbas in Palæstina Factio Pauli Constantinopolitani excitaret; nam Sergius, Episcopus Joppensis, inquiebat, postquam Persæ recesserunt, Vicariatu Sedis Jerosolymitanæ præter omnem Disciplinæ Ecclesiasticæ ordinem, & sola Potestate Sæculari suffultus occupato, aliquos Episcopos Ecclesiæ Jerosolymitanæ subjectos contra Canones ordinavit, qui conscii nullam esse suam Ordinationem, Paulo Constantinopolitano adulari cœperunt, & novam Doctrinam, quam defendit, datis litteris approbarunt, ut in possessione Ecclesiarum ejus Auctoritate firmarentur. His Stephani Dorienſis monitis perceptis Papa eum ipsum Vicarium suum in Palæstina constituit, tradiditque litteras suas cum potestate in Causis Ecclesiasticis

Sæculum VII A. C. 644.

cis decernendi, atque Episcopos a Sergio Joppensi illegitime ordinatos, nisi resipiscerent, deponendi. Stephanus, quæ sibi mandata fuerant, executus, illos tantum, qui dato chirographo errorem abjurarunt, recepit. Verum cum aliqui potestatem ipsi a Papa factam procurandi, ut alii Episcopi in Sedes eorum, quos deposuerat, eligerentur, eum mala fide celarent, multæ Ecclesiæ vacantes remanserunt.

Mart. ep. 5. to. 6. Conc. p. 21. Ep. 9. p. 35.

Episcopi item Africæ Monothelitas coram Theodoro Papa accusarunt, eorumque Doctrinam rejecerunt, cui rei Disputatio Pirrhi cum S. Maximo occasionem præbuisse creditur. Sed priusquam illam referamus, quis S. Maximus fuerit, dicendum.

§. XXXV.

S. Maximi initia.

Sanctus Maximus Constantinopoli natus erat ex parentibus nobilissimo & antiquissimo genere ortis, vixque alteri quam Cæsareæ Stirpi secundis. Ipsis jubentibus adhuc infans baptizatus, scientiis deinde tam feliciter excultus est, ut suo ævo nemini in Doctrina palmam cederet; præterea summum ingenium singularis modestia commendabat. Eum Heraclius, ut in aula sibi serviret, invitum compulit, & suis Epistolis præfecit;

vit. to. 1. op. n. 23.

cit; sed postea amor solitudinis, & forte etiam nascens Hæresis Maximum permoverunt, ut relicta aula in Monasterium Chrysopolitanum prope Calcedonem se reciperet, ubi postquam sub Disciplina Regulari sancte aliquamdiu vixisset, Abbas electus est. Porro, cum ob Barbararum Nationum jam Persarum jam Arabum incursus Oriens ingenti metu perturbaretur in Occidentem delatus, mansit in Africa. Jam diu inter notos numerabat Pirrhum, qui ei adhuc Abbas prolixam Dissertationem miserat, in qua Quæstionem de una vel duabus operationibus examinando & nihil decidendo tractabat. S. Maximus respondit data Epistola, in qua eum, & Sergium, tunc Sedem Constantinopolitanam occupantem, summopere laudabat, sed honesta excusatione evitabat dicere, quid per vocem Operationis intelligeret, & in quotuplici sensu ea vox accipi posset.

Sæculum VII A. C. 645.

Epist. ad Jo. pr. to. 2. p. 68.

Ad Hegum. Sicil. to. 2. p. 68.

ibid. p. 343.

§. XXXVI.

Collatio cum Pirrho.

Itaque cum S. Maximus cum Pirrho in Africa versaretur, Gregorio Patricio illius Provinciæ Prætore eos ad colloquium invitante, celebris illa Disputatio ipso, quibusdam Episcopis, & aliis viris spectatissimis præsentibus, mense Julio, Indictione tertia, id est, anno 645. habita est.

ibid. p. 159.

Sæculum VII A. C. 645.

est. Pirrhus loquendi initium fecit in hunc modum: *Quid mali unquam tibi fecimus, Domine Abbas Maxime! ego & Anteceſſor meus, quod famam noſtram ubique ſtudioſe perdas, & Hæreſis ſuſpectos reddas? me ſpernis, quo nemo hominum magis honorem tibi & reverentiam habuit, etiam priusquam vultum tuum vidiſſem?* S. Maximus reſpondit: *Quoniam coram Deo hic loquimur, tuis ipſius verbis utar, fateor, a nemine magis quam a te honorem mihi & reverentiam fuiſſe habitam. Nunc vero cum videam, te Fidem Chriſtianam rejeciſſe, horrendum peccatum mihi viſum eſt, amicitiam tuam Veritati præponere. In quo autem*, inquit Pirrhus, *fidem Chriſtianam rejecimus? In eo*, dixit S. Maximus, *quod Divinitatis JEſu Chriſti & Humanitatis ejus unam Voluntatem eſſe creditis, nec id ſatis vobis eſt, ſed etiam novæ opinionis expoſitionem non ſine totius Eccleſiæ ſcandalo in publicum edidiſtis.* Hic ipſi de Ecteſi Heraclii ſermo eſt. Repoſuit Pirrhus: *Tu vero putas, credendo unam Voluntatem, aliquem Articulum Fidei violari?* S. Maximus: *Profecto violatur; nam quid magis impium ſit, quam affirmare: Unus & idem una & eadem Voluntate ante Incarnationem omnia fecit ex nihilo, omnia conſervat & gubernat, at poſt Incarnationem*

nem voluit bibere & manducare, ab uno loco ad alium ambulare, & cetera omnia facere, quæ veram esse ejus Incarnationem demonstrabant. Sæculum VII A. C. 645.

Tum Pirrhus quæsivit: *Fuitne JEsus Christus una vel duæ Personæ.* S. Maximus respondit: *Absque ulla dubitatione est una Persona.* Subjunxit Pirrhus: *Ergo si JEsus Christus unus est, etiam more unius Personæ volebat; unde sequitur, eum unicam habuisse voluntatem.* S. Maximus: *Qui affert propositionem, ejusdem multiplicem sensum non distinguens, Quæstionem non explicat, sed implicat, quod virum doctum facere non decet. Edic igitur! JEsus Christus, qui unus est, estne Deus solum, vel Homo solum, vel simul Deus & homo?* Pirrhus: *certissime Deus & Homo est.* S. Maximus: *Cum ergo Natura Deus & Homo esset, quæro, an tanquam Deus & tanquam Homo voluerit, vel solum tanquam Christus? si volebat tanquam Deus & tanquam Homo, manifestum est, quod duobus modis & non unico modo voluerit, quamvis unus esset. Nam si JEsus Christus nihil aliud est, quam illæ Naturæ, ex quibus componitur, evidenter sequitur, quod modo suis Naturis conveniente voluerit, & operatus fuerit, cum neutra sine Voluntate aut sine Operatione esset. Nunc autem si JESUS Chri-* De Voluntatibus Christ.

Sæculum VII A. C. 645. *Christus volebat & operabatur modo suis Naturis congruo, quia Naturæ duæ sunt, simpliciter necessarium est, ut etiam duas Voluntates Naturales, & duas itidem Naturales Operationes habeat. Sicut enim Naturarum pluralitas, si bene capiatur, Christum non dividit, ita etiam plures voluntates & Operationes, quæ ejus Naturis simpliciter competunt, non sunt causa Divisionis, sed tantum demonstrant, quod, licet unitæ, perfectæ tamen remaneant.*

p. 160. Pirrhus dixit: *Impossibile est, ut non sint tot Personæ volentes, quot sunt Voluntates.* S. Maximus: *Absurdum hoc Dictum libris vestris inseruistis. At vero, si quis concedat, tot esse Personas volentes, quot sunt voluntates, per conversionem tot erunt voluntates, quot Personæ; & proinde, sicut tu vis, in Deo unica Persona erit, quod dixit Sabellius, cum in Deo unica sit Voluntas, aut econtra cum tres dentur Personæ, tres quoque erunt Voluntates, & ex consequenti tres Naturæ, quod dixit Arius, cum secundum Patrum principia distinctio Voluntatum etiam distinctionem Naturarum inferat.* Pirrhus adjecit: *Impossibile est, ut duæ Voluntates in eadem Persona jungantur sine contrarietate.* S. Maximus respondit: *Ergo saltem cum contrarietate jungi possunt, & jam in numero Volunta-*

Collatio cum Monothelita.

luntatum consentimus. Restat, ut investigemus, quænam hujus certaminis causa sit. Quid dicis? estne Voluntas, vel peccatum? sed alium voluntatis naturalis auctorem non novimus, nisi Deum, ergo, ut tu vis, Deus hujus certaminis Auctor erit. Si dicis, contrarietatis originem in peccato esse; JEsus Christus peccatum non fecit, ergo in suis Voluntatibus Naturalibus pugnam non sensit, quia sublata causa tollitur effectus. Sæculum VII A. C. 645. 1. Petr. c. 2. v. 22.

Pirrhus dixit: *Cum Voluntas naturæ inbæreat, & celeberrimi ex Patribus dixerint, Sanctorum Voluntatem non esse aliam, quam Dei, sequetur, eorum quoque Naturam non esse distinctam. Dixi jam,* reposuit S. Maximus: *Veritatem quærenti distinguendas esse Verborum significationes, ne æquivoce loquatur. Et ego quæro ex te: Quando Patres dixerunt, Sanctis eandem esse ac Deo Voluntatem, an intendebant loqui de Voluntate Naturali & Omnipotenti Dei, vel de Objecto suæ Voluntatis? Maxima est enim istarum rerum diversitas, quia una intra, & altera extra volentem existit. Si de ejus Voluntate Naturali locuti sunt, Sanctos ejusdem cum Deo Naturæ, & Creatores fecerunt, & propriis suis Verbis contraria protulerunt, cum dixerint, Res diversæ Naturæ communem Voluntatem habere non posse. Si autem de Objecto*

Sæculum VII A. C. 645.

Voluntatis locuti sunt, metaphorice voluntatem appellarunt, sicut non nunquam nomen causæ tribuitur effectui.

§. XXXVII.

An dici possit una Voluntas composita.

p. 164. Postquam Pirrhus iterum aliqua objecisset, concessit, JEsum Christum habere duas Voluntates naturales; tum addidit: *Sicut dicimus dari Compositum ex duabus Naturis, ita etiam dici potest, dari Compositum ex duabus Voluntatibus naturalibus, ut illi, qui duas Voluntates affirmant ob distinctionem Naturarum, & illi, qui affirmant unam voluntatem ob perfectam unionem non amplius in nudis verbis dissideant; nam quemadmodum S. Gregorius Theologus dicit: Veritas non in verbis, sed in rebus consistit.* S. Maximus respondit: *Ecce! quantum fallamini! quia nescitis, Composita fieri ex partibus per se subsistentibus, non vero in alio subjecto; quæ opinio communi consensu non solum a Philosophis Ethnicis sed etiam a Doctoribus Ecclesiasticis recipitur. Præterea admisso composito ex Voluntatibus, etiam Compositum ex omnibus proprietatibus naturalibus admittere compelleris, si ex doctrina consequente loqui volueris, id est, compositum*

ex

ex Creato & Increato, ex Finito, & In- Sæculum VII
finito, ex Mortali & Immortali, & tan- A C. 645.
dem in propositiones absurdissimas delaberis. Quomodo autem voluntas dici possit illud, quod ex duabus voluntatibus compositum est? non enim idem nomen composito ac partibus suis convenire potest. Vel eodem modo Natura dicetur, quod ex Naturis compositum est, sicut locuti sunt Hæretici veteres. Denique JEsum Christum a Voluntate Patris sui separas, dum affirmando Voluntatem compositam, etiam Naturam compositam & singularem, id est, a Natura Patris distinctam, confiteris.

Ad hæc Pirrhus: *Quid ais? an forte operationes carnis non dependebant a Verbo, cui unita erat?* S. Maximus respondit: *JEsum Christum dividis, hæc affirmans; nam ita etiam regebat Moysen, & Davidem, & omnes illos, qui Operationem Divinam receperunt, proprietatibus humanis & carnalibus renunciantes. Nos vero, Doctrinam Patrum sequentes, dicimus, quod Deus, postquam hominem assumpsit, non solum per suam Divinitatem sed etiam per suam Humanitatem voluerit, quidquid volebat, quod utrique Naturæ erat conveniens. Nam quia Creatura naturaliter suam ipsius conservationem intendit, Verbum assumpta Humanitate etiam illam conservandi* p. 165. S. Maximi Disputatio.

Sæculum VII A. C. 645.

potentiam assumpsit, idque suis Operationibus manifestavit, modo appetitu naturali & innoxio, unde Infideles credebant, non esse Deum, modo cujusdam mali aversatione, quod in tempore Passionis ejus contigit. Ergo sapientissime agit Ecclesia, quod in Christo cum Natura Humana Proprietates ab ea inseparabiles confiteatur.

Pirrhus dixit: *Si timor in nobis naturalis est, & vituperabilis, ergo, sicut tu vis, aliquid quod vituperabile est, a Natura accepimus, nempe peccatum. Iterum voce æquivoca falleris,* dixit S. Maximus, *datur enim timor nobis a Natura insitus, & alius, qui aliunde est. Timor naturalis oritur ex amore conservandi nostram existentiam, alter est sanæ rationi contrarius. Dominus noster nunquam admisit istud genus timoris, qui rationi adversatur, sed timorem naturalem libera voluntate assumpsit tanquam effectum amoris, quæ in Natura ad conservandam propriam substantiam reperitur. Quia in Christo appetitus naturales non sicut in nobis Voluntatem antevertebant; vere quidem esuriebat, & sitiebat, sed modo excellentiore, nempe ideo, quia volebat. Ita etiam vere timebat, non sicut nos necessitate, sed voluntate. Et generatim, quæcunque in JEsu Christo erant naturalia, quoad modum Divinæ Personæ con-*

congruum erant ſupernaturalia, ut ex rei veritate Natura humana, & ex modo Myſterium demonſtraretur. Sæculum VII A. C. 645.

§. XXXVIII.

An nec una nec duæ Voluntates ſint affirmandæ.

Pirrhus dixit: *Tandem mittamus argumenta ſubtilia, quæ vulgus non capit, & dicamus, Chriſtum eſſe perfectum Deum & ſimul perfectum Hominem, de reliquis omnibus nullatenus ſolliciti. Si ita eſt,* inquit S. Maximus, *anathema dicendum Conciliis & SS. Patribus, nos jubentibus confiteri, non ſolum Naturas, ſed utriusque Naturæ proprietates, id eſt JEſum Chriſtum eſſe viſibilem & inviſibilem, mortalem & immortalem, creatum & increatum. His docentibus item accepimus, duas in Chriſto eſſe Voluntates, easque diverſas, unam Divinam, Humanam alteram. Satis nobis ſit illud,* p. 167. dixit Pirrhus, *quod Concilia docuerunt, & de una vel duabus Voluntatibus ſileamus.* S. Maximus inter alia reſpondit: *Concilia Apollinarem & Arium damnarunt propter unius Voluntatis vocem, qua uterque utebatur ad Hæreſin ſuam ſtabiliendam, Apollinaris, ut oſtenderet, Carnem eſſe Verbo Conſubſtantialem, Arius, ut probaret, Filium alterius ac Patrem*

Sæculum VII A. C. 645.

esse Substantiæ. Quomodo ergo Orthodoxi esse possumus, nisi contraria illis confiteamur, quæ Hæretici dixerunt.

Porro ut ostenderet, JEsum Christum habere Voluntatem humanam, suæ Naturæ propriam, S. Maximus probat, quod differentia essentialis Animæ rationalis sit liberum arbitrium, quod sine Voluntate concipi non potest, unde sequitur, Verbum, cum Caro factum est Anima rationali prædita, necessario etiam assumpsisse facultatem volendi, sicut ceteri homines. Id Pirrhus negare non potuit, sed adjecit: *Byzantini* †, *cum plures Voluntates naturales admittere non possent, dixerunt, quod Patres Voluntatem Humanam JEsu Christo per appropriationem tribuerint.* At postquam S. Maximus eum ad explicandam hanc appropriationem compulisset, etiam fateri coegit, quod eam in solo affectu posuerint, ea ratione qua amici tam res prosperas quam adversas amicorum suorum sibi appropriant, quamvis illæ ad se proprie non pertineant. Deinde Pirrho facili negotio demonstravit, Voluntatem homini esse naturalem, cum necesse non sit ut aliquid velle vel nolle discat, quia natura liber est, & ad Imaginem Dei creatus; unde infert sequentia: *Cum Voluntas Naturam hominis constituat, si JEsus Christus non alia ratione*

p. 168.

† nempe Monothelitæ.

Voluntas homini est essentialis.

p. 189.

tione quam simplici affectu illam assumpsit, necessario sequitur, eum ceteras quoque Naturæ Humanæ proprietates non alia ratione assumpsisse, & exinde, totum Incarnationis Mysterium esse simulationem. Porro Sergii Sententia illos damnat, qui duas Voluntates quacunque demum ratione admittunt; atqui vos ipsi per hanc appropriationem duas Voluntates aliqua ratione admittitis. Præterea affirmant, illos, qui duas Voluntates ponunt, etiam ponere duas Personas, atqui vos etiam per hanc confictam appropriationem duas Voluntates ponitis, ergo duas Personas admittitis. Sæculum VII A. C. 645.

Pirrhus deinde dixit: *Byzantini non mala fide ita locuti sunt, sed ut unionem perfectam demonstrarent.* S. Maximus respondit: *Ergo Severianis quoque licebit dicere, se non mala fide unicam Naturam affirmare, sed ut probent unionem perfectam, & vos armis vestris oppugnabunt.* Post aliquos deinde Sermones Pirrhum pressit hoc argumento: *Dum dicunt, unicam esse Voluntatem, fateri coguntur, eam esse vel Divinam, vel Angelicam, vel Humanam; unde sequitur, quod agnoscant JEsum Christum esse vel Deum tantum, vel Naturæ Angelicæ, vel purum Hominem.* Ut hac quæstione se expediret, dixit Pirrhus: *Non dicunt, Voluntatem esse Naturalem,* p. 173.

Sæculum VII A.C. 645.

p. 174.

sed tantum Naturam esse Voluntatis capacem. S. Maximus: *Nihil eis prosunt hæ tricæ. Sic enim Voluntas erit aliquis habitus, qui acquiri potest; hunc igitur JEsus Christus discendo & proficiendo acquisivit, & illi errore Nestorii implicantur.* Tum ut probaret, Voluntatem esse Naturæ fundamentum, addidit: *Vellem ex illis sciscitari, an Pater æternus actus Voluntatis exerceat qua Pater est, vel qua Deus est? si qua Pater, alia sit ejus Voluntas ac filii sui necesse est, si qua Deus, ergo Voluntas Naturam constituit.*

Postquam iterum Pirrhus aliqua ex SS. Patribus objeciisset, eaque S. Maximus resolviisset, dixit Pirrhus: *Num hæc Doctrina ex Veteri & Novo Testamento probari potest? Sine dubio potest,* retulit S. Maximus, *nam Patres non ex se ipsis locuti sunt, sed per Spiritus Sancti gratiam, qua erant repleti.* Tum ex Evangelio Textus sequentes attulit: *In crastinum JEsus voluit ire in Galilæam.* Joan. 1. 43. *Volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Joan. 17. 24. *Dixit: Sitio. Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset,* Matt. 27. 34. *noluit bibere. Ambulabat JEsus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare.* Joan. 7. 1. Ex quibus Voluntas humana probatur, cum ea, quæ JEsus Christus in his circumstantiis volebat, qualia sunt, bibere,

bibere, ambulare, in uno potius quam in altero loco existere, soli Naturæ humanæ conveniant. Illum deinde S. Pauli Textum attulit: *Factus obediens usque ad mortem.* Atqui obedientia est actus Voluntatis. Et Verba Davidis: quæ a S. Paulo ad JEsum Christum transferuntur, *in capite Libri scriptum est de me ut faciam, Deus! Voluntatem tuam. Ecce venio!* Tum ad demonstrandam Voluntatem Divinam: *Jerusalem! quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos? Sicut enim Pater suscitat mortuos, sic & Filius, quos vult vivificat.* Et notat S. Maximus vocem: *Sic & Filius*, unde eadem Natura & eadem Voluntas Patris & Filii indicatur.

Sæculum VII A. C. 645.

p. 179. Philip. 2. 8. Hebr. 10. 7. Matt. 23. 37. Luc 13. 34. Joan. 5. 21.

§. XXXIX.

Mennas. Honorius. Et Sophronius vindicantur.

Fassus est Pirrhus, ex his in JEsu Christo Voluntates esse Naturales sole clarius probari, & adjecit: *Quomodo ergo Vigilius Papa recipere potuit Libellum sibi a Menna Episcopo Constantinopolitano oblatum, in quo una Voluntas asserebatur, idque in Aula Imperatoris secreta, Senatu præsente?* S. Maximus respondit: *Me vero in admirationem rapit, quod vos, Patriarchali Dignitate insignes, falsa*

p. 181.

Sæculum VII A.C. 645.

proferre audeatis. Anteceſſor tuus, ad Honorium ſcribens, dixit, hunc Libellum fuiſſe Imperatori inſcriptum, non autem oblatum aut in lucem editum; tu vero in Epiſtola tua ad Joannem Papam dixiſti, fuiſſe oblatum, promulgatum, & a Quæſtore Conſtantino recitatum. Cui ergo fidem habebimus, an tibi vel Anteceſſori tuo? quia impoſſibile eſt, utrumque vera ſcripſiſſe. Dixit Pirrhus: *An Anteceſſor meus iſtud ſcripſit?* S. Maximus: *Scripſit.*

Tum Pirrhus: *Tranſeant iſta de Vigilio. Quid autem pro Honorio allaturus es, qui ad Anteceſſorem meum ſcribens unam in JEſu Chriſto Voluntatem claris verbis docuit?* S. Maximus reſpondit: *Cui meliori jure fides adhibenda eſt circa ſenſum hujus Epiſtolæ, vel illi, qui eam Honorii nomine compoſuit, illi, inquam, qui hodieque ſuperſtes eſt, & ſanæ Doctrinæ luce totum Occidentem implet, vel illis, qui Conſtantinopoli, quæcunque libent, dicunt?* Pirrhus dixit: *Illi potius credendum, qui Epiſtolam concinnavit.*

Honorius defenditur.

S. Maximus: *Atqui ille ipſe, data ad Conſtantinum Imperatorem felicis memoriæ Epiſtola nomine Joannis Papæ, iſta explicat in hunc modum: Diximus, unam eſſe JEſu Chriſti voluntatem, non tamen tam Divinitatis quam Humanitatis; cum enim Sergius ſcripſiſſet, quosdam in Jeſu Chriſto*

Sup. n. 25.

Christo duas Voluntates contrarias admittere, respondimus, JEsum Christum non habuisse duas Voluntates contrarias Spiritus & Carnis, quales nos post peccatum habemus, sed unam Voluntatem, tanquam infallibilem Humanitatis ejus notam. Idque exinde liquet, quod loquatur de membris & carne, quæ Divinitati non congruunt. Tunc ut objectioni occurrat, dicit: Si quis quærat, quare de Humanitate JEsu Christi loquentes nullam de Divinitate mentionem fecerimus; respondebimus primo, nos ad illud solummodo respondisse, de quo interrogabamur. Deinde nos secutos fuisse morem Scripturæ, quæ modo de Divinitate, modo de Humanitate ipsius loquitur. Ita S. Maximus Honorium Papam defendit. Hujus Pontificis & Joannis IV. Scriba, de quo hic S. Maximus mentionem facit, erat aliquis Abbas, cui nomen Joannes.

Pirrhus hac responsione contentus esse videbatur dicens: *Antecessor meus simpliciter hæc accepit nimium vocibus inhærens.* S. Maximus respondit: *Dico tibi in veritate; nihil magis in Antecessore tuo aversabar, quam animi inconstantiam. Jam enim ipsi probabatur, ut unica illa Voluntas in Christo Divina diceretur, & inde sequebatur, quod Verbum Incarnatum solummodo Deus sit.*

Jam

Sæculum VII A. C. 645.

Jam dicebat, esse Voluntatem consultatoriam, & sic faciebat Christum purum hominem, modo nostro deliberantem, atque in nulla re a me teque diversum. Alio tempore dicebat, illam Christi Voluntatem esse Hypostaticam, & ista ratione pro distinctione Hypostasis distinctas Voluntates Personis Consubstantialibus tribuebat. Jam placebat, ut illa Voluntas diceretur potestativa, & sic unionem habitualem introducebat, nam tunc Potentia, Auctoritas, Libertas a libera electione & non a Natura proficiscerentur. Rursus accedens, ad opinionem illorum, qui dicebant, Christi Voluntatem non solum esse liberam, sed etiam arbitrariam, JEsum Christum deprimebat ad conditionem puri hominis, quin etiam hominis mutabilis & peccatoris, quia liberum arbitrium facit, ut purus homo de contrariis judicet, in ignota inquirat, & de incertis deliberet. Rursus hæc Voluntas œconomica dicenda ipsi videbatur; quo admisso sequebatur, Verbum ante œconomiam, id est, Incarnationem, non habuisse Voluntatem. Ut alia, quæ fastidium pariebant, silentio premam.

p. 183.

His dictis, Pirrhus hujus schismatis culpam in S. Sophronium Jerosolymitanum rejicere moliebatur, qui importune Quæstionem de duabus Operationibus

bus moviſſet. Ad iſtud S. Maximus re- Sæculum VII
ſpondit: *Neſcio profecto, qua ratione* A. C. 645.
excuſare poſſis, quod tam acerbe hanc culpam in innocentem regeras. Edic enim, obſecro per |*Sacroſanctam veritatem! quando Sergius ad Theodorum Pharanenſem ſcripſit, eique confictas litteras Mennæ, miniſterio Sergii Macaronæ Epiſcopi Arſinoenſis miſit, quando exquiſivit, quid de Doctrina unius Operationis & unius Voluntatis in illo libello contenta ſentiret, & recepit reſponſum, quod eandem Doctrinam approbabat, ubi tunc erat Sophronius? Rurſus, quando Theodoſiopoli ſcripſit ad Paulum Monoculum Severianum, mittens ei litteras Mennæ, & Theodori Pharanenſis approbationem? aut quando ſcripſit ad Georgium Arſanem Pauliniſtam petens, ut ſibi mitteret Textus ad unicam Operationem demonſtrandam aptos, & adjiciens, quod his ad reconciliandam iis Eccleſiam uſurus eſſet? vel quando ſcripſit* p. 184.
Cyro in Phaſide, qui ſe ſuper Quæſtione de una vel duabus Operationibus conſuluerat, miſitque Epiſtolam Mennæ? imo quando Sergius errorem ſuum in lucem ſpargere, & majorem Eccleſiæ partem pervertere cæpit, Beatus Sophronius errantem monuit ea demiſſione & modeſtia, quæ Monachum decet; nam pedibus ejus advolutus per JEſu Chriſti patientis

Sup. Lib. XXXVII. §. 40.

Sæculum VII A. C. 645.

tientis vulnera obteſtatus eſt, ne Hæreticorum Sermones, maxima cura a Patribus ſuppreſſos, in Eccleſiam reveheret. Edic jam! an Sophronius Auctor ſcandali fuit?

§. XL.

Argumenta pro duabus Operationibus.

Hic faſſus eſt Pirrhus, Quæſtione de Voluntatibus jam ſatis elucubrata, ſuperfluum fore Quæſtionem de Operationibus examini ſubjicere. Sed S. Maximus monuit, charitatem poſtulare, ut examinarentur aliqui Textus, qui rudibus & ſimplicibus offenſioni eſſe poſſent. Tum ab ipſius Pirrhi ſcriptis exorſus oſtendit, ipſum non debuiſſe docere, JEſum Chriſtum, ſi conſideretur ut aliquod Totum, unicam habere Operationem.

p. 187. Atque ut hanc Veritatem clariſſime explicaret, adhibuit ſimilitudinem cultri candentis, qui ſimul ſecat, & urit, atque ita in eodem ſubjecto duæ Operationes diſtinctæ, licet inſeparabiles, inveniuntur.

p. 189. Deinde Textum S. Cyrilli expoſuit, ubi dicit, JEſum Chriſtum in duabus Naturis unicam Operationem exhibuiſſe; quippe oſtendit, S. Cyrillum tantum loqui de Operationibus Divinis, quales erant Miracula edita, in quibus Natura Humana concurrebat, quia Mi-

to. 4. *in Joan.*

racula

racula patrans loquebatur, ægrotos tangebat, aut aliquam partem corporis movebat. Tandem S. Maximus ad celeberrimum S. Dionysii Textum de Operatione nova & Theandrica explicandum progreditur. Auctoritatem hujus Scriptoris non negat, imo tantum aberat, ut dubitaret, ut etiam Commentarium in omnes ejus Libros concinnaverit. Monstrat vero, quod vox *nova* nihil aliud significet, quam modum, quo JEsus Christus operabatur, insolitum, & supra Naturæ vires esse, & quod vox *Theandricus*, cum duas Naturas complectatur, etiam duas Operationes in JEsu Christo unitas comprehendat; *Alias enim*, inquit: *si hæc Operatio esset unica, JEsus Christus, tanquam Deus, habebit Operationem diversam ab Operatione Patris sui, quæ Theandrica non est, &, quod consequitur, alterius Naturæ erit.* Sæculum VII A. C. 645. *p.* 191.

Tandem Pirrhus victas manus dans, locutus est in hunc modum: *Liquet omnino, absurdum esse, unicam in JEsu Christo Operationem affirmare, sed rogo, ut mihi & Antecessoribus meis venia concedatur.* S. Maximus dixit: *Possunt errores damnari, & Personæ silentio præteriri. Sic vero*, inquit Pirrhus, *Sergius & Concilium meum damnabuntur.* S. Maximus: *Miror, quod Concilium voces,* *p.* 194. *Sup. n.* 22.

Sæculum VII A. C. 645.

voces, conventum contra omnes Canones celebratum. Nam Epistola Circularis sine consensu Patriarcharum scripta est, nec dies appositus nec locus, nemo in hoc Cœtu Promotoris, nemo Accusatoris partes gessit. Episcopi, qui aderant, suorum Metropolitarum Mandata non habebant, nec Metropolitæ Patriarcharum suorum, qui nec Epistolas, nec Legatos miserant. Hic videmus, necessaria ad Concilium legitime celebrandum requisita. Pirrhus dixit: *Si aliud non supersit remedium, paratus sum tibi hac in causa plene satisfacere; nihil enim est, quod Salutis meæ negotio præponam. Unicam a te peto gratiam, ut liceat mihi ire & SS. Apostolos adorare; tum etiam sanctissimi Papæ vultum videam, & Libellum Retractationis meæ tradam.* S. Maximus & Gregorius Patricius, quod petebat, concesserunt, & istud Colloquium felicem exitum sortitum est.

n. 195.

Anast. in Theod. Theoph. an. 20. Hor. p. 275.

Pirrhus promissis stetit, atque ex Africa Romam delatus, postquam in Ecclesiis Apostolorum orasset, Theodoro Papæ, Clericis populoque præsentibus, Libellum tradidit, sua manu signatum in quo omnia, quæ ipse & Antecessores ejus contra Fidem scripserant, vel fecerant, damnabat. Papa accepto Libello voluit, ut dona populo largiretur, jussitque eidem Sedem prope Altare parari tanquam

quam Patriarchæ Constantinopolitano, quia non fuerat legitime depositus. Omnia quoque ad eum sustentandum necessaria ex ærario Ecclesiæ Romanæ suppeditavit. Sæculum VII A. C. 646. *Act. Mart. to. 6. Conc. p. 72.*

§. XLI.

Concilia in Africa.

Pirrhi Retractatio quibusdam Conciliis celebrandis in Africa anno 646. Indictione quarta occasionem præbuit. Tres Primates, Columbus Numidiæ, Stephanus Byzacenæ, & Reparatus Mauritaniæ communem Epistolam Synodicam ad Theodorum Papam nomine omnium Episcoporum illarum Regionum dederunt, in qua, postquam summam Sacræ Sedis Auctoritatem (*) professi sunt, queruntur, Constantinopoli novam Doctrinam prodiisse; nempe Ecthesin vulgatam. Tum subjungunt: *Credebamus, hunc errorem a te fuisse abolitum, sed cognovimus, eum a multis pertinaciter defendi, dum Fratris*

(*) Ipsa verba hujus Epistolæ sunt: *Antiquis Regulis sancitum est, ut quidquid, quamvis in remotis vel in longinquis positis ageretur Provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam Almæ Sedis Vestræ fuisset deductum.* Quid ad hoc Testimonium iterum Protestantes?

Sæculum VII A. C. 646.

tris Noſtri Pirrhi Libellum tibi oblatum legimus. Quare litteris ad Paulum, hodie in Sede Conſtantinopolitana collocatum, datis inſtantiſſime rogavimus, ut novum errorem rejiceret, & quia non nulli malæ fidei homines noſtram Provinciam Africæ Conſtantinopoli ſuſpectam reddere conati ſunt, mittimus tibi Epiſtolam noſtram ad Paulum datam, rogantes, ut eam per Legatorum tuorum manus deferri jubeas, atque ſic videamus, an ad Fidem Orthodoxam rediturus ſit. Si diſſimulet, uteris conſulto remedio, & contumacem ab Eccleſiæ corpore reſcindes. Ceterum excuſare cogimur, quod congregatis in ſingulis Provinciis Conciliis, cum Legationem Epiſcoporum ad te adornaturi eſſemus, ob improviſam rerum viciſſitudinem, id facere non potuerimus; ſed hanc Epiſtolam univerſalem mittimus, & rogamus, ut boni conſulas, quod urgente neceſſitate facimus. Viciſſitudo, cujus Epiſcopi Africæ mentionem faciunt, veriſimiliter non eſt alia, quam motus excitati a Gregorio Patricio illi Provinciæ Præfecto, qui eodem anno 646. Conſtantis Imperatoris quinto perduellis defecit.

Theoph. p. 285.

Non habemus Epiſtolam iſtorum Conciliorum ad Paulum Conſtantinopolitanum datam, ſed illa ſupereſt, quam Synodus Byzacena ad Imperatorem dedit,

To. 6. Conc. p. 133.

dit, rogavitque, ut novi erroris ſcandalum tolleret, & Paulum Conſtantinopolitanum ad amplectendum totius Eccleſiæ Fidem compelleret. Huic Epiſtolæ Stephanus Primas & Epiſcopi quadraginta duo ſubſcripſerunt. Sæculum VII A. C. 646.

Epiſcopi quoque Provinciæ Proconſularis, in qua Carthago ſita erat, data ad Paulum Conſtantinopolitanum Epiſtola, Ecteſin damnarunt, & Fidem de Trinitate & Incarnatione in compendio profeſſi ſunt, quam Profeſſionem clauſerunt in hunc modum: *Confitemur in JEſu Chriſto Naturam Humanam, Voluntatem, & Operationem pleniſſimam, id eſt, dari in eo duas Naturas, & duas Voluntates Naturales, ſicut Eccleſia Catholica docet, & ſemper docuit.* His ad probandam iſtam Doctrinam ſubjungunt multos Textus Patrum, nempe S. Ambroſii & S. Auguſtini. Huic Epiſtolæ ſubſcripſerunt Epiſcopi triginta & octo, quos inter Nomen Epiſcopi Carthaginenſis non viſitur; unde vel obitu vel Depoſitione Fortunii, qui Factionem Monothelitarum ſequebatur, Sedes vacaſſe creditur. Id ſaltem exploratum eſt, Fortunium tempore, quo Paulus ſedebat, Conſtantinopolim iviſſe, & Miſſam in Magna Eccleſia, tanquam in illius Communione exiſtentem celebraſſe. Illud quoque conſtat, decimo ſeptimo Cal. *t. 6. p. 137.* *Conc. 6. act. 14. p. 984. to. 7.*

Sæculum VII A. C. 646. Aug. Indictione quarta, id est, eodem anno, decimo sexto Julii, Victorem Archiepiscopum Carthaginensem fuisse ordinatum, & sine mora de Ordinatione sua Theodorum Papam certiorem reddidisse, data Epistola Synodica, quam Episcopo Melloso Gisippensi, Diacono Redempto, & Crescituro Notario ferendam commisit. Rogabat Papam, ut eos, antequam turbida hyems ingrueret, domum remitteret. In illa Epistola Victor se, sicut ceteros Episcopos Africæ, Monothelitarum Hæresin rejicere testatur, rogatque Pontificem, ut his malis medeatur, promittens, nunquam se ab ejus partibus discessurum. Tum subjungit: *Eadem ad Fratrem nostrum Paulum Constantinopolitanum scribere potuissemus, sed noluimus, scientes, quod improbi homines Provinciam nostram Africæ calumniati fuerint.* Haud dubie de Rebellione Gregorii Patricii ipsi sermo est. His addit: *Rogamus, ut per tuos Legatos ad Paulum mittas, quæ ipsi Provinciæ nostræ Episcopi scripserunt.* Inde dispicimus, hanc Victoris Epistolam statim post præcedentem fuisse scriptam.

to. 6. p. 152.

§. XLII.

Musulmanni in Africa.

Musulmanni, cum Gregorius Patricius ab Imperatoribus defecisset, capta-

ta

ta occasione anno sequente 647. Hegiræ vigesimo septimo, Africam invaserunt. Tunc Califam habebant Othmanum, Omaro sub finem anni 23. Hegiræ, JEsu Christi 644. e vivis sublato; quippe interfectus est a quodam Persa tempore publicæ orationis, postquam annis decem & duobus mensibus regnasset. Suffectus est ei Othmanus, Affani filius, ex eodem Mahometis stemmate oriundus, septuagenarius, jejunio deditissimus, Alcorani studiosissimus, sed avarus, & propinquorum amore plus æquo captus.

Sæculum VII
A. C. 647.

Abulfar.
Elmacin. l. 1. c. 3. p. 25. c. 4. p. 31.

Is Ægypti Præfecturam Amrulpho ereptam dedit Abdallæ, Saadi filio, fratri suo uterino, qui cum licentiam in Africam movendi petiisset, eandem, & validum copiarum auxilium, quod Othmanus ex urbe Medina misit, obtinuit. His suffultus Abdalla, & ultra Tripolim in Africam Proconsularem progressus, Gregorio Patricio conditiones posuit, ut vel Musulmannus fieret, vel tributum penderet. Sæpius acie decertatum, tandemque Gregorius victus, occisusque. Musulmanni imperatis toti Africæ tributis ingentem pecuniæ vim retulerunt. Othmanus Medinæ agens accepto hujus rei nuncio, illum, qui attulerat, in Moscheam deducit, & suggestum conscendere jubet. Tum peractis precibus,

Sæculum VII A. C. 647.

fauſtiſſimæ expeditionis, menſibus quindecim confectæ, rationem populo reddit. Interim Moavia Abuſophiani filius, copiis in Syria præfectus, aliquibus Romanorum Civitatibus ad deditionem compulſis, anno 648. Cyprum Inſulam oppugnare aggreſſus eſt.

§. XLIII.

Concilium Toletanum ſeptimum.

In Hiſpania Concilium Nationale Regis Chindaſuindi anno quinto, Æra 684. ſeu anno 646. celebratum, inter Concilia Toletana ſeptimum, in quo Epiſcopi viginti octo, & Legati abſentium undecim ſederunt. Metropolitæ quatuor, Orontius Emeritanus, Antonius Hiſpa-

to.5. p.1836.

lenſis, Eugenius Toletanus, & Protaſius Tarraconenſis interfuere, & ſex Canones conditi. Primus, ſicut etiam Præfatio, dirigitur in Clericos, qui cum conjuratis ſocietatem ineunt; nempe Regum illius temporis in Hiſpania ſolium vacillabat. Ejusmodi rebelles tam Epiſcopi, quam minores Clerici, tota vita reliqua excommunicati declarantur, atque id ſolum conceditur, ut eis ante mortem Communio detur, ſi in Pœnitentia perſeveraverint. Rogatur ipſe Rex, ne hujus Decreti vim infringat.

Si celebrans ægrotare incipiat, cum Sacra Myſteria conſecrat, alius Epiſcopus pro-

Sæculum VII
A.C. 647.

prosequatur, & defectum suppleat; nemo tamen, nisi jejunus sit, Missam celebret, &, si inchoaverit, nunquam dimittat. Hujusmodi casus illa ætate frequentiores erant, tum ob dies jejunii & Liturgiæ prolixitatem, tum ob multorum Episcoporum senectutem. Inde consuetudo ortum traxit, ut Presbyteri assiterent. Si quis Episcopus, admonitus, ad celebrandas exequias defuncti Fratris sui venire cunctatus fuerit, uno anno Communione privetur, & Clerici, qui eum de obitu Episcopi certiorem facere distulerint, uno anno ad agendam pœnitentiam in Monasterium includantur. Quia Clerici ex Gallæcia querelam moverant, de immodicis Episcoporum exactionibus, his prohibetur, ne quidquam ultra duos solidos a singulis Ecclesiis accipiant; a Monasteriis autem omnino nihil exigant. Episcopi cum suam Diœcesin visitant, plures equos, quam quinquaginta in comitatu non habeant, & ultra unum diem in una Ecclesia non morentur. In aliis exemplis loco numeri quinquaginta legitur quinque, quod Episcoporum modestiæ magis convenire videtur. Eremicolæ vagabundi, aut Solitarii valde rudes non tolerentur, sed in vicina Monasteria includantur, & inposterum nulli liceat soli vivere, nisi prius in Monasterio vitæ

Can. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

Sæculum VII A.C. 647. c. 6.

Aſceticæ rudimenta poſuerit. Ut Regibus competens reverentia exhibeatur, & Metropolita habeat ſolatium, Epiſcopi ab urbe Toletana non longe remoti ſingulis annis per unum menſem ibi morabuntur, ſi rogati fuerint, ut veniant. Hæc ſunt Concilii ſeptimi Toletani Decreta.

§. XLIV.

Epiſtola Pauli Conſtantinopolitani ad Papam.

Cum Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum tum Epiſtolæ Epiſcoporum Africæ, tum Serici & Martini Theodori Papæ Legatorum exhortationes admodum premerent, nam vehementiſſime inſtabant, ut explicaret, in quo ſenſu diceret, in JEſu Chriſto unicam eſſe voluntatem, tandem data ad Papam Epiſtola dogmatica, in exordio jactabat ſe Charitatem ſemper conſervare, atque injurias illatas & inimicorum calumnias patienti animo tolerare; ita de Catholicorum hortatu, quem boni conſulere debuiſſet, loqui audet, & eodem prætextu ad excuſandum ſilentium ſuum utitur. Deinde luculentius mentem ſuam aperit, nomine omnium Eccleſiarum ſibi ſubjectarum Fidem ſuam de Incarnatione profitetur, & in fine addit: *Itaque credimus, in JEſu Chriſto unicam*

Conc. Later. Secr. 4. p. 222.

p. 226.

unicam esse Voluntatem, ne Personæ ejus, quæ una est, contrarietatem, aut Voluntatum diversitatem tribuamus, aut doceamus ipsum a se ipso oppugnari, & duas Personas invehamus. Ideo tamen nolumus duas ejus Naturas delere aut confundere, nec unam suppressa altera asserere, sed hoc solum dicimus, Carnem ejus Anima rationali præditam, & Donis Divinis ob arctissimam conjunctionem exornatam, unam habuisse Voluntatem Divinam, (*) & inseparabilem a Voluntate Verbi, a quo simpliciter regebatur & movebatur, ita ut Caro nunquam motum Naturalem separatim & proprio impulsu contra Verbi imperium habuerit, sed tantum quando, eatenus, & quo modo, Verbum imperabat. Absit enim, ut proferamus horrendam illam blasphemiam; JEsu Christi Humanitatem Naturæ necessitate fuisse coactam, & eandem ac S. Petrum reprehensionem (**) fuisse meritam, dum cum Matt. 16. 23.

Sæculum VII A. C. 647.

(*) Ex his verbis non tantum Hæresis emicat, sed etiam curtam in Philosophia supellectilem suam prodidit hic Paulus; si enim Caro Christi, id est, Humana Natura unicam Voluntatem Divinam habuit, Christus Voluntate Humana caruit, & Homo non fuit.

(**) *Qui conversus dixit Petro: Vade post me Satana! scandalum es mihi, quia non sapis*

Sæculum VII A.C. 647. *S. Petro Passionem rejecit. In hoc sensu accipimus illa Evangelii verba. Descendi de Cælo, non ut faciam Voluntatem meam sed Voluntatem ejus, qui misit me, & detrectationem patiendi. Non admittimus in JEsu Christo, qui unus est, Voluntates diversas, & sibi oppositas, sed accipimus hæc Verba negative, (*) & credimus, JEsum Christum simpliciter dicere, quid non habeat, sicut in illo textu: neque peccatum meum neque iniquitas, Domine!* Paulus S. Gregorium Nazianzenum, S. Athanasium, & S. Cyrillum, tanquam hujus Sententiæ Defensores nominat. Affirmat, omnes Patres unam in Christo Voluntatem docuisse, & subjungit: *Hæc etiam Sententia erat Sergii & Honorii, quorum alter Novæ alter Antiquæ Romæ Episcopus fuit.*

Joa. 6. v. 38. Matt. 26. 39. Ps. 58. 5.

§. XLV.

Typus Imperatoris Constantii.

Paulus Patriarcha hac Fidei explicatione nec Papæ nec Episcopis Occidentis,

---

pis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. Matth. 16. v. 23.

(*) *Pater mi! si possibile est, transeat a me Calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matth. 26. v. 39. Profecto, hæc satis argute iste Paulus!

Sæculum VII. A. C. 648.

tis, præsertim Africanis, quos mitigare etiam Salutis Reipublicæ causa debuisset, gratum fecit, & Ecthesis adhucdum publice suspensa Catholicis conquerendi occasio erat. Itaque tollere illam statuit, permovitque Constantem, ut ederet Edictum, quo utrique Parti silentium imperaretur. Hoc Edictum appellatum est Typus, id est, Formula, atque anno 648. Indictione sexta promulgatum fuit. Initio Imperator statum Quæstionis ponit, & utriusque Partis argumentis summatim allatis subjungit: *Quamobrem omnibus Subditis nostris Catholicis probibemus, ne deinceps quacunque demum ratione de una Voluntate aut una Operatione aut de duabus Voluntatibus vel Operationibus disputent, salva illa Doctrina, quæ semel a probatis Patribus de Incarnatione Verbi definita fuit. Volumus, ut omnes sequantur Sacram Scripturam, quinque Concilia Oecumenica, & litteralem sensum Patrum, quorum Doctrina Ecclesiæ Regula est. Nihil addatur, nihil dematur, nec secundum opinionem privatorum explicentur. Omnia in illo statu remaneant, in quo fuerunt, antequam hæ lites orirentur, ac si nunquam fuissent motæ. Præterea ut Ecclesiarum perfecta concordia reducatur, & omnis Prætextus adimatur sine fine disputare volentibus, Libellum de hac Qua-*

Conc Later. Secr. 4. p. 222.

Acta S. Mau. p. 35. to. 6. Conc. p. 231.

Sæculum VII A. C. 648.

Quæstione agentem in Vestibulo Magnæ Ecclesiæ hujus Urbis Cæsareæ affixum removeri jussimus. Qui huic Decreto adversari ausi fuerint, primo terribile Dei Judicium experientur, deinde nostram indignationem, & si Episcopi sint vel Clerici, deponantur. Monachi excommunicentur, & e sedibus suis ejiciantur. In Dignitate aut Officio constituti illo priventur. Hominum privatæ sortis, & divitum Bona Fisco addicantur. Pauperes in cute temeritatem luant, & proscribantur. Hic est Constantis Typus.

§. XLVI.

Paulus & Pirrhus damnantur.

Anast. in Theod. Conc. Lat. Secr. 2. p. 116. Theoph. an. 20. Har. p. 275.

Theodorus Papa, cum jam satis constaret, Paulum Patriarcham nec Epistolis suis, nec Legatorum suorum hortatu ad Fidem Ecclesiæ Catholicæ reduci posse, tandem Sententiam Depositionis contra eum pronunciavit. Id factum creditur in Synodo, & quidem in eadem, in qua Pirrhum damnavit; quippe ille, postquam Romæ errorem retractasset, Ravennam delatus, ad vomitum rediit, Hæresin Monothelitarum denuo professus. Credere pronum est, eum spe recuperandæ Sedis Constantinopolitanæ ab Exarcho fuisse deceptum; quamvis etiam relapsus post brevissimum tempus

pus ſuſpicioni locum det, converſionem ejus ſinceram non fuiſſe. Quod ubi Theodorus Papa comperit, convocatis in S. Petri Eccleſiam Epiſcopis & Clericis, Depoſitionem Pirrhi cum Anathemate pronunciavit; imo, quod alias vix occurrit, calicem ſibi afferri juſſit, &, pretioſum Sanguinem loco atramenti adhibens, Sententiæ ſubſcripſit. Sæculum VII A. C. 649.

Pirrhus in Orientem reverſus eſt. At Paulus Patriarcha, ubi ſe ipſum fuiſſe depoſitum comperit, aram, quam Epiſcopus Romanus Conſtantinopoli in Oratorio Ædium Placidiæ habebat, evertit, & Legatis ejus, qui ibi verſabantur, prohibuit, ne in eo loco S. Sacrificium celebrarent. Nec hic ſtetit furor; ſed etiam Legatos, quosdam Episcopos, aliosque Catholicos perſecutus eſt, quorum aliqui in carcerem incluſi, alii relegati, alii flagris conciſi. *Conc. Lat. Secr. 1. p. 91.*

Theodorus Papa haud multo poſt tempore fatis functus anno 649. 14. Maji, ad S. Petrum ſepultus eſt, poſtquam Sedem annis ſex, & menſibus ſex tenuiſſet, Vir mitiſſimus, magna charitate, & in egentes largus. SS. Martyrum Primi & Feliciani corporibus ex illo, ubi erant, cœmeterio in S. Stephani Eccleſiam transferri juſſis, eandem, atque etiam Eccleſiam S. Valentini, quam a fundamentis erexit, magnis donis cumulavit.

Orato-

Sæculum VII A. C. 649.

Oratorium quoque S. Silvestri in ædibus Lateranensibus, item aliud S. Martyris Eupli seu potius Euplii extra portam S. Pauli construxit, & utrumque multis muneribus decoravit. Una Ordinatione mense Dec. creavit Presbyteros viginti & unum, Diaconos quatuor, & aliis temporibus Episcopos quadraginta sex. Cum Sacra Sedes sex ferme Septimanis vacasset, electus est mense Julio Martinus antea Constantinopoli Legatus. Is Tuderti seu *Todi* in Hetruria natus Ecclesiæ Romanæ ultra annos sex præfuit.

§. XLVII.

Concilium Lateranense. Sessio prima.

Quamprimum S. Martinus Pontificatum suscepit, tam proprio zelo, quam etiam S. Maximi, Romæ tunc versantis, hortatu excitatus Concilium in Ecclesiam Salvatoris, quæ Constantiniana dicebatur, in Palatio Lateranensi congregavit, quo Episcopi centum & quinque, si & Papa adnumeretur, convenerunt, ex illa Italiæ parte, quæ Imperatori parebat, id est, illarum Civitatum, quæ Romanæ & Ravennatensi suberant, ex Sicilia, Sardinia, & quidam ex Africa. Nec in tanto Episcoporum numero vel unicum nomen Barbarum legitur,

Theoph. p. 276. to. 6. Conc. p. 75.

Martinus Papa.

gitur, qualia in reliquis Occidentis Pro- Sæculum VII
vinciis occurrunt. Pluribus diebus du- A. C. 649.
ravit hæc Synodus, & quinque Seſſiones habitæ, quæ ſingulæ illius temporis ſtilo, ſive a loco, ſive ab eo, quod non niſi Perſonæ neceſſariæ adeſſent, *Secretarius* dicuntur.

Seſſio prima tertio Nonas Octobr. anno Imperatoris Conſtantis nono, Indictione octava, id eſt, quinto die Octobr. 5. *Octobr.*
anno 649. habita. Theophilactus primus ex Notariis Eccleſiæ Romanæ Concilium auſpicatus Papam rogavit, ut conveniendi cauſam & materiam exponeret, qui ſummatim dixit: *Scitis, quos errores Cyrus Epiſcopus Alexandrinus, Sergius Conſtantinopolitanus, ejusque Succeſſores Pirrhus & Paulus invexerint. Ante annos octodecim Cyrus ſuper ambonem promulgari juſſit novem Articulos, in quibus definiebat; in JEſu Chriſto unicam eſſe Divinitatis & Humanitatis Operationem, quod Hæreſi Acepbalorum conſentaneum eſt, dixitque Anathema omnibus, qui id non crederent. Sergius, data ad Cyrum Epiſtola, banc de una Operatione doctrinam approbavit, & præterea aliquot annis poſt Cyri molimina, nempe ultima Indictione, quæ fuit duodecima, Expoſitionem Hæreticam ſub Nomine Heraclii, tunc Imperium tenentis, ſcripſit,* p. 83. *Sup. Lib.* XXXVII. §. 41. *Sup. n.* 21.

in

Sæculum VII A. C. 649.

in qua cum impio Apollinare affirmat, in JEsu Christo unicam esse Voluntatem, quod ex eo consequeretur, quia unica est Operatio. Sergius Ecthesim suam in publicam lucem protulit, Ecclesiæ suæ portis affigi jussit, eamque a quibusdam Episcopis, quos seduxit, approbari curavit. Conc. p. 90. *Pirrhus Successor ejus plures alios decepit, quos terrore perculsos, vel blanditiis captos ad subscribendum impiæ doctrinæ compulit. Hujus facti cum eum deinde puderet, huc propere venit, utque errorem emendaret,* Sup. n. 40. *Sacræ Sedi nostræ Libellum obtulit, sua manu signatum, & omnia, quæ ipse & Antecessores ejus contra veram Fidem fecerant, vel scripserant, damnavit. Postremo autem sicut canis ad vomitum reversus est, & canonice depositus dignas tanto peccato pœnas dedit.*

Paulo ut Antecessoribus suis in crimine palmam præriperet, non satis fuit, data ad Sacram Sedem nostram Epistola Ecthesim laudare, sed etiam errores in ea contentos propugnare ausus est, quem ideo Sacra Sedes juste deposuit. Insuper, pessimum Sergii exemplum secutus, Principem fefellit, permovitque, ut Typum ederet, p. 91. *qui Fidem Catholicam destruit, dum prohibet, ne quis unam nec duas Voluntates affirmet, quasi vero JEsus Christus Voluntate & Operatione careret.* Tum

Sessio prima.

Papa,

Papa, quæ Paulus vi adhibita feciſſet, refert, Altare everſum in Palatio Placidiæ, peſſime habitos Legatos, & ſubjungit: *Nemo ignorat, quantum ipſe & Anteceſſores ejus peccaverint in Catholicos, qui querelas ſuas diverſis e locis tam ſcripto quam voce ad Sacram Sedem detulerunt. Anteceſſores noſtri datis ad hos Epiſcopos Conſtantinopolitanos diverſis temporibus frequentiſſimis litteris preces, exhortationes & monita Legatorum ſuorum, ex hac ſola cauſa miſſorum, adhibuerunt. Sed ſurdis fabulam cecinerunt. Itaque neceſſarium credidi, vos convocare, ut ſimul omnes in præſentia Dei, qui nos videt, & judicat, ea, quæ ad hos viros & eorum errores pertinent, examinemus, inprimis ante oculos habentes Apoſtoli præceptum: Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos, quoniam intrabunt lupi rapaces, & mali operarii. Nam horum omnium rationem Deo reddemus. Quisque ergo dicat adjuvante Deo, quod ſibi ſuggeſſerit.*

Sæculum VII A. C. 649.

p. 94.

Act. 20. 28.

Tunc Maurus Epiſcopus Cæſenatenſis, & Deusdedit Presbyter Epiſtolam Mauri Epiſcopi Ravennatenſis, a quo Delegati erant, obtulerunt, quam Papa legi juſſit. In ea Maurus Ravennatenſis dicit, milites & populum Civitatis ſuæ & Pentapoleos obſtitiſſe, ne veni-

Conc. p. 95.

Sæculum VII A. C. 649.

ret, ob metum Barbarorum incursantium (Sclavi hi erant) & Exarchi, qui necdum advenerat, absentiam. Ceterum profitetur, se eandem fidem tenere, quam Sacra Sedes tenet, se etiam Ecthesim, & ea, quæ ad illam defendendam noviſſime scripta fuissent, damnare, porro in JEsu Christo duas Operationes & duas Voluntates confiteri. Tum Maximus Episcopus Aquilejensis dixit; sufficere, ad evitandam confusionem, si unus alterve reos, nempe Cyrum, Sergium, Pirrhum & Paulum accusent, eo magis, quod ex suis Scriptis erroris satis superque convincantur. Idem Deusdedit Episcopus Calaritanus in Sardinia petiit, quod omnibus Episcopis placuit. Sic Sessio prima finita.

p. 97.

§. XLVIII.

Sessio secunda.

Sessio secunda elapso triduo, nempe octavo Octobr. celebrata. Jussit Papa, ut Accusationes contra reos vel pars adversa, cujus intererat, vel Primicerius & Notarii Ecclesiæ Romanæ, qui Acta ex Tabulariis recipiebant, exponerent. Mox Theophylactus Notariorum Sacræ Sedis primus dixit: *Beatitudini tuæ denuncio, quod Stephanus Episcopus Dorensis primus Sedis Jerosolymitanæ Suffraganeus stet ad fores Secretarii, & admit-*

p. 100.

8. *Octobr.*

ti

ti petat. Tum a Papa admitti jussus, ob- Sæculum VII
tulit Libellum, quem Anastasius Nota- A. C. 649.
rius ex Græco in Latinum translatum
legit. Ad Patres Concilii dirigebatur, *p.* 101.
atque in eo referebantur turbarum ex-
ordia, Articuli a Cyro Alexandriæ pro-
mulgati, Mandatum S. Sophronii Ste- *Sup. n.* 8.
phano Dorienſi datum, ut Romam ſe con-
ferret, ejus ad urbem profectio, accuſa- *p.* 104.
tio ab eo coram Theodoro Papa contra *p.* 109.
Sergium Joppenſem mota, & poteſtas i-
pſi ad reconciliandos Schiſmaticos colla-
ta. Subjunxit: *Quæ mihi injuncta fue-*
re, executioni dedi, & quoniam propria
voluntate veritatem deſeruerant, illos
tantum recepi, qui ſcripto errorem re-
tractarunt. Horum libellos ante breve
tempus ſanctiſſimo Papæ Martino tra-
didi. Hinc ſupplex rogo! tenuitatem
meam, omnes Epiſcopos & populos Orien-
tis Catholicos, & S. Sophronii inſtantis-
ſimas preces ne ſpernite, ſed Hæreſis Apol-
linaris & Severi reliquias, quas iterum
ſuſcitare conantur, veſtra Sapientia de-
lete. Hic Libellus ſupplex ſexto die ejus-
dem menſis Octobris biduo ante Seſſio-
nem datus erat. Juſſit Pontifex, ut A- *p.* 112.
ctis inſereretur.

Inde Primicerius Theophylactus di-
xit: *Stant ad fores Abbates, Presbyteri,*
& Monachi Græci, quorum aliqui jam
aliquot annis in Urbe Roma verſantur,

Sæculum VII A.C. 649.

aliqui paucis abhinc diebus advenerunt. His Papa jubente admissis, lectus est eorum oblatus libellus, in quo, nomine omnium Monachorum Græcorum, qui Romæ erant, loquebantur, & dicebant, se in Africam trajecisse. Petebant, ut non solum dogmata, sed etiam Personæ nominatim damnarentur, contendentes, hanc esse in Ecclesia legem, quandocunque Accusatio scripto & Personalis moveretur. Addebant: *Postulamus etiam, ut anathematizetis Typum, qui Paulo instigante, ab Antecessore tuo Theodoro, sanctæ memoriæ, depositio nuper editus est; nam in Typo isto JEsus Christus sine Operatione & sine Voluntate, id est, sine intellectu, sine Anima, sine motu, Gentilium Idolis similis exhibetur. Igitur confirmate Doctrinam Catholicam, quæ in JEsu Christo duas Operationes & duas Voluntates eodem modo quo duas Naturas confitetur, & scitote, si quid aliud definieritis, quod tamen futurum nullatenus credimus, nolle nos esse erroris participes. Quo vero bujus rei certi simus, istud vos rogamus; ea omnia, qua modo agitis & definitis, in Græcum sermonem exactissime transferri jubete, ut postquam ea cognoverimus, nostro consensu approbare valeamus.*

p. 113.

p. 116.

Monothelitæ accusantur.

p. 117.

Notatu dignum, quod Abbates isti nec Episcoporum nec Papæ Decisioni obedientia

dientia cœca (*) ſubſcribere velint, quamvis in exordio Libelli ſui ſupplicis profiteantur Sacram Sedem omnium Eccleſiarum eſſe Caput, cujus Sententiam cuncti expectent. Huic Libello ſubſcripſerunt Abbates quinque, & Monachi triginta duo, quos inter aliqui Presbyteri, & aliqui Diaconi ſunt. Primus legitur Joannes Presbyter & Abbas Monaſterii S. Sabæ in Palæſtina, ſecundus Thalaſſius Abbas S. Andreæ Armenorum Romæ. Libello iſto recitato Deusdedit Epiſcopus Calaritanus dixit, in eo contineri legitimam accuſationem contra Cyrum, Sergium, Pirrhum & Paulum, item Fidei Orthodoxæ Confeſſionem de duabus Voluntatibus & duabus Operationibus, juſſitque ut Actis inſereretur. Sæculum VI A. C. 649. *p.* 120.

Cum deinde Theophylactus Primicerius dixiſſet, in Tabulariis Eccleſiæ Romanæ plures Libellos inveniri, contra Cyrum, Sergium & Sectatores ejus Sacræ Sedi oblatos, juſſit Papa, ut legerentur. *p.* 121.

(*) Galli Scriptoris hæc eſt Reflexio, & loquentis more aliorum e ſua Natione, qui Eccleſiæ Gallicanæ Libertates magnifice jactare ſolent, cum interim nec Epiſcopi in Germania SS. Pontificum Bullas cœca obedientia, ſed ea, quæ Eccleſiæ Capiti debetur, veneratione & ſubmiſſione recipiant.

Sæculum VII A. C. 649.

Primo lectus est Libellus, quem Sergius Archiepiscopus ex Cypro Theodoro Papæ anno 643. obtulerat, tum querelæ ad eundem Papam anno 646. ab Episcopis Africæ delatæ. Hæc omnia Actis inserta, dixitque S. Martinus Papa: *Satis Accusationum contra reos habemus, tempus enim deficeret, si querelas omnes, quas Catholici ad nos detulerunt, in lucem producere vellemus. Jam scripta illorum, qui accusati fuere, canonice examinanda sunt, quod in Sessione sequente facturi sumus.* Ita clausa est Sessio secunda.

Sup. n. 34. p. 126.

Sup. n. 41. p. 128.

p. 149. 152.

p. 160.

§. XLIX.

Sessio tertia.

Sessio tertia post dies novem decimo septimo ejusdem mensis habita. Papa profatus dixit reorum libros esse examinandos, & Sergius Episcopus Tempulensis petiit, ut initium duceretur a libris Theodori olim Episcopi Pharanitæ, quod novæ Hæresis primus Auctor secundum Stephani Dorienſis Libellum, & omnium notitiam esset. Ergo liber Theodori profertur, lectique Textus annotati & ex Græco in Latinum translati. Primo recitatus est textus ex Epistola ad Sergium Episcopum Arsinoitam in Ægypto, ubi dicebat: Igitur quæcunque a Domino dicta vel facta referuntur, dixit,

17. *Octobr.*

p. 162.

p. 163.

xit, fecitque intellectu & ſenſibus; hinc omnia operatio aliqua Verbi, Intellectus, ſenſuum & corporis organizati vocari debent. Et infra: *Cum conſilio ſapientiſſimo & vere Divino ſe, quando voluit, ſomno, labori, fami, ſiti ſubjecerit, jure meritiſſimo quietem, vel motum, qui in his functionibus reperitur, omnipotenti & ſapientiſſimæ Operationi Verbi tribuimus, & dicimus, JEſum Chriſtum, quia unus eſt, unam tantum habere Operationem.* Sæculum VII A. C. 649.

Alii quoque Textus tres ex eodem libro, quem ad diluenda argumenta ex Auctoritate Patrum aſſumpta concinnaverat, lecti ſunt. Ubique eandem Doctrinam afferebat de unica Operatione, cujus principium erat Verbum Divinum, & Humanitas ſolummodo inſtrumentum. *p.166.* Inter alia dicebat: *Non eſt ea virtus in anima noſtra, ut a ſe & corpore ſuo proprietates naturales corporis removere poſſit; imo nec iſtud eſt animæ in corpus ſuum dominium, ut illud ab iis, quæ ex natura ſua inhærent, qualia ſunt, ſoliditas, color, aut eſſe fluidum, liberare valeat; hæc tamen omnia de Divino corpore JEſu Chriſti leguntur, nam egreſſus eſt e ſinu Matris ſine diviſione, tanquam carens maſſa, &, ut ita dicam, incorporeus. Simili modo egreſſus eſt e*

Sæculum VII A. C. 649.

sepulchro, per portas clausas penetravit, & super mare ambulavit.

p. 170. His textibus recitatis Papa errores notavit, & præcipue ultimum, qui Incarnationem reddit commentitiam, si nempe credatur, JEsu Christo non fuisse Corpus solidum, qualia nostra sunt. Error iste etiam destruit miraculum; quis enim prodigium proclamet, si, quod corpus solidum non fuit, per corpora penetravit, aut super aquas ambulavit?

p. 171. postea Papa Theodori erroribus opposuit Auctoritatem Patrum, quorum verba adduxit, scilicet S. Cyrilli, S. Gregorii Nazianzeni, S. Dionysii, S. Basilii, & Concilii Calcedonensis.

§. L.

Operatio Theandrica.

Benedictus Episcopus Ajaciensis in Corsica petiit, ut legerentur novem Articuli Cyri Alexandrini, & præ aliis septimus, deinde Epistola, qua Sergius Constantinopolitanus eos approbavit. Lectus est igitur septimus Cyri Articulus, in quo anathematizatur, quicunque in JEsu Christo non confitetur unam Operationem Theandricam, tum Epistola Constantinopolitana etiam lecta. Sergius Episcopus Tempulensis petiit, ut legeretur Textus S. Dionysii Episcopi Athenienſis a Cyro allegatus. Ille Tex-

p. 174.

Sup. Lib. XXXVII. §. 41.

p. 179.

tus

tus ex Epistola ad Gajum excerptus e- Sæculum VII
rat, & recitatus est in hunc modum: A. C. 649.
Tandem nec actiones Divinas tanquam p. 182.
Deus, nec humanas tanquam homo operatus est, sed novam speciem Operationis Dei Incarnati nobis exhibuit, quæ Theandrica appellari potest. Quia illa ætate nemo dubitabat, quin hæc verba S. Dionysii Areopagitæ essent, S. Martinus Papa maximam curam adhibuit, ut ea explicaret. Primo Cyrum & Sergium accusat, quod S. Dionysii Textum p. 183.
mala fide depravaverint, Cyrum, quod in Articulo suo septimo posuerit *unam* Operationem Theandricam loco *novæ* operationis, & Sergium, quod in Epistola sua vocem *Theandricus* suppresserit, & solummodo dixerit unam Operationem. Ut Papa ostenderet, unde hunc modum explicandi S. Dionysium hausissent, legi jussit quinque textus Themistii, Hæretici Severiani, in quibus pro- p. 186.
pugnabat, unicam in JEsu Christo dari Operationem, & ex hac ratione S. Dionysium eam dixisse Theandricam, ita Severum docuisse, nec satis esse, si hæc Operatio θεοπρεπῶς, id est Deo conveniens appelletur.

Denique affirmabat Pontifex, vocem *Theandricus* necessario duas Operationes complecti, *nam*, inquiebat, *si unam* p. 187.
tantum significat, tunc illa operatio vel

Sæculum VII A. C. 649.

simplex est, vel composita, vel Naturalis vel Personalis? si simplex est, hanc ergo etiam Pater habebit; si autem habet operationem Theandricam, ergo etiam Pater Deus & homo erit. Si hæc Operatio est composita, Filius alterius substantiæ est, quam Pater, nam Pater Operationem compositam non habet. Si hæc Operatio Christi est Naturalis, Caro Verbo Consubstantialis est, cum habeat eandem Operationem, & ita loco Trinitatis erit Quaternitas. Si Operatio Theandrica est Personalis, separant Patrem a Filio secundum Operationem, quia in Operationibus Personalibus distinguuntur. Si his difficultatibus turbati dicant, Operationem Theandricam unam esse propter conjunctionem Naturarum; ergo ante conjunctionem Verbum duas Operationes habebat, & post conjunctionem ex duabus una fit, dum altera rescinditur, vel ambæ confunduntur.

Ex his absurdis, quæ effugere non possunt, liquido constat, S. Dionysium voluisse duas Operationes significare, adhibita voce composita, qua usus est, ut earum conjunctionem in eadem Persona indicet. Ideo sapientissime dicit, Christum nec actiones Divinas tanquam Deum, nec humanas tanquam hominem operari, sed Operationum naturalium æque ac Naturarum perfectam conjunctionem ostendit,

Dionysius Areopagita explicatur.

quia

quia huic conjunctioni proprium erat, ut actiones Divinas modo humano, & actiones humanas modo Divino perageret. Miracula patrabat ministerio carnis suæ, Anima rationali præditæ, sibique hypostatice conjunctæ, & rursus virtute sua omnipotenti sponte sua subjecit se Passioni, qua vitam nobis donavit. Itaque habebat ea in se, quæ nobis naturalia sunt, sed modo eminenti, & si nobis comparetur, supernaturali. Hæc nempe docuit S. Leo; utramque naturam illud in eo operatam fuisse, quod sibi competebat, sed cum alterius naturæ communicatione. Sæculum VII A. C. 649. p. 190.

Deusdedit Episcopus Calaritanus hanc explicationem S. Dionysii de Operatione Theandrica approbavit, & subjunxit, ipsum Pirrhum fuisse confessum, quod Cyrus textum depravasset, quippe, cum S. Sophronio responderet, dixisse: *Verum est, quod vocem UNAM loco NOVAM posuerit, verumtamen persuasum mihi habeo, Cyrum hoc nullatenus mala fide feciſſe, sed credidisse, vocem NOVAM in alio sensu accipi non posse.* p. 191. Tum petiit, quod jam petierat Papa, ut Ecthesis Heraclii legeretur. *Sup. n. 21.*

Ecthesi recitata, lecta etiam sunt excerpta ex duobus Conciliis Constantinopolitanis, a Sergio & Pirrho celebratis, in *p. 203. 206.*

Sæculum VII A. C. 649. in quibus Ecteſin ratam habuere. Tum etiam Cyri ad Sergium Epiſtola in eundem finem ſcripta, & quia in ea dicebatur, Ecteſim ad Severinum Papam fuiſſe miſſam, Martinus Papa Epiſtola recitata dixit: *Fruſtravit eos ſpes ſua, nam Ecteſim eorum Sacra Sedes nunquam approbavit, vel recepit, imo damnavit & anathematizavit.* His finitur Seſſio tertia.

Sup. n. 22.

p. 207.

Sup. n. 26.

p. 210.

§. LI.

Seſſio quarta.

19. *Octobr.* Biduo exinde elapſo nempe decimo nono Octobris Seſſio quarta celebrata. Martinus Papa dicta inter ſe pugnantia, quæ in libris in præcedente Seſſione lectis reperiebantur, adnotavit, dicens: *Cyrus in ſuis Articulis Anathema illi dicit, quicunque non affirmat, JEſum Chriſtum unica Operatione operari, id Sergio & Pirrho probatur, & nihilominus omnes tres recipiunt Ecteſim, prohibentem, ne vel una vel duæ Operationes affirmentur. Ergo ſuo ſe ipſos Anathemate implicant, & ſibi ipſis adverſantur, cum ſimpliciter oppoſita ſint, unam Operationem affirmare, & non affirmare.* Tum Papa Monothelitarum Acta nullius eſſe valoris oſtendit, in quibus nülla Perſona, nec Actor, nec Reus, nominaretur, ſed vocibus vagis indicaretur, quos-

p. 211.

p. 214.

p. 218.

quosdam ita loqui, & ſuſpiciones con- Sæculum VII
fuſæ moverentur. Tandem petiit Papa, A. C. 649.
quod jam ſub finem Seſſionis præceden-
tis petierat, ut ad eos plene convincen- *p. 239.*
dos Decreta quinque Conciliorum Ge-
neralium legerentur.

Verum Benedictus Ajacienſis mo-
nuit, cauſa Sergii & Pirrhi examinata,
etiam examinanda eſſe facta Pauli, eo-
rum Succeſſoris, ejusdem Hæreſis De-
fenſoris, eo atrocioris, quod ad errorem
Fidei etiam Catholicorum perſecutio-
nem addidiſſet. Ergo omnes Epiſcopi
in Benedicti ſententiam concedentes pe-
tierunt a Papa Martino, ut legi juberet
Epiſtolam Pauli ad Theodorum Papam, *p. 222.*
& Typum, cujus verus Auctor Paulus *Sup. n. 44.*
erat. Tum lecta Epiſtola Pauli Con- *p. 230.*
ſtantinopolitani Deusdedit Epiſcopus Ca-
laritanus dixit: *Paulus in hac Epiſtola id verum eſſe confirmavit, quod Sanctitas tua primulum dixit, & quod Accuſatores ejus dixerunt; nimirum ab Anteceſſoribus tuis Scripto, & viva Legatorum ſuorum voce ſecundum Canones fuiſſe monitum*, & ſemper contu-
macem & incorrigibilem permanſiſſe;
imo ſalutaribus monitis fuiſſe offenſum;
unde prodidiſſet, nullam ſibi rationem
ad excuſandum errorem ſupereſſe. E-
contra eundem Ecteſim ſecundum exem-
plum Anteceſſorum ſuorum recepiſſe,
&

Sæculum VII A. C. 649.

& in docendo illius Edicti verba adhibuisse.

Lectus est deinde Typus Imperatoris, dixitque Concilium: *Videtur bona fide fuisse scriptus, sed effectus non respondet. Bonum magnum est sine dubio lites de Fide sopire, sed non licet unacum malo bonum tollere, & cum Doctrina Hæreticorum Dogmata Patrum damnare. Ita disputationes magis accenduntur, quam extinguantur, quia nemo Fidei sed Hæresi renunciare cupit. Dominus nobis præcepit, vitare malum & facere Bonum, non autem cum Malo etiam Bonum rejicere. Ergo non æqualiter iraſcendum confitentibus in JEſu Christo unam vel duas Operationes seu Voluntates, sed tantum illis, qui id non confitentur, quod Patres Ecclesiæ confessi sunt. Hinc bonam Intentionem Typi laudamus, sed modum rejicimus, quia Ecclesiasticis legibus conformis non est; quippe Ecclesia illis tantum imperat silentium, qui Doctrinæ suæ contraria docent, & prohibet, ne quis uno ore Veritatem simul & errorem affirmet & neget.* Tum Concilium dicta Pauli sibi ipsis repugnantia memorat, & similia illis, quæ Antecessores ejus protulerant, dum, postquam unam dari in Christo Voluntatem affirmasset, in Typo prohibet eandem affirma-

p. 231.

Sup. n. 49.

p. 235.

Concilium Lateranense.

p. 238.

affirmari. Tandem Definita in Concilii legi jubentur. Sæculum VII A. C. 649.

Ergo prima lecta sunt Symbola Nicenum & Constantinopolitanum. Pro Concilio Ephesino lecti sunt duodecim Anathematismi S. Cyrilli, deinde Definitio Concilii Calcedonensis & Concilii Quinti, id est, quatuordecim Anathematismi. His perlectis Maximus Episcopus Aquilejensis dixit: *Jam patet Hæreticorum calumnia in quinque Concilia, quibus errores suos tribuere conati sunt, quamvis nihil tale docuerint, sed econtra ipsi a Conciliis anticipato damnati fuerint, cum damnarunt Hæreses, quas recoquunt, & novam Fidei Expositionem cudi vetuerunt. Restat, ut in futura Sessione Libri Patrum ad eos confundendos producantur.* Hic Sessionis quartæ exitus fuit.

p. 242. *Sup. L. XI.* §. 13. *L. XVIII.* §. 6. *L. XXV.* §. 22. *XXVIII.* §. 22. *XXXIII.* §. 50. p. 258. p. 262. p. 267.

§. LII.

Sessio quinta.

Sessio quinta & ultima post elapsos dies duodecim nempe ultimo die mensis Octobris habita. Martinus Papa jussit afferri in medium libros Patrum, & Textus antea annotatos legi. Sed Leontius Episcopus Neapolitanus petiit, ut prius relegeretur ille Concilii quinti locus, qui Auctoritatem Patrum stabiliebat. Et lectus est in hæc verba: *Præter quatuor Conci-*

31. *Octobr.* p. 270. p. 271.

Sæculum VII A. C. 649.

Concilia in omnibus sequimur Sanctos Patres & Ecclesiæ Doctores Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem & Proclum. Recipimus etiam alios Patres Orthodoxos, qui in Ecclesia sine ulla reprehensione usque in finem docuerunt.

p. 274. Inde lecti sunt Textus Patrum, & primo S. Ambrosii, tum S. Augustini, S. Gregorii Nysseni, S. Cyrilli, S. Basilii, S. Gregorii Nazianzeni, S. Amphilochii, ex quibus demonstratum, Voluntatem Filii Dei esse eandem ac Voluntatem Patris, atque ex unitate Voluntatis & Operationis inferri unitatem Naturæ. Deinde probatum est, præter Voluntatem Divinam JEsum Christum habere Voluntatem Humanam ex multis Textibus eorundem Patrum, & quorumdam p. 282. aliorum, nimirum S. Hippolyti Episcopi & Martyris, S. Leonis, S. Athanasii, p. 287. 294. S. Joannis Chrysostomi, Theophili Alexandrini, Severiani Gabalensis, S. Cyrilli. Inter hos duo sunt nempe S. Athanasius, & Severianus, qui expressa voce duas voluntates affirmant. Ad probandum duas Operationes allegantur S. Hilarius, S. Dionysius Areopagita, p. 302. ap. Just. p. 382. p. 385. c. 5. S. Justinus Martyr in Libro ejus tertio de Trinitate. Est illud Opus, quod etiam Titu-

Titulum: *Expoſitio veræ Fidei*, præfert, & quem Magni S. Juſtini non eſſe, periti conſentiunt. Præterea Concilium citat S. Amphilochium, S. Cyrillum Jeroſolymitanum, S. Ephrem Antiochenum, Joannem Scythopolitanum, & S. Anaſtaſium Antiochenum. Sæculum VII A. C. 649. *Tilmont. S. Juſt. n. 9. p. 689.*

His omnibus perlectis, Concilium dixit: *Liquido conſtat, & toti terrarum Orbi manifeſtandum eſt, quod Novatores tam Patres quam Concilia calumniati fuerint, & quod Patres duas Voluntates & duas Operationes æque ac duas Naturas docuerint; id enim non ſolum nude pronunciarunt, ſed etiam probarunt, atque per numerum, nomina, pronomina, qualitates, proprietates, & modis omnibus poſſibilibus expreſſerunt. Hinc ab eorum Doctrina nec latum unguem diſcedimus, nihil addimus, nihil detrahimus. Jam ut Novatores confuſione & pudore obruantur, & eorum turpitudo reveletur, producantur Textus Hæreticorum, qui ipſorum opinioni conſentiunt.* *p. 307.*

Primo lectus eſt textus Lucii Episcopi Ariani Alexandrini, ubi, ut oſtenderet, JEſum Chriſtum non habere aliam animam quam Verbum, ipſius opinione, creatum, dicit; ſi animam haberet, ſecuturum, eum duas Operationes habere. Lecti ſunt multi Textus Apollinaris, Pollemonis ejus Diſcipuli, Severi,

Sæculum VII A. C. 649.

ri, Themistii, Colluthi, Theodori Mopsuesteni, Nestorii, Pauli Nestoriani, Juliani Halicarnassensis, Theodosii Alexandrini, Theoduli Nestoriani, qui cuncti ex diversis licet principiis defendebant, in JEsu Christo unicam Voluntatem & Operationem esse.

His omnibus recitatis, Martinus Papa, ut Novatorum cum Hæreticis concordia clarius appareret, in quibusdam Articulis tam istorum quam illorum verba contulit, & concluſit, Novatores in eo esse Hæreticis nocentiores, quod rudibus persuadere conarentur, se Patrum Doctrinam sequi, cum econtra Hæretici se Patres impugnare aperte profiterentur. Maximus Aquilejensis deinde profatus respondit ad objectionem Monothelitarum, dicentium, illos, qui duas voluntates admitterent, eas esse sibi contrarias credere. Deusdedit ex Sardinia eandem Veritatem Auctoritate S. Cyrilli confirmavit, & ostendit, quod, cum credamus, JEsum Christum esse Deum & Hominem, illa, quæ tanquam Deus operatus est, nobis scandali occasionem esse non debere, & ex consequenti Monothelitas pessime argumentari, dum omnia soli Voluntati Divinæ adscribere volunt. Tandem S. Martinus Papa iterum ex Auctoritate S. Cyrilli & S. Gregorii Nazianzeni demonstravit; JEsum Chri-

p. 311.

p. 324.

p. 327.

p. 335.

p. 343.

Christum assumpsisse Naturam humanam integram, & ex consequenti voluntatem, Animæ rationali naturalem. Sæculum VII A. C. 649.

§. LIII.

Concilii Sententia.

Postquam Concilium hujus Materiæ fundamenta examinasset, viginti Canones condidit, qui Sententiam complectuntur. Damnatur, quicunque non confitetur Trinitatem & Incarnationem Verbi, Mariam esse Matrem Dei, JEsum Christum Deo Patri suo & Virgini Matri suæ consubstantialem esse, unam esse Verbi Incarnati Naturam, duas Naturas in eo subsistere distinctas sed Hypostatice unitas, easdem servare suas proprietates, JEsum Christum habere duas Voluntates & duas Operationes Divinam & Humanam. *p.* 350. *c.* 1. 2. 3. *c.* 4. *c.* 5. *c.* 6. *c.* 7. 8. *c.* 9. *c.* 10. 11. *c.* 12.

Sequitur, illos damnari, qui in JEsu Christo unam tantum Voluntatem & unam Operationem affirmant, qui rejiciunt duas Voluntates, qui nec unam nec duas Voluntates affirmare volunt, qui per Operationem Theandricam unicam adstrui Operationem affirmant, qui dicunt, duas Voluntates in JEsu Christo Divisionem parere, qui omnia, quæ docuerunt Patres, & quinque Concilia Generalia nec ullo apice excepto non recipiunt. Damnantur, quicunque non ana- *c.* 13. *c.* 14. *c.* 15. *c.* 16. *c.* 17. *c.* 18.

Sæculum VII A. C. 649

thematizant omnes Hæreticos, præsertim illos, qui Trinitatem & Incarnationem oppugnarunt. Hi omnes hic nominantur ab ætate Sabellii & Arii usque ad Origenem, Didymum, & Evagrium. Subjunguntur illi, qui eorum errores amplexi sunt, scilicet, Theodorus Pharanita, Cyrus Alexandrinus, Sergius Constantinopolitanus, ejusque Successores Pirrhus & Paulus. Item quicunque Ecthesim impiam, & Typum impium recipiunt, quicunque Depositionis ab Hæreticis contra Catholicos pronunciatæ aliquam rationem habent. Tandem damnantur, qui dicere præsumunt, Hæreticorum Doctrinam eandem esse ac Patrum & Conciliorum, & qui novas Fidei expositiones componunt, vel novas quæstiones afferunt.

c. 19.

Papa subscripsit in hunc modum: *Martinus Dei Gratia Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ Civitatis Romanæ subscripsi ut Judex huic Definitioni, quæ Fidem Orthodoxam confirmat, & condemnationi Theodori olim Episcopi Pharanitæ, Cyri Alexandrini, Sergii Constantinopolitani, Pirrhi & Pauli ejus Successorum, Librorum etiam ipsorum hæreticorum, Ecthesis impiæ & Typi impii, quem ediderunt.* (*) Omnes ceteri

p. 362.

(*) Ecclesiæ Romanæ Adversarii ad hunc locum

ceteri Episcopi numero centum & quin- Sæculum VII
que in eundem modum subscripserunt. A.C. 649.

K 3 Joan-

locum cavillari possent: *Ecce, Fidem, quam Patriarchæ Constantinopolitani profitentur, Romani Episcopi in suis Conciliis damnant, & anathematizant, & ex adverso Constantinopolitani Patriarchæ in suo Typo & Ecthesi omnibus a se dissentientibus Anathema dicunt! cui denique Parti credendum?* Nempe illi, cujus Sententiam assistente Spiritu Sancto fuisse pronunciatam, semper, serius aut citius, Ecclesiæ Universalis consensus demonstravit.

Ceterum studiosus Historiæ Ecclesiasticæ Lector non sine maxima admiratione hinc Dei, Ecclesiam suam regentis, Potentiam & Sapientiam, & inde Hæreticorum per omnia Sæcula singulos Fidei Articulos quasi servato ordine, incipiendo a principiis & ad conclusiones descendendo, oppugnantium nequitiam facile observabit.

Vix SS. Apostoli verum Deum, Unum, & Trinum prædicare, & Falsorum Deorum cultum expugnare cœperant, cum multiplices Hæreses exortæ sunt, quæ Unius Dei Fidem, & Trinitatem destruebant. Secuti sunt Ariani, JEsu Christi Divinitati bellum indicentes. His successerunt Nestoriani unam Personam, & Eutychiani duas Naturas in JEsu Christo negantes. His ab Ecclesia damnatis Monothelitæ de Ejusdem Voluntate & Operatione litigare cœperunt. Tandem supervenerunt, JEsu Christi Gratiæ, Ejusdem in Eucharistia præsentiæ, & liberi

Homi-

Sæculum VII A. C. 649. Joannes Episcopus Mediolanensis, & quidam alii, qui Synodo non interfuerant,

p. 367.

Hominis Arbitrii hostes. Quid vero dicendum de quibusdam hodiernis Scriptoribus, nescio, an occulte hæreticis vel malis Christianis, qui, cum vix aliquis novus error ab Ecclesia Romana necdum damnatus, excogitari possit, ipsa Religionis Christianæ & revelatæ fundamenta evertere, aliquid Idololatria si non pejus, saltem nihilo melius, scilicet Materialismum invehere, & Animæ Immortalitatem negare videntur? Hujus generis Philosophorum feraciffima est Anglia; sed nec in Gallia desunt, & eorum numero accenseri potest Scriptor Libri, cui Titulus præfixus: L' Esprit, *Spiritus;* hunc enim, præter alios septem ejusdem ferme farinæ Libros Orator Regis mense Januario hujus anni 1759. ad Majorem Curiam damnandum detulit. Ex Propositionibus illis, quas Orator excerpsit, licebit, velut ex ungue leonem cognoscere. Dicit Scriptor hic, quem Dominum *Helvetium* nominari ferunt, pag. 2. *Potentia cognoscendi in homine est passiva & physica sensatio non nisi majore perfectione a sensatione Brutorum distincta.* Item, *Immaterialitas & Immortalitas Animæ demonstrari non possent, nisi Ecclesia hoc credendum definivisset.* Adducto deinde exemplo Saducæorum, Turcarum, Sinarum, probare intendit, *timori pœnarum hujus vitæ esse æqualem vim homines ad Virtutem excitandi, ac illi, qui ob pœnarum æternitatem incutitur.*

Hic

rant, postea subscripserunt, nominatim quinque Personas, Ecthesim, & Typum damnantes. Sæculum VII A. C. 649.

Acta hujus Concilii statim in Sermonem Græcum, ut Monachi Palæstinæ in suo libello supplici petierant, translata sunt, ita ut huic Versioni æque ac Authographo sua constet Auctoritas. Imo aliqua in hoc Concilio Acta reperiuntur, quæ ex Græco in Latinum conversa videntur; nam non consueto Veterum stilo de verbo ad verbum a Notariis, prout ex ore loquentium excipiebantur, conscripta sunt. Nullæ hic exclamationes, nullæ interpellationes, non oratio vehementior, ut in subitis loqui solemus, sed sunt sermones prævie elaborati, plerumque prolixi admodum, immixtis plurimis p. 327. 328.

Hic Liber Romæ damnatus, Parisiis manu carnificis flammis traditus, & Scriptor in Bastiliam migrare jussus. Censor quoque & Typographus pœnas dederunt. Illud etiam suspectum esse meretur, quod hujus modi Scriptores libris suis Titulum præfigere soleant (qualis hic est: *Spiritus*) ambiguum adeo, ut quid absolute sentiant, vel affirmare velint, non satis appareat; hinc placet Crisis in hunc Scriptorem acerbe ludens, quæ in pagellis quibusdam eruditorum legitur: Il creve d' *Esprit*. Nempe, *Stultescit, qui nimium sapit*. Postea legi, hunc Auctorem coram Judice retractasse.

Sæculum VII. A.C. 649.

mis Scripturæ Textibus, & argumentorum connexio sæpe a longe petenda. Unde verisimile est, acta jam prius conscripta fuisse allata, & in Concilio recitata. Litterarum studium illa ætate Romæ languebat. Nemo sermone simplici & conciso utebatur, forte etiam ars notis scribendi interierat, aut lingua latina vulgaris usque adeo corrupta erat, ut illo stilo, quo loquebantur, scribere erubescerent.

§. LIV.

Epistolæ S. Martini Papæ in Orientem missæ.

Anast. in Mart. to. 6. Conc. p. 367.

Papa hæc Acta quoquoversum in Orientem & Occidentem cum multis Epistolis partim nomine Concilii, partim suo scriptis dimisit. Prima est Epistola circularis ad omnes Fideles directa, in qua errorem Monothelitarum refert, tum Concilii convocandi necessitatem, & quæ in eo acta fuissent. Deinde subjungit: *Hæc Acta ad omnes Fideles mittimus, ut nos coram Deo innocentes simus, & refractarii excusationem non habeant. Itaque, nolite Novatoribus aures dare, aut timere homines, quorum vita præterit, sicut herba arescens & quorum nullus pro nobis crucifixus fuit.* Nempe facile prævidebat vehementem

p. 375.

p. 378.

Impe-

Imperatoris iracundiam, ubi damnatum Typum resciviſſet. Sæculum VII A. C. 649.

Scripſit tamen Principi, quid in Synodo actum fuerit, atque etiam damnatam fuiſſe Ecteſim & Typum, quo facto, dicit, Imperatori famam fuiſſe redditam, *Quippe*, inquit, *Adverſarii noſtri ad Epiſcopos Africæ ſcribere auſi ſunt, te motu proprio Typum edidiſſe, ut juberes aliquid nimii rigoris relaxari, ſalva tamen Veritate; ſed in hac re non ſunt ſecuti monita Patrum dicentium, in veritate divinitus revelata minimam mutationem magni momenti eſſe. Mittimus tibi Acta Concilii noſtri & eorum Verſionem Græcam. Rogamus, ut ea attente legas, piis Legibus Hæreticos damnes, & Doctrinam Patrum & Conciliorum tuearis. Ita Deus proſperum det tibi Regnum!* Papa & omnes Concilii Patres huic Epiſtolæ ſubſcripſerunt. *ep.* 3. *p.* 5. *p.* 7. *p.* 8.

S. Martinus Papa multis litteris ad Orientales datis, atque una ſpeciatim ad Eccleſias Sedibus Jeroſolymitanæ & Antiochenæ ſubjectas directa, hortatur, ut in Fide Romanæ Eccleſiæ perſiſtant, Hæreticos vitent, præſertim Macedonium Sedis Antiochenæ Uſurpatorem, & Petrum Alexandrinum. Eas deinde certiores facit, quod Vicarium ſuum conſtituerit Joannem Epiſcopum Philadel- *epiſt.* 5. *p.* 20.

Sæculum VII A. C. 649.

phiæ, cujus potestatem in Epistola ad eum sigillatim data explicat.

Initio hujus Epistolæ dicit, cognitas sibi esse ejus virtutes & in Fide zelum, Stephano Episcopo Dorienſi & Monachis Monasterii S. Theodosii referentibus; hinc eum Vicarium suum in toto Oriente, id est, in omnibus Ecclesiis Jerosolymitanæ & Antiochenæ subditis constituit; *Quod facimus illa potestate*, inquit, *quam a S. Petro accepimus, id exigente temporum calamitate, & Gentilium Tyrannide, ne Ordo Sacerdotalis in illis Regionibus pereat, & Sancta Nostra Religio ibi ignoretur. Quare sine mora in Ecclesiis Catholicis Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ordina; nam continuus dolor mea torquebit viscera, donec opus istud tua cura perfectum fuisse rescivero. Illos, qui jam depositi fuerunt, exhortare, ut se convertant. Fidei professionem scriptam ab ipsis pete, qua accepta quemlibet eorum suo Ordini restitues, si modo alia causa non obstet, quo minus restitui possint, nam Canones observari volumus. Sed Ecclesiæ mos est premente necessitate & tempore persecutionis Indulgentiam concedere, quo casu Disciplina non contemnitur. Quod spectat ad Pseudo-Episcopum Antiochenum Macedonium, litteras ejus & minas spernite; is enim ab Ecclesia Catholica Episcopus non habetur,*

Joannes Philadelphius Papæ Vicarius.

p. 21.

p. 22.

nec

nec ideo solum, quod illius Sedis Titulum contra Canones in Regione externa sine consensu populi & sine Decreto usurpet, sed etiam quia est Hæreticorum amicus, qui in sceleris præmium illum elegerunt. Eodem modo res se habet cum Petro, quem Episcopum Alexandrinum a se creatum jactant, ut majore numero Hæreticorum Factionem firment. Sæculum VII A. C. 649. p. 23.

Mittimus tibi Acta Concilii nostri & Epistolas Circulares per manus Abbatis Theodori Presbyteri & Apocrisiarii nostri, & Monachorum ad S. Theodorum, Joannis, Stephani, & Leontii, qui Concilio interfuerunt. Fac, ut hæc Decreta ab omnibus Fidelibus Regionum illarum observentur. Theodorum quoque Episcopum Esbuntinum & Antonium Bacatensem per litteras hortati sumus, ut in omnibus Officii tibi commissi causis fidelem operam jungant. Ad id ipsum præstandum præterea excitavimus Georgium Presbyterum & Archimandritam, Petrum Andraensem & omnes illius Provinciæ viros, qui vero Fidei zelo ardent.

Theodorus Esbuntinus, & Antonius Bacatensis Episcopi erant in Palæstina, quorum alter edita publice Fidei suæ confessione se hostem manifestum Hæreticorum professus fuerat, alter eorundem Factioni renuncians Retractationem suam

Sæculum VII A.C. 649.

ſuam ad Papam miſerat. Inde eſt, quod Papa ad utrumque Epiſtolas dederit, exhortans, ut perſeverarent, & Joanni Philadelphio in difficili negotio auxilium præberent. Scripſit quoque Georgio S. Theodoſii Abbati, & Petro, ex illorum Ordine, qui illuſtres dicebantur, & quem in illa Regione Auctoritate in Civilibus viguiſſe veriſimile eſt.

Ep. 6. 7.

ep. 8.

ep. 10.

Qui Stephano Epiſcopo Dorienſi obſtiterant, ne ſecundum Papæ Theodori Mandata Epiſcopos ordinaret, contra eundem querelas moverant, quas frivolas eſſe Pontifex deprehendit, idque ſcripſit Pantaleoni, qui ſibi eas in commentario miſerat, & addit: *Hominum iſtorum culpa fit, quod nulli jam in illis Regionibus Epiſcopi nec Presbyteri exiſtant, qui Sacrificia pro populis continuo offerant, quamvis hæc Reconciliatio nunc eo magis neceſſaria ſit, quo propius eſt ſcandalorum tempus; non ſecus ac navi procellis jactatæ major Rectorum nautarumque numerus opus eſt.* (*)

Sup. n. 34.

Ep. 9.

Ep. 35.

§. LV.

(*) Plane ſi in SS. Pontificibus illius præſertim ætatis ſollicitudo omnium Eccleſiarum conſideretur, JEſu Chriſti Exemplum ſecuti dicendi ſunt, conquerentis: *Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei?* Iſaiæ 5. 4.

Sæculum VII
A. C. 649.

§. LV.

Ecclesiarum Orientalium Status.

Ex his Epistolis miserum Ecclesiarum in Ægypto & Oriente statum, ex quo Musulmannorum jugo premebantur, dispicimus. Multæ Pastoribus & Ministris destitutæ erant, & qui remanserunt, Hæresin docebant; nam præter Monothelitas, qui illo tempore oriebantur, veteres Hæreses omnes, Græcorum potentia paulatim deficiente, repullularunt. Nestoriani in Syria, & Jacobitæ seu Eutychiani in Ægypto rursus in lucem prodire ausi, nam Musulmannorum nihil intererat, quam Sectam Christiani ipsis subditi sequerentur, nisi quod illi, qui Communionem cum Episcopis Sedis Constantinopolitanæ vel Romanæ servabant, eis magis quam ceteri essent suspecti, utpote Imperatori Musulmannorum perpetuo hosti faventes. Inde etiam ex illo tempore seriem Patriarcharum Catholicorum Alexandrinorum, Antiochenorum, & Jerosolymitanorum difficulter invenimus. Catalogus S. Nicephori Constantinopolitani Episcoporum Alexandrinorum usque ad Petrum, quem quinquagesimum numerat, nempe Cyri Successorem, perducitur, Episcoporum Antiochenorum usque ad Anastasium, quem sexagesimum primum dicit, a Judæis

Sæculum VII A. C. 649.

dæis anno 610. interfectum, Jerosolymitanorum usque ad S. Sophronium, quam S. Nicephorus sexagesimum secundum & ultimum ponit.

Sup. Lib. XXXVII. §. 2.

At in aliis Auctoribus habemus seriem Patriarcharum Jacobitarum Alexandriæ a tempore Benjamini, qui hujus Sedis Titulum gerebat, cum Musulmanni Victores ingruerent, & Eutychius seriem Patriarcharum Melchitarum in illis tribus Cathedris atque annos a Regno Califarum computatos usque ad sua tempora nempe medium Sæculi X. adnotat. In Sede Alexandrina Cyro Successorem dat Petrum æque Monothelitam anno Othmani quarto seu anno JEsu Christi 648. Antiochiæ post Anastasium Sedes vacat annis viginti duobus, & deinde ponit Eutychius Macedonium Patriarcham Antiochenum Constantinopoli ordinatum, anno Califæ Omari quinto, seu anno 639. Macedonius Antiochiam nunquam venit, nec etiam Georgius, qui ei successit anno Othmani tertio, seu 647. nec Macarius, Georgii Successor, anno 654. Othmani decimo. Hi tres Monothelitæ fuere, & Constantinopoli semper versati. Jerosolymæ post S. Sophronium Sedes vacat annis 29. tum Eutychius ponit Joannem anno septimo Moaviæ, seu 668. Patriarcham electum.

Elmac. Chr. Orient. Vansleb. relat. d' Eg. Sup. n. 23. to. 2. p. 324. p. 195. p. 323. p. 350.

S. Mar-

S.Martinus Papa non ſolum ad Orientales ſuas dedit Epiſtolas, ſed etiam ad Epiſcopum Carthaginenſem, omnes Epiſcopos & populos ipſi ſubjectos, in quibus ſignificat, Fidei Confeſſionem, in eorum Epiſtola Synodali contentam ſibi probari. Præterea eis Acta Concilii cum Epiſtola encyclica mittit. Sæculum VII A. C. 649.

§. LVI.

Epiſtola ad Paulum Theſſalonicenſem.

Cum Paulus Epiſcopus Theſſalonicenſis, iterum ordinatus, litteras ſuas Synodicas, ſuam Confeſſionem Fidei continentes, ad S. Martinum Papam miſiſſet, ut mos ferebat, noluit eas recipere Pontifex, quod Monothelitis faverent; verum, Pauli Legatis affirmantibus, errorem, qui in ejus litteris apparebat, oſcitantia ſcribentis irrepſiſſe, quem Paulus, quamprimum leniter moneretur, correcturus eſſet, flecti ſe paſſus eſt Papa, & ne quidem illo jure uti voluit, quo Paulum Sacræ Sedi ſpeciatim ſubjectum compellere potuiſſet, ut Romam veniret, & canonice cauſam diceret; ſed ſatis fore exiſtimavit, ei opera Sacræ Sedis Legatorum, qui apud ipſum erant, oſtendere, in quo erraſſet, eique transmittere formulam Fidei ſcriptam, quam profiteri deberet. At Paulus, deceptis Legatis, tradidit Fidei profeſſionem, in qua, ubi de *Epiſt.* 12.

Sæculum VII A. C. 649.

de Voluntate & Operatione JEsu Christi loquitur, vocem *Natura sua* omiserat, & Anathematismum non apposuerat. Legati quidem his dolis & blanditiis capti hoc Scriptum receperunt; sed Papa, hac formula sibi reddita, eos in cinere & cilicio pœnitentiam agere, & Paulo Thessalonicensi Anathema dicere jussit.

Id ipsum ei Papa data Epistola mense Nov. anno 649. indicat, & postquam fraudes exprobravit, dicit: *Scito, te ab omni Dignitate Sacerdotali, & omni Ministerio in Ecclesia Catholica esse depositum, donec ea omnia, nec ullo apice omisso, quæ in Nostro Concilio definivimus, in litteris manu tua signatis confirmaveris, & his omnibus, quæ anathematizavimus, præsertim novis Hæreticis cum sua Ecthesi & Typo Anathema dixeris. Præterea ille etiam error a te emendandus est, quod contemptis Canonibus te subditum & Sacræ Sedis Vicarium in tuis Epistolis non profitearis.*

Ep. 12. *p.* 50.

Eodem tempore scripsit Papa ad Fideles Ecclesiæ Thessalonicensis, jubens, ne cum Paulo amplius communicent, sed Rem Divinam a Presbyteris & Diaconis celebrari curent, usque dum Paulus ad officium redierit, vel alius Episcopus in ejus Sedem electus fuerit.

Epist. 13.

§. LVII.

Sæculum VII
A. C. 649.

§. LVII.

Epistola Papæ ad S. Amandum.

Sanctus Amandus Episcopus Trajectensis datis litteris S. Martinum Papam de reprimenda criminosa Clericorum vita, & de Monothelitarum Hæresi consuluerat. Papa hac occasione usus Acta sui Concilii in Galliam misit, eaque S. Amandi Legato deferenda tradidit cum Epistola, in qua labores Apostolicos gratulatur, & ob depravatos Clericorum ejus mores condolet. *Quippe relatum est ad nos*, inquit, *Presbyteros, Diaconos, aliosque Clericos in peccata erubescenda labi, teque hac re usque adeo affligi, ut ab onere Pastorali absolvi, atque in secessu & silentio vivere cupias.* Tum hortatur gravissime, ut munus retineat, & his peccatoribus noxia indulgentia atque Canonibus adversa non parcat; *Ille enim*, inquit, *qui post Ordinationem suam talia committit, necessario deponendus est, nulla relicta spe ad altiorem gradum aliquando ascendendi. Reliquum vitæ tempus in pœnitentia transigat, quia ad Sacros Ordines non admittimus nisi Viros, quos semper integerrimæ vitæ fuisse constat.* Tum Papa eidem refert, quid Monothelitæ per annos quindecim egerint, & quid contra eos in suo Concilio decreverit. *Mittimus tibi*, inquit, *Acta* *to. 6. Conc. p. 383.*

Sæculum VII A. C. 649. *cum Epiſtola Synodica, quæ ut omnibus nota fiat, curabis. Omnes deinde Epiſcopi Regionum tuarum in Synodo congregati ſuo conſenſu confirmabunt, quæ pro Fidei conſervatione fecimus, & litteras ſua manu ſignatas ad nos mittent.* Hic diſpicimus, ſicut etiam in Epiſtola ad Paulum Theſſalonicenſem, ipſum Papam aliorum Epiſcoporum conſenſui, quem ipſius Deciſionibus præbent, Confirmationis nomen tribuere. His ſubjungit: *Roga Sigebertum Regem, ut nobis mittat Epiſcopos, qui Legationem Sacræ Sedis in ſe ſuſcipiant, & Acta Concilii noſtri, atque veſtri ad Imperatorem deferant. Ceterum dedimus Tabellario Reliquias, quas petiit Rex, Libros autem dare non potuimus, quia vacua eſt Bibliotheca noſtra, & ipſi, cum moram pati non poſſet, transſcribendi tempus non fuit.* Ex his ultimis verbis cognoſcimus, ſuperfuiſſe quidem libros in Bibliotheca Papæ, ſed non tantum Exemplarium ejusdem Auctoris numerum, ut ea aliis donare, vel commodare licuiſſet. Conjectura eſt, huic Epiſtolæ junctam fuiſſe aliam ad Regem Sigebertum datam, nam aliunde conſtat quod Fratri ejus Regi Clodoveo ſcripſerit Papa, rogans, ut ſibi mitteret Epiſcopos, ad reprimendam Hæreſim Adjutores futuros. S. Eligius & S. Ove-

vit. S. Eligii l. 6. 33.

S. Ovenus † lubenti animo iviſſent, niſi certis rationibus fuiſſent impediti. Sæculum VII A.C. 649.

S. Amandus, poſtquam diu Epiſcopus fuiſſet, nullam Sedem fixam habens, tandem circa annum 647. Eccleſiæ Trajectenſi alligatus fuerat. Hæc Cathedra, Tungris olim erecta, illa deinde Civitate ab Attila devaſtata circa annum 450. Trajectum translata fuit.

† ſeu Audoenus. *Sup. Lib. XXXVII.* §. 46. *Greg. II. hiſt. c. 5.*

Joanne, cognomento Agneolo, fatis functo, Sigebertus Rex S. Amandum illuc accerſitum, congregatis Epiſcopis & magna populi multitudine, quantumcunque repugnantem compulit, ut hujus Eccleſiæ curam ſuſciperet; ſed elapſo triennio ea denuo relicta, Romam iterato, cum Nicaſio Monacho, & S. Humberto, poſtea Abbate Marovilienſi prope Valentianam, profectus, Papa conſilium approbante, converſioni Infidelium ſicut antea incubuit, nulli Sedi adſtrictus. S. Amandus usque ad annum 679. ſuperſtes fuit, & ſexto die Febr. quo Eccleſia ejus memoriam colit, ad Cœleſtia migravit.

vit. c. 17. to. 2. Act. Ben. p. 716.

Mart. Rom. 6. Febr.

§. LVIII.
Monaſteria in Belgio.

Sanctus Amandus ſepultus eſt in Monaſterio Elnonenſi prope Tornacum, quod fundaverat, & hodie ab ejus Nomine dicitur. Alia duo fundaverat Gandavi, quorum alterum S. Bavonis Nomen

Sæculum VII A. C. 649.

retinuit, alternm a monte Blandino, ubi ædificatum est, accepit. S. Bavo in Brabantia natus, S. Amandi Prædicatione conversus, atque ejusdem Discipulis adscriptus, postquam vitam Monasticam in maximo rigore duxisset, circiter anno 653. obiit, & ab Ecclesia primo Octobris colitur. Utrumque Monasterium in Civitate Gandavensi primum Abbatem habuit S. Floribertum, qui S. Livinum ex Hibernia Episcopum ad prædicandam in illa Regione Fidem recepit. S. Livinus haud procul Gandavo anno circiter 656. propter Fidem a Barbaris occisus est. Postquam S. Amandus Cathedram Trajectensem reliquit, in ejus locum S. Remaclius anno 652. suffectus est, in Aquitania natus, & aliquamdiu in aula versatus cum S. Eligio, qui eum in novo suo Monasterio Soliniacensi Abbatem creavit. Rex Sigebertus cognita viri Pietate, eum ad se vocavit, ipsiusque consilio in Sylva Arduenna duo Monasteria Stabulense, & Malmudariense condidit. Interim dum ædificantur, S. Remaclius usque in Diœcesin Trajectensem progressus magno zelo Fidem prædicabat, pauperes & quacunque calamitate pressos juvabat, ubique eximiæ humilitatis exemplum præbens. Duorum vero Monasteriorum Regimen S. Theodardo commisit, & ipse post decem annorum

Act. Bened. p. 406. Mart. Rom. Acta p. 399. n. 7. p. 457. n. 22.

vit. tom. 2. Act. 488.

v. Mabill. p. 494.

rum lapsum, abdicato Episcopatu Stabulum se recepit, ubi vitam sancte finivit, postquam S. Theodardum in Sede Trajectensi sibi Successorem ordinari curasset. Sæculum VII A. C. 649. *Coint. an. 662. n. 2.*

S. Amandi Discipuli plura alia Monasteria in Gallia Belgica & Germania inferiore fundarunt, eorumque numero adscribitur S. Gillanus, qui Abbatiæ anno 652. conditæ in Hannonia, hodieque Nomen ejus retinentis, Auctor creditur. Jonas, alter S. Amandi Discipulus, primus Abbas Marienensis † fuit. Item S. Amando Auctore Abbatia Nivigellensis fundata est, ut satisfieret pio desiderio S. Gertrudis, Filiæ Illustris Pipini a Landino, qui sub Regibus Clotario secundo, Dagoberto primo, & Sigeberto tertio Magistri Palatii munere ornatus fulsit. Pipinus Matrimonio sibi junxerat Ittam, S. Modualdi, Archiepiscopi Trevirensis Sororem, ex qua liberos tres suscepit, Grimoaldum, qui Patri in officio Prætoris Palatii successit, S. Begam, & S. Gertrudem. S. Bega Ansegisilum S. Arnulphi filium conjugem accepit, & Pipini Heristalli mater extitit; Pipinus vero Senior, S. Begæ Avus anno 640. defunctus, in Brabantia vigesimo primo Febr. honore Sanctis exhiberi solito colitur. Gertrudis quatuordecim annorum puella edixerat, nullum se Sponsum unquam recepturam nisi JEsum Christum; cumque

† Marchienes. *p. 800. p. 937. p. 462.*

Boll. 21. Febr. to. 3. p. 250.

Sæculum VII A. C. 649.

que in Domo Matris ſuæ verſaretur, S. Amandus, ubique Fidem prædicans, illuc quoque divertit, atque Ittam hortatus eſt, ut Monaſterium fundaret, in quo ipſa & filia Deo ſervirent. Quamvis vero hujus vitæ Inſtitutum huic Sanctæ Viduæ hactenus fuiſſet ignotum, nihilominus, quæ Vir Sanctus ſuadebat, non cunctanter ſtatuit exequi, ſeque ipſa cum omnibus Bonis ſuis, ut ut amici & propinqui obſiſterent, Deo conſecrans, cum timeret, ne a ſe avellerent filiam, eidem, capillis ita præciſis, ut ſolum coronæ ſpecies remaneret (quod obſequium propriis manibus præſtitit) velamen Monaſticum & pluribus aliis Virginibus ab Epiſcopis dari juſſit. Unde videmus non amplius fuiſſe obſervatos Canones, ne Virgines ante annum vitæ quadrageſimum velarentur. Hæc fuerunt initia Abbatiæ Nivigellenſis in Brabantia inter Montes & Bruxellam poſitæ. (*)

S. Gertrudis, Matre jubente, ſuſcepto Virginum Regimine, materna cura & virtutum exemplis, licet vix annos viginti nata, ſanctiſſime præfuit. Reliquias & libros ſanctos Roma afferri curavit, & Viros doctos ex Regionibus ultra mare ſitis accer-

(*) Hujus Cœnobii Virginum præclari a Namurco octo Leucis diſtantis Abbatiſſa hodie Principis Dignitate eminet, & Civitatis Domina eſt.

accersivit, qui novellæ Congregationis suæ Moniales ad cantum Psalmorum, & Rerum Sanctarum meditationem instituerent. Erant hi Viri ex Hibernia, atque inter alios S. Folianus, & S. Ultanus, S. Fursini, seu Fursei fratres, quibus, cum illo defuncto in Galliam trajeciissent, S. Gertrudis Fossæ prope Nivigellam Monasterium, seu potius Hospitium recipiendis Hibernis, in Galliam Pietatis causa navigantibus, destinatum ædificavit. Hujusmodi plura in diversis locis erant, quæ Hospitia Scotorum dicebantur. S. Gertrudis, post Matris obitum, cura rerum temporalium in Monachos, & Disciplinæ intra Monasterium conservandæ in Sorores rejecta, totam se Cœlestium contemplationi dedit; cum deinde corpusculi sui vires continuis jejuniis & vigiliis consumptas sentiret, Neptem suam etsi vicenaria necdum majorem, secum ab infantia educatam, se viva Abbatissam eligi voluit, & ipsamet annos non plures quam triginta tres nata in Domino quievit anno 658. decimo octavo Martii, cujus Memoriam Ecclesia die præcedente honorat.

Sæculum VII
A. C. 649.

Sup. n. 28. Acta to. 2. p. 308. 785. Conc. Meld. an. 845. c. 40. to. 6. p. 1832.

Mart. Rom. 17. Mart.

§. LIX.

S. Audoeni Discipuli.

Sanctus Audoeni Discipuli quoque multa fundarunt Monasteria, ex quibus celebratiora memorabimus. S. Germe-

Sæculum VII A. C. 649.

rus prope Belovacum nobilibus & opulentis parentibus natus cum aliquot annis Regi Dagoberto, qui eum ob pietatis & sapientiæ famam ad se vocaverat, a consiliis fuisset, in aula versatus uxorem accepit, suscepitque ex ea filium, cui deinde, S. Audoeni consilium secutus, relictis omnibus Bonis in Monasterium secessit. Tandem fundato alio Monasterio in quodam loco prope Belovacum, qui *Flay*, id est, Flaviacum dicebatur, omnia necessaria intra septa construxit, ut secundum Regulam S. Benedicti non esset occasio Monachis vagandi foras. Id anno circiter 654. factum, & S. Germerus quadriennio post vigesimo quarto Sept. quo die in Ecclesia colitur, animam Deo reddidit. Sepultus est in hoc Monasterio, quod in hunc diem ejus Nomen retinuit. S. Vandregisilus quoque in Aula Regis Dagoberti educatus, & grandior factus, postquam spectabili munere functus fuisset, uxorem permovit, ut servare vellet continentiam, & vitam Monasticam amplexus est. In multa deinde Monasteria delatus, & in Neustriam veniens ad S. Audoenum se contulit, atque ab eo licet reluctans Subdiaconus, tum Diaconus, & tandem Presbyter ordinatus est. Interim S. Vandregisilo, locum stabilis commorationis quærenti, oblatus est aliquis, Fontanella a scaturigine aquarum abun-

Act. Bened. n. 12.

n. 22.

Mart. B. 24. *Sept.*

Act. B. to. 2. p. 524.

abundantissima dictus, Leucis quinque in- Sæculum VII
fra Rothomagum distans. Ibi igitur cum A. C. 649.
Monasterium fundasset circa annum 648. usque adeo Monachorum illo confluentium numerus brevi temporis spatio excrevit, ut ad suum solatium ad trecentos conspiceret. Intus quatuor Ecclesiæ, & extra septa aliquot oratoria extructa erant. S. Vandregisilus suis manibus laborabat, etiam senex, ut Discipulis suis exemplum daret. In illa vicinia, id est, in Regione Caletensi prædicabat, atque Peccatores & Idololatras (quippe illic adhuc non nulli supererant) convertere conabatur. Postquam ad annum ætatis nonagesimum sextum perveniisset, beato fine quievit anno 667. vigesimo secundo Julii, quo die Ecclesia ejus Memoriam colit; sed hujus Monasterii nihil celebre nisi S. Viri Nomen supereſt. Inter S. Vandregisili Discipulos illustrissimi sunt S. Lambertus & S. Ansbertus, ambo primum Abbates Fontanellani, & postea Archiepiscopi, Lambertus Lugduni, & Ansbertus Rothomagi. Item S. Erembertus, ordinatus Episcopus Tolosanus, qui annis duodecim in Pontificatu transactis anno circiter 671. senio fractus ad suum Monasterium moriturus rediit.

Mart. Rom. 22. Jul. p. 545. n. 27.

Act. Ben.to. 2. p. 604.

Tandem etiam S. Filibertus ex numero eorum fuit, qui in Aula Regis Dagoberti S. Audoeni amicitiam amplexi sunt.

Sæculum VII A.C. 649.

Is natus Eluſæ in Aquitania, cujus Civitatis Epiſcopus parens ejus poſtea ordinatus eſt, relicto mundo annum ætatis agens vigeſimum in Abbatia Resbaſienſi, a S. Audoeno nuper fundata, Inſtitutum Monaſticum elegit, & S. Ailo mortuo Abbas creatus eſt. Inde ad Monaſterium Luxovienſe, Bobienſe, aliaque in Francia, & Italia celeberrima inviſit. Regulas S. Baſilii, S. Macarii, S. Benedicti, & S. Columbani aſſidue legens, tandem ad novum Monaſterium condendum animum adjecit, atque in eum finem agro, qui tunc Gemmeticus, & hodie Jumegius dicitur, a Rege Clodoveo & S. Batilde Regina impetrato, Abbatiam ejusdem nominis in Diœceſi Rothomagenſi, tribus Leucis Fontanella diſſitam, fundavit. Id contigit anno circiter 654. cumque S. Filibertus in illis exordiis ſeptuaginta Monachos Jumegium induxiſſet, poſt non longum temporis ſpatium eorum numerus in ſeptuplum, id eſt, ad Monachos fere quingentos auctus eſt.

§. LX.

S. Benedicti Translatio.

Act. Ben. to. 2. p. 353. & 674.

Sub idem ferme tempus S. Benedicti Reliquiæ in Galliam translatæ ſunt. Leodebodius ad S. Anianum Aureliani Abbas fundaverat ad Ligerim Monaſterium Floriacenſe, cujus Abbas Mummolus, cum quadam

quadam die in Dialogis S. Gregorii Vaticinium S. Benedicti de Monasterii sui in monte Cassino ruina legisset, propositum cepit Viri Sancti Reliquias transferendi. Hoc consilio, misit unum Monachorum suorum, nomine Aigulfum, cui cum se aliquot viri ex agro Cenomanensi, qui Floriacum diverterant, profecturi in Italiam, & inde Sanctorum Reliquias allaturi, viæ socios junxissent, ubi ad montem Cassinum pervenerunt, in illis ruinis Monasterii ab annis plus quam septuaginta derelicti diligentissime Reliquias investigantes, invenerunt tumulum, in quo simul corpora S. Benedicti & Sororis ejus S. Scholasticæ quiescebant. Hæc itaque Floriacum transtulerunt, ubi S. Benedicti ossa in Ecclesia S. Petri maxima pompa fuere deposita, ossa vero S. Scholasticæ Cenomanum delata, ubi ea S. Berarius Episcopus in Monasterio Virginum a se fundato condidit. Sæculum VII A.C. 649. *Sup. Lib. XXXIII. §. 10.*

Hæc S. Benedicti translatio undecimo Julii, & ut creditur, anno 653. contigit, quo die Ecclesia hujus rei memoriam celebrat. (*) *Mart. B. 11. Jul.*

§. LXI.

(*) In Germania non agitur Festum Translationis sed Commemorationis. Fleurius de hac Translatione non dubitat. Si quis Argumenta in contrarium legere velit, revolvat Baronium ad hunc annum. Qui Cardinalis hujus Annales in Compendium coegit, affert hæc verba: *Ex*

Sæculum VII
A. C. 649.

§. LXI.

S. Emmeramus Ratisbonenſis.

EOdem ferme tempore S. Emmeramus relicta Gallia, in Bavariam Fidem prædicaturus abiit. Is Pictavii natus, cum ab unguiculis ſe totum Dei ſervitio addixiſſet, ordinatus eſt Epiſcopus in eadem Aquitaniæ Provincia, incertum in qua Sede. Poſtmodum ſciens, Pannoniæ populos adhucdum in Idololatriæ tenebris verſari, illo proficiſci ſtatuit. Igitur alio Epiſcopo, qui ſuas vices ſubiret, ordinato, relicta patria, propinquis, Bonis, quæ ampliſſima poſſidebat, Ligeri & Rheno ſuperatis in Germaniam pervenit; cumque illarum Gentium linguam neſciret, quodam Presbytero, cui nomen Vitalis, Interprete utebatur. Delatus Ratisbonam, ubi Theodo Dux ſeu Bavariæ Præfectus, Regis Sigeberti III. nomine, commorabatur, poſtquam huic Principi conſilium ad Avares migrandi, Fidem prædicandi, & ſi neceſſe eſſet, Martyrium ſubeundi aperuiſſet, dixit ille; *Cum his Gentibus bellum nobis eſt perpetuum, cunctas ad Anaſum oras vaſtant, ut ut ſecuritatem tibi promiſerint, res periculo plena eſt tranſitum tentare; & quia ſalutarem*

vit. ap. Sur. 22. Sept. Coint. an. 649. n. 26.

Ex Pauli tamen Diaconi & Monachi Caſſinenſis aſſertione lis eo pacto dirimi poſſet, ut oſſa dicantur translata, carnes vero redactæ jam in pulveres ibidem relictæ. &c.

rem tuam Doctrinam cognovi, non feram, ut a nobis discedas. Tu Episcopus noster sis, vel si hoc munere fungi superbia tibi videatur, Abbas esto, & Monasteria hujus Provinciæ moderare. S. Emmeramus videns se exequi non posse, quod sibi primo propositum erat, Theodonis precibus locum dedit, eo facilius, quod inter Incolas illius Regionis utpote Neophytos Idolorum cultus necdum penitus esset deletus, sed Ethnica superstitio cum Religione Christiana fœde commisceretur. Remansit igitur annis tribus, in urbibus, oppidis & vicis Fidem prædicans. Singulos quoque, quotiescunque id poterat, in Fide solerter erudiebat. De mercede, quæ ipsi dabatur, nil nisi necessarium servabat, & reliqua in pauperes dividebat. Triennio circumacto licentiam petiit Romam peregrinandi, & aliquot Clericis comitantibus in viam se dedit. Sæculum VII A.C. 649.

Trium dierum itinere confecto, Lambertus Theodonis Ducis filius insequitur, & proficiscentem occupat. Causa vero persecutionis hæc erat. Lamberti Soror filio cujusdam in illa Regione Prætoris potestatem corporis sui fecerat, cumque tumente utero jam probrum celare non posset, a S. Episcopo stuprum sibi oblatum mentita est. Itaque Lambertus iter facientem consequitur, generis opprobrium vindi-

Sæculum VII A. C. 649.

vindicaturus. S. Emmeramus dixit; se Romam proficiſci, & poſſe illuc Accuſatores ſuos mitti, qui crimen deferrent. At non audiit loquentem Lambertus, quo jubente milites Epiſcopum comprehendunt, ſcalæ alligant, digitos ſingulos abſcindunt, eruunt oculos, nares, aures, pedes manusque reſecant, tandem membris omnibus truncato etiam linguam evellunt, & ſuo ſanguini innatantem relinquunt. Tum Comites ejus, quos terror in fugam verterat, redeuntes, inde in locum duodecim millibus diſtantem devehunt, ubi animam reddidit, ſtatimque ſepultus eſt. Poſteriore tempore Sancti Martyris Reliquiis Ratisbonam translatis, multa edita Miracula. Vitam ejus ſcripſit Cirinus Epiſcopus Friſingenſis ætate Caroli Magni, additis quibusdam aliis circumſtantiis, quæ veri ſpeciem non habent. Eccleſia S. Emmeramum inter Martyres colit 22. Sept. ejusque Epitaphium indicat, anno 652. paſſum fuiſſe. (*)

vid. Coint. an. 652. n. 14.

Mart. Rom. 22. Sept.

(*) Hier iſt das End des fünften Theiles unſers Proteſtantes. Den ſechſten Theil hab ich noch nicht bekommen, ſo daß ich ihm nicht mehr ſo auf dem Fuß folgen kann. Es iſt aber kein Wunder daß es mit der Ueberſetzung des Fleury langſam zugeht, wenn er auch des Bougeant Hiſtorie des dreyßigjährigen Kriegs überſetzet.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXIX.

S. MARTINUS PAPA. CONSTANS IMPERATOR. RODUALDUS REX LONGOBARDORUM.

§. I.

S. Martinus Papa perſecutionem patitur.

Sanctus Martinus Papa brevi poſtea gravem ſibi Imperatorem Conſtantem ſenſit. Priusquam Conſtantinopoli, quid in Concilio Lateranenſi actum, reſcirent, Imperator Olympium, Cubiculariorum Præfectum, in Italiam cum Exarchi poteſtate miſit, additis mandatis, ut omnes Epiſcopos, & Fundorum Domi-

Sæculum VII A. C. 653.

Sæculum VII A.C. 653.

Dominos, Typo subscribere compelleret, in quibus dicit: *Si ab exercitu Italico impetrare potes, ut imperata faciat, jube Martinum comprehendi, qui hic Constantinopoli Legatus antea versatus est. Si obsistant milites, acquiesce, donec Provinciam in potestate tua habeas. Tum copiis Romanis & Ravennatensibus mitigatis, quod jubemus, exequere.*

Anast. in Mart.

Olympius Romam perveniens, Patribus in Concilio Lateranensi congregatis, opera militum, quos adduxerat, Schisma in Ecclesia excitare conatus est. Cum vero id efficere irrito labore tentasset, quia vis non proderat, ad fraudes conversus est. Papam in Ecclesia S. Mariæ Majoris Communionem sibi porrigentem ab armigero suo percuti mandavit, quod eo faciliore negotio fieri potuisset, quia Papa in Ecclesiam descendebat, singulis in sua statione Communionem propinaturus, ut supra meminimus. Sed armiger postmodum jurato affirmavit, cœcitate derepente illapsa se Papam, Exarcho Communionem præbentem, non vidisse. Exarchus Papam sub Dei Tutela esse videns, exhibitis mandatis, quæ acceperat, in gratiam cum eo rediit, & cum exercitu, in Siciliam navigavit, contra Saracenos, qui Insulam occupaverant, pugnaturus; infaustis avibus, quippe copiæ Romanæ dissipatæ sunt, & post non

Sup. Lib. XXXVI. §. 19.

non adeo longum temporis ſpatium Exarchus ex morbo occubuit. Sæculum VII A. C. 653.

Miſit Imperator Succeſſorem Theodorum, cognomento Calliopam, & alterum e numero Cubiculariorum, itidem Theodorum nomine, & cognomento Pellurum, deditque in mandatis, ut Papam raperent, quem Hæreſis arguebat, quia damnaſſet Typum. Præterea S. Martinus incuſabatur, quod Sanctam Virginem non honoraret tanquam Matrem Dei, id ex calumnia præcedente ſequebatur, nam Monothelitæ ſicut & Eutychiani Catholicis Hæreſin Neſtorianam objiciebant. Item Papa læſæ Reipublicæ reus dicebatur, quod litteras & pecunias Saracenis miſiſſet. Papa ab amicis monitus, inſidias ſibi parari, cum Clericis ſuis in Eccleſiam Lateranenſem ſe receperat, quando Calliopa Exarchus, Theodorus Cubicularius cum exercitu Ravennatenſi Romam pervenerunt, die Sabbati decimo quinto Junii anno 653. S. Pontifex, qui morbo non levi jam a menſe Octobri premebatur, miſit quosdam ex Clericis ſuis, Exarchum excepturos. Ille venientes in Palatio in conſpectum admiſit ratus, Papam cum ipſis adeſſe. Sed videns, quod non veniſſet Papa, dixit clericorum præcipuis: *Volebamus eum adorare; cras vero, cum ſit Dies Dominica, veniemus, & ſalutabimus;*

Græcorum inſidiæ.

Mart. ep. 14. to. 6. Conc. p. 63.

Ep. 15.

Sæculum VII A. C. 653.

mus; hodie enim non potuimus. Hic videmus voces: *adorare* & *salutare*, nullo discrimine adhiberi, & alias jam diu Imperator adorari dicebatur. (*)

L. un. Cod. Theod. de præpos. Sacr. cubi. & ibi Gothof.

Altera die, quæ erat Dominica, decima sexta Junii, Missa in eadem Ecclesia Lateranensi celebrata est, cumque Exarchus populi multitudinem timeret, misit, qui nunciarent Pontifici suis verbis: *Ex itinere fatigatus hodie ad te ire non possum, sed crastina certissime veniam, & tuam Sanctitatem adorabo.* Die Lunæ mane misso Chartulario suo & quibusdam aliis, qui proficiscentem comitati fuerant, renunciari jussit Papæ: *Arma in expedito habes, & comportata saxa, viri quoque armati intus sunt, quibus te tuearis.* Voluit Papa, ut totam Domum Episcopalem explorarent, & ipsi testes essent, an arma vel saxa recondita essent. Et ubi redierunt, dixit: *Hac ferme ratione semper nobiscum egistis; nempe mendaciis & calumniis impetimur. Tunc quoque quando Olympius venit, non nulli*

(*) Hier erhellet, wie abgeschmack die Beschuldigung einiger Protestanten sey, wenn sie diesen Ausdruck, dessen sich die Kirche bisweilen gebraucht, die Verehrung des heiligen Creutzes anzudeuten, durchaus für eine Abgötterey wollen verstanden haben.

nulli mentiebantur, ſatis virium ad eum vi repellendum mihi ſuppetere. Sæculum VII A. C. 653.

§. II.

Papa Roma abſtrahitur.

Hoc reſponſo accepto ad Exarchum reverſi ſunt. Ecce vero, media horæ parte necdum elapſa, Chartularius denuo adeſt cum militibus. Papa gravi affectus ægritudine in lectulo ſuo ad portam Eccleſiæ decumbebat; intrant milites ſcutis, gladiis, haſtis armati, & intenſos arcus tenentes. Confractis Eccleſiæ cereis pavimentum ſternunt, ingenti fragore, quem arma quaſſata geminabant. Tunc Calliopa Presbyteris & Diaconis Imperatoris mandatum exhibuit, quo Martinum Papam tanquam indignum & intruſum deponere, & poſtquam alium Epiſcopum in ejus Sedem ordinaſſent, Conſtantinopolim mittere jubebantur. Statim Papa ex Baſilica exiit, Clero clamante, Exarcho & Theodoro Cubiculario audientibus, *Anathema illi, quicunque dixerit, vel crediderit, Martinum Papam vel unicum in Fide apicem mutaſſe, & quicunque in Fide Catholica usque ad mortem non perſeveraverit!* Calliopa, ut ſe coram adſtantibus purgaret, dixit: *Non datur alia fides quam veſtra, ipſe ego aliam non teneo.* *Epiſt.* 14.

Sæculum VII A. C. 653.

Ep. 15. *p.* 65.

Itaque Pontifex non reluctans se ipsum tradidit ad Imperatorem deducendum, nec aliquos ex Clericis sibi acclamantes, ne se dederet, audire voluit, dicens; malle se decies mori, quam causam dare vel unius hominis sanguinem fundendi. Id solum ab Exarcho petiit: *Permitte, ut Clerici, quos elegero, mecum proficiscantur.* Calliopa respondit: *Omnes eant, quotquot voluerint, nemini vim facimus.* Episcoporum aliqui exclamarunt: *Cum ipso vivemus, aut cum ipso moriemur.* Tum Calliopa ad Papam: *Veni nobiscum ad Palatium.* Illo igitur ivit eodem die, altero autem, qui erat dies Martis decimus octavus Junii ad Papam convenerunt omnes Clerici, cum pluribus aliis, qui se ad navigandum expedierant, jamque sarcinas lembis intulerant. Sed nocte sequente hora circiter sexta, id est, media nocte, Papa e Palatio abstrahitur, omnes, qui eum comitaturi erant, includuntur, & res variæ iter facienti necessariæ auferuntur. Præter sex servulos juvenes & unum vas, unde biberet, nihil Pontifici relictum.

Papa abstrahitur.

Ita Roma excedere compellitur, statimque clausæ Urbis portæ, ne saltem aliqui amicorum sequi possent. Papa lembo impositus secunda Tiberi Portum Romanum devehitur, quo hora diei quarta, feria quarta, decimo tertio Cal. Julii, id

id est, die Mercurii decimo nono Junii, hora decima matutina pervenit. Eodem die qui eum deducebant, inde profecti Misenum primo Julii appulerunt. Unde postea in Calabriam & in multas Insulas delati trium mensium spatium exegerunt. Tandem in Insula Naxo expositi, ibidem per annum commorati sunt. Hoc toto itinere Summo Pontifici, quamvis profluvio, quod eum quiescere nunquam sinebat, & incredibili ciborum fastidio laboraret, nullum levaminis genus concessum, nisi quod in Naxo Insula bis terve balneo uti, & in quadam urbis domo divertere licuerit. Extra hanc Insulam nunquam e navi, quæ ei carceris loco fuit, descendere datum est, etiamsi custodes ejus, quotiescunque occasio faveret, ad littora demitterentur, ut fatigata pelagi erroribus corpora reficerent. Interim Romæ jussu Imperatoris Eugenius Papa constituitur. Erat is patria Romanus, Rufiniani filius, a puero Clericis adscriptus. Nono Sept. anno 655. demum electus est, & annis ferme tribus sedit. (*)

Sæculum VII A.C. 653.

Eugenius Papa.

Anast. in Eugen.

v. Coint. an. 658. n. 9.

§. III.

Ecclesiæ in Anglia.

Eodem anno 653. obiit Honorius Archi-

(*) Id factum ad evitanda majora mala; præsertim ne Imperator Hæreticum intruderet.

Sæculum VII A. C. 653.

episcopus Cantuarienſis ultimo die Sept., cujus memoriam Eccleſia eodem die celebrat. Hanc Sedem tenuerat annis novendecim, & poſtquam Cathedra Epiſcopalis octodecim menſibus vacaſſet, electus eſt Deusdedit, inter Epiſcopos Cantuariæ numero ſextus. Tum ab Ithamaro Epiſcopo Rofenſi 16. Martii anno 655. ordinatus, illi Eccleſiæ annis novem, menſibus quatuor, & diebus duobus præfuit. Is ex Gente Saxonum Occidentalium ortum trahebat, cum Archiepiſcopi quinque Anteceſſores ejus exteri, &, ut pronum eſt conjicere, Itali fuiſſent.

Beda III. hiſt. c. 20.

Mart. Rom. 30. Sept.

Illo tempore *Middel-Angli*, † ſeu qui Provincias in medio Inſulæ poſitas incolebant, converſi ſunt ad Fidem ſub Principe Penda, quem Parens ipſi cognominis adhuc juvenem huic Nationi Præfectum dederat. Penda ad Oſuinum Regem delatus, cum filiæ ejus amore captus rogaret, ut ſe Generum acciperet, id ea conditione obtinuit, ſi cum tota Gente ſua Chriſtiana Sacra ſuſciperet. In Fide deinde inſtructus, Reſurrectionis & Immortalitatis ſpe concepta, edixit, Chriſtianum ſe futurum, etiamſi ſibi Regia Princeps non traderetur; cujus propoſiti Auctor ei cumprimis fuit Alfridus, Regis Oſuini filius, qui Pendæ ſororem duxerat. Ergo Penda a Finano Epiſco-

† Mediterranei.

po Lindisfarnensi, S. Aidani Successore, cum omnibus Proceribus, militibus & familiaribus, qui eum secuti fuerant, Baptismum accepit. Ad Sacram Cæremoniam celebrandam locum elegerant Arcem regiam prope vastissimi circuitus murum olim a Romanis extructum. Tandem lætissimus Penda, deducens secum tres Presbyteros Anglos & unum Scotum, id est, Hibernum, qui subditos suos Fidem edocerent, & baptizarent, reversus est. Sæculum VII. A.C. 653.

Hisce quatuor Presbyteris cum Principe advenientibus se adeo dociles præbuere Incolæ, ut quotidie multi tam de prima Nobilitate, quam de plebe, abjecto Deorum cultu ad fontem Baptismi convolarent, nec Penda Principis pater Nationi suæ Merciorum Evangelium prædicari prohibebat, sed magis eos, qui JEsu Christi Fide susceptâ, opera ab illa præcepta non faciebant, contemnebat dicens; miseros esse homines, & Deo suo, in quem crederent, rebelles.

Osuinus uni tantum parti Regionis Nordhumbrorum imperans, S. Rege Oswino occiso, quam parricidio sustulit vigesimo die Aug. anno 651. totam sibi subjecit. S. Aidano Episcopo Lindisfarnensi inde duodecim post dies, ultimo ejusdem mensis, quo Ecclesia ejus memoriam colit, ad superos translato, successit *Beda III. hist. 14. & Epith.* *Sup. Lib. XXXVIII.* §. 19. 27.

Sæculum VII A. C. 653.

Mart. Rom. 31. *Aug.* *Beda III. hist. c.* 25.

Res Ecclesiæ in Anglia.

Finanus, qui in Insula Lindisfarnensi Ecclesiam Cathedralem non ex lapidibus sed ex ligno, Hibernorum modo, construxit, tectumque ex cannis imposuit. Rex Osuinus, crimen expiaturus, Monasterium deinde fundavit in illo loco, in quo Oswinum a Sicario percuti mandaverat, & hodie *Gilling* nominatur, prope Rigodunum, præcepitque, ut Monachi quotidie pro animabus duorum Regum, interfecti & interfectoris orarent.

Ceterum Osuinus magno tamen zelo Fidem propagavit; nam postquam ad conversionem *Middel-Anglorum* plurimum contulisset, elapsis duobus annis *Bed. III. c.* 24 etiam Mercios ad Fidem perduxit. Impatientissime ferebat fastum Regis Pendæ, qui fratre ejus interempto, Regionem quoque depopulabatur, & consilium cepisse videbatur totam Nationem exterminandi. Postquam igitur dona maxima ei obtulisset, ut pacem emeret, & ille oblata respueret, juravit Deo, se unius anni filiolam Deo consecraturum, & agros duodecim ad ædificanda Monasteria daturum. His votis adstrictus & paucis copiis cinctus movit in Pendam, militum numero saltem tricesies superiorem. Nihilominus, rem prodigio similem! profligato Infidelium exercitu insignem reportavit victoriam, decimo nono Nov. anno Regni sui decimo tertio,

JEsu

JEsu Christi 655. cæsus est Penda, & Regnum Nordhumbriæ non solum ab atrocissimis hostibus liberatum, sed etiam ampla admodum Merciorum Provincia, quam Osuinus in suam potestatem redegit, auctum est. Ipse voti damnatus, quæ promiserat, bona fide adimplevit. Agros duodecim dedit, in quibus singulis coloni decem cum suis familiis, id est, universim Coloni centum & viginti laborabant. Filia Regis S. Hildæ Abbatissæ curæ commissa, atque in dotem donavit Rex fundum decem colonorum in loco, qui *Streneshal* dicebatur, ibique fundavit Monasterium & Ecclesiam S. Petri, suum, Reginæque Uxoris, multorumque aliorum Principum sepulchrum futurum. Duo erant Monasteria juncta, virorum unum, & alterum fœminarum, atque ex primo multi Presbyteri & Episcopi Sanctitate clari prodierunt. Sæculum VII A. C. 653.

Rex Osuinus parta victoria ad conversionem Merciorum, sibi jam subditorum animum adjecit. Primus eorum Episcopus fuit Diuma, unus ex quatuor illis Presbyteris quos Princeps Penda eo deduxerat, a Finano Episcopo Lindisfarnensi Episcopus *Middelanglorum* & Merciorum ordinatus; ita nempe ob penuriam Episcoporum unus duobus populis dabatur. c. 21.

Sæculum VII
A. C. 653.

§. 22.

Sup. Lib. XXXVII. §. 17.

Præterea idem Rex Osuinus plurimum contulit ad conversionem Saxonum Orientalium, Londini, illius Regionis Metropoli habitantium, qui olim ejecto S. Mellito Episcopo suo susceptæ Fidei renunciaverant. Nunc Regem habebant Sigebertum Osuini Regis amicum, ad quem cum sæpe in Nordhumbriam diverteret, ab eo ad damnandam Idololatriam impellebatur. Osuinus dicere solebat ad Hospitem: *Non possumus utique Deum facere ex lapide vel ligno, ex quo vasa cubicularia ad usum vitæ quotidianum facimus, & residua in ignem conjicimus; sed hominem rationis capacem credere decet, Deum esse incomprehensibilem, omnipotentem, æternum, qui omnes homines aliquando judicaturus sit, illisque qui ejus voluntati obedierint, præmia æterna largiturus.* His argumentis permotus Saxoniæ Orientalis Rex Sigebertus a Finano Episcopo in Domo Regis ad murum supra dictum baptizatur. Ad sua rediturus rogavit Osuinum Regem, ut sibi Doctores idoneos daret, qui Gentem suam converterent, & baptizarent. Osuinus delegatis in *Middelangliam* viris, Presbyterum, cui nomen Cedde, & alterum Presbyterum inde accersitos misit in Saxoniam Orientalem, Fidem prædicaturos. Cedde, postquam totam illam Regionem peragrasset,

agrassет, magna Ecclesia fundata, in patriam rediens ad Finanum Episcopum Lindisfarnensem se contulit, qui eum, comperto, quod plurimi in Saxonia Orientali Fidem susceperint, duobus aliis Episcopis assistentibus, illius Regionis Episcopum ordinavit. Sæculum VII A. C. 653.

§. IV.

S. Cedde Episcopus Saxonum Orientalium.

Cedde jam Episcopus in Saxoniam Orientalem reversus, & majore quam antea Auctoritate valens, diversis in locis Ecclesias fundavit, Presbyteros & Diaconos in prædicando & baptizando Adjutores ordinavit. Imo Talaburgi ad Tamisim multos congregavit, quos instituebat ad vitæ Monasticæ rigorem, quantum novelli Christiani ferre poterant. Cum quemdam Regi sanguinis propinquitate conjunctum, quod contraxisset illicitas nuptias, vir Sanctus excommunicasset, prohibuissetque, ne ullus hominum illius ædes intraret, aut cum illo manducaret, nihilominus Rex Sigebertus ab excommunicato invitatus ad mensam accessit. Ecce vero de convivio redeunti obvius fit Sanctus Episcopus. Rex territus ex equo in terram desilit, ejus pedibus advolvitur, veniam rogat. Episcopus,

Sæculum VII A. C. 653.

piſcopus, qui & ipſe equo vehebatur, deſcendit, &, zelo impellente, virga, quam manu tenebat, Regem tangens, Auctoritate Epiſcopali dixit: *Quia tibi temperare noluiſti, quin in domum hujus perditi hominis intrares, in ea morieris.* Vera prædixiſſe Epiſcopum eventus docuit, nam vir ille ejusque frater Regem, quem ſanguine attingebant, occiderunt, & quærentibus, cur tetrum facinus perpetraſſent, cauſam aliam edicere non potuerunt, quam ſe ægerrime tuliſſe, quod Rex ad ignoſcendum inimicis ſuis facillimus fuiſſet. Nempe Rex piiſſimus veniam petentibus, ſecundum Evangelii præceptum, promptiſſime concedebat.

Bed. III. hiſt. c. 23.

Quamvis Cedde Epiſcopatum Saxoniæ Orientalis ſuſcepiſſet, non nunquam tamen Nordhumbriam patriam ſuam reviſebat, ut Fideles ad conſtantiam exhortaretur. Edilvardus Regis Oſualdi filius, qui in Provincia Deira appellata imperabat, apud ſe habebat Epiſcopi fratrem, nomine Celinum, Presbyterum, qui eum, & Familiam Regiam erudiebat, atque Sacramenta præbebat. Unde cum Epiſcopi ſæpe ad fratrem inviſentis virtutes miraretur, ipſum ſponte excitavit, ut a ſe fundos peteret ad ædificandum Monaſterium, quo Rex veniens, verbum Dei audiret, oraret, & ubi mortui ſepelirentur; eos enim precibus Monacho-

Monachorum plurimum adjuvari posse credebat. Episcopus, quodam loco inter remotos & asperos montes delecto, licentiam a Rege petiit toto Quadragesimæ appropinquantis tempore ibi in oratione perseverandi, quo spatio quotidie exceptis Dominicis usque ad vesperam jejunus sustinebat, tumque parvam panis partem, unum ovum, & lac aqua dilutum sumebat. Sæculum VII A. C. 653.

Inde dispicimus in illa Regione non fuisse prohibitum, lactaria, & etiam ova in Quadragesima comedere. Hoc apud Monachos, a quibus S. Episcopus educatus, in more positum erat, ut locum, ubi Monasterium vel Ecclesia ædificanda esset, precibus & jejuniis consecrarent. Cum decem dies usque ad Pascha superessent, Rex, revocato Episcopo, fratrem ejus Cymbellum Presbyterum rogavit, ut illius loci consecrationem absolveret. Erant enim quatuor fratres, Cedde, Cymbellus, Celinus & Ceadda, quorum primus & ultimus Episcopatu eminuerunt. Ita fundatum est Monasterium Lestintonense secundum Regulam Monasterii Lindisfarnensis, in quo Cedde Episcopus a puero fuerat. Monasterio Lestintonensi post se fratrem suum Ceaddam Abbatem dedit.

§. V.

Sæculum VII
A. C. 654.

§. V.

S. Martinus Constantinopoli.

Interim S. Martinus in Insula Naxo versabatur, quo Episcopi & Fideles sæpissime & largiter ad sublevandam ejus inopiam necessaria mittebant; sed ea illico custodes ipso præsente diripiebant, convicia in Pontificem ingerentes. Imo illos quoque, qui opem ferebant, verbis insectabantur, & afficiebant verberibus, dicentes: *Quisquis hunc Virum amat, hostis est Reipublicæ.* S. Papam vero multo magis Benefactorum suorum injuria quam podagra ceteræque suæ infirmitates & ærumnæ affligebant. Naxo relicta, cum Abydum attigissent, Ductores Constantinopolim miserunt, qui nunciarent, advenisse Martinum, Hæreticum, Dei hostem, & perduellem, qui totum Imperium ad seditionem excitaret. Tandem S. Martinus Constantinopolim appulsus, decimo septimo die Sept. anno 654. in portu & in lectulo suo jacens relictus est a mane usque ad horam quartam vespertinam, omnium hominum oculis expositus, multis & infima plebe & etiam paganis petulanter accedentibus, & verba contumeliosa ingerentibus. Tandem sole ad occasum vergente adest Scriba nomine Sangolevus, aliquot satellitibus stipatus. Papa e scapha lecticæ impo-

Comment. &c. to. 6. Conc. p. 66.

impositus in carcerem, qui *Prandearia* dicebatur, mittitur, prohibente Sangolevo, ne ullus suorum, quis captivus esset, in civitate vulgaret. Itaque Papa, nemine prorsus ad alloquium admisso, in hoc carcere diebus nonaginta tribus, nempe tribus mensibus, id est, a decimo septimo Sept. usque ad decimum quintum Dec. hærere coactus est. Sæculum VII A. C. 654.

Verisimile est, S. Martinum ex isto carcere duas illas Epistolas ad Theodorum dedisse. In prima calumnias, quibus impetebatur, diluit, tum testimonio, quod Clerici Romani de Fide sua, præsente Calliopa Exarcho, reddiderant, tum propria confessione, velle se eam usque ad mortem tueri. Inde subjungit: *Nunquam Saracenis misi pecunias, vel litteras, vel illud, quod comminiscuntur, Scriptum, ut indicarem, quid ab ipsis credendum. Pauca tantum dedi piis quibusdam Dei famulis, qui ad colligendas eleemosynas veniebant, nec sane ea Saracenis destinabantur. Quod spectat ad Gloriosam Virginem Mariam Matrem Dei; falsum contra me dixerunt testimonium, quippe illi Anathema dico tam in hac vita, quam in altera, quicunque eam super omnes Creaturas, excepto Filio ejus Domino Nostro, non honorat.* *Epist.* 14. *to.* 6. *Conc. p.* 63. *Sup. n.* 2.

In altera Epistola modum refert, quo ex Urbe Roma abstractus fuerit, atque *Ep.* 15. *Sup. n.* 2.

Callio-

Sæculum VII A. C. 654.

Calliopam Exarchum exhibuisse Mandatum Imperatoris, quo præcipiebat, ut alius pro se Papa eligeretur. Qua de re dicit: *Istud huc usque nunquam factum est, nec unquam futurum spero,* (*) *sed absente Episcopo Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius ejus locum tenent.* Enarratis omnibus, quæ in itinere tulerat, sub finem addit: *Quadraginta septem dies effluxerunt, ex quo licentiam lavandi nec aqua calida nec frigida obtinere potui. Corpus mihi est defatigatum, & frigore adstrictum. Nam profluvium usque in hanc diem nec terra nec mari quiescere me permisit, omnes artus languent, & cum subit cupido alimenti, deest tale, quod stomachum fovere, & firmare posset, illud vero, quod mihi præbetur, nauseam creat. Spero in Deo, qui omnia videt, & credo, Optimum Numen, postquam me ex hac misera vita evocaverit, peccata eorum requisiturum, qui me persequuntur, ut ad Pœnitentiam adducat.*

Sup. Lib. XXXVIII. §. 20.

p. 65.

§. VI.

S. Martinus interrogatur.

Die Veneris, 15. Dec. anno 654. S. Martinus

(*) In his verbis magna vis inest ad decidendam Quæstionem; an Eugenius ante S. Martini obitum Legitimus Pontifex fuerit. Sed, interdum Necessitas non habet Legem.

tinus Papa e carcere suo eductus in Domo Bucoleonis Sacellarii id est ærario præfecti sistitur, quo ut totus Senatus conveniret, pridie mandatum fuerat. Cum S. Martinus in sella perferretur, nam navigatio & carcer corporis infirmitatem auxerant, Præfectus eum adhuc multis vestigiis remotum surgere jussit, & stantem ibi permanere. Tum ministris dicentibus, infirmum firmo vestigio consistere non posse, Præfectus ira ardens præcepit, ut ex utroque latere ab adstantibus sustineretur; quod factum est. Sæculum VII A C. 654. *Commem. p.* 68.

Præfectus profatus est in hunc modum: *Edic miser! quid mali Imperator tibi fecit? An quidquam rerum tuarum tibi rapuit? An vi adhibita te oppressit?* Papa nihil respondente, Præfectus voce ad Auctoritatis speciem composita: *Non respondes? illico Accusatores tui aderunt.* Statimque intrare jubentur viri numero viginti, plerique milites, immaniter feroces. Aliqui cum Olympio Exarcho fuerant, & præter alios Andreas illius Notarius.

Papa, cum hos ingredientes conspiceret, subridens dixit: *Suntne hi testes? hæc vestri Judicii forma est?* Tum ut super Evangelia jurare jussi sunt, dixit ad Magistratus: *Rogo vos in Nomine Domini! ne homines istos ad jurandum compellatis. Dicant sine juramento quod*

Sæculum VII A. C. 654.

voluerint, & vos facite, quod lubet. Cur animas suas perjurio perdant?

Primus Accusatorum erat Dorotheus, Patricius ex Cilicia, qui de Papa loquens addito juramento dixit: *Si quinquies decies mori posset, toties jure merito capite plecteretur vir iste, totius Occidentis pernicies. Amicus Olympii fuit, atque Imperatoris & Reipublicæ infensissimus hostis.* Alius quoque ex testibus dixit, Papam cum Olympio conjurasse, & juramentum a militibus exegisse. Papa interrogatus, an hæc ita essent, respondit: *Si verum audire vultis, dicam. Quando scriptus fuit Typus, & ab Imperatore Romam missus . . .* Hic loquentem turbavit Troilus Prætor clamando: *Ne nobis de Fide verba facias, nam de crimine læsæ Majestatis quæstio est. Omnes Christiani & Orthodoxi sumus, tam nos quam Romani. Utinam verum diceres!* inquit Papa, *verumtamen in terribili Judicii die hac super re contra vos Testimonium dicam.*

Troilus iram non tenens dixit: *Quando sciebas, Olympium, illud hominis monstrum, contra Imperatorem dira moliri, quare non prohibuisti nefas? Quare consensisti?* Papa respondit: *Edic, Domine Troile! quando Georgius, qui Monachus fuit, & deinde Magistratum obtinuit, ex castris huc venit, &, quod non*

non ignoras, fecit, ubi tunc eras tu, & qui jam tecum sunt? Non solum non obstitistis, sed perorantem audivistis, & ille, quoscunque lubuit, e Palatio ejecit. Et quando Valentinus Purpuram induit, accepto Imperatoris mandato, & cum ipso consedit, ubi eratis? Quare non prohibuistis? Quare econtra vos omnes ad ejus partes transivistis? Ego vero quid potuissem objicere Olympio, omnibus Italiæ viribus succincto? vel a me forte Exarchus constitutus est? Sed obtestor vos in Dei omnipotentis nomine, facite mihi cito, quod decrevistis; Deus enim scit, quod magnam mihi mercedem præparetis. Quis ille Georgius fuerit, de quo S. Pontifex, non dispicio, sed Valentinus erat Dux illius factionis, quæ Martinæ Imperatrici adversabatur. Papa latine loquebatur, & quæ dicebat, a Consule Innocentio Thomæ Filio, natione Africano, Græce referebantur; at Præfectus ærario S. Papæ responsis irritatus Innocentio dixit: *Non est opus, ut quæ dicat, nobis interpreteris. Mox ex Scriba Sagolevo quæsivit, an alii præterea testes ad fores starent.* Hic inquit: *Ita Domine, plures adsunt.* Verum qui huic Cœtui præerant, dixerunt, hos sufficere.

Sæculum VII A.C. 654.

S. Niceph. hist. p. 20.

Sæculum VII
A. C. 654.

§. VII.

S. Martinus peſſime habetur.

Surgens deinde Præfectus in Palatium intravit, quæ acta eſſent, ad Imperatorem delaturus. Papa e Senatu exire jubetur, qui ſemper in ſella ferebatur, & deponitur in area prope ſtabula Imperatoris, quo plebs conveniebat, expectans Præfecti ingreſſum. Summum Pontificem, quod aſpectu horrendum! ſatellites circumdabant, & paulopoſt in aggerem deferri juſſus eſt, ubi eum Imperator per tranſennas cubiculi ſui conſpicere poſſet. Ergo Papa in medio aggeris in pedes erigitur, lictoribus eum utrinque ſuſtinentibus, præſente toto Senatu, & magna plebis turba confluente. Tunc Præfectus ex Imperatoris cubiculo procedens, & per cuneos populi penetrans ad Papam dixit: *Vides jam, te a Deo manibus noſtris traditum? in quam ſpem Imperatori interitum machinabaris? a Deo receſſiſti, & Deus receſſit a te.* Tum uni ſatellitum præcipit, ut ejus pallium & calceorum corrigiam ſcinderet, moxque eum Præfecto Civitatis Conſtantinopolitanæ tradit his verbis: *Accipe eum, Domine Præfecte! & ſtatim obtruncari jube.* Præcepit etiam circumſtantibus, ut eum anathematizarent; ſed ne quidem homines viginti

Ana-

Anathema clamarunt, ceteris omnibus demisso præ mœrore vultu discedentibus. Sæculum VII A. C. 654.

Tunc igitur carnifices Pontificem corripiunt, Pallium Sacerdotale detrahunt, omnibus vestibus spoliant, unam tantum ei tunicam sine cingulo relinquentes; sed & hanc duobus lateribus a summa parte usque ad imam lacerant, ita ut nudum corpus conspiceretur. Præterea collum ejus vinculo ferreo inserunt, adnexa catena, & sic, trahente Ergastulario, ex Palatio per mediam Urbem raptatur, ut scirent omnes, esse ad mortem condemnatum. Alius ex satellitibus gladium, quo percutiendus erat, præferebat. Vidisses tamen inter tot opprobria Summo Pontifici vultum serenum constare, flente & ingemiscente toto populo, pauculis Viro Sancto insultantibus. Ubi ad Prætorium pervenit, catenis oneratur, & in carcerem cum quibusdam grassatoribus conjicitur. Mox post unius ferme horæ spatium transfertur in carcerem, qui Diomedis dicebatur. Tam inhumane vero per scalas raptabatur, ut crura & poplites ejus læderentur, & gradus duri & alti sanguine respergerentur. Expiraturus videbatur exhaustis omnibus viribus, nam carcerem adiens sæpius cecidit in terram sæpius aliorum manibus erectus. Tandem

Sæculum VII A. C. 654.

ſcamno ligneo imponitur, ut erat, vinculis adſtrictus, & frigore pene exſanguis; nam, ut diximus, intolerabilis erat hyems, & dies decimus quintus Dec. agebatur. Porro neminem ſuorum ſecum habebat, niſi unum Clericum juvenem, qui, Pontificem ſecutus, & penes eum ſtans miſerabiliter lamentabatur.

Duæ fœminæ, quæ carceris claves ſervabant, mater & filia, commiſeratione commotæ, Sancto Papæ opem ferre cupiebant, ſed verebantur oculos Ergaſtularii, cui alligatus erat, credebantque ſtatim adfuturos, qui mandatum eum interficiendi afferrent. Elapſis aliquot horis venit Officialis, qui in platea conſiſtens evocavit Ergaſtularium. Ipſo deſcendente fœminarum altera Papam aufert, in lectum componit, & contegit, ut calefieret; ſed obrigeſcenti non prius quam ad noctem vox rediit. Interim Gregorii Evnuchi, qui ex Cubiculario Præfectus Urbis Conſtantinopolitanæ evaſerat, Dapifer, miſſus a Domino ſuo, quidquam cibi Papæ obtulit, & poſtquam eum compuliſſet, ut aliquid caperet, dixit: *Speramus in Deo, & credimus, te non moriturum.* S. Papa, qui Martyrii coronam exoptabat, audito hoc nuncio indoluit, moxque ei vincula dempta ſunt.

Altero

Altero die Imperator Paulum Patriarcham extremo morbo laborantem inviſens, omnia, quæ Papæ illata fuerant, narravit. Ingemuit ille, & verſa ad parietem facie dixit: *Heu me! iſtud quoque damnationem meam graviorem reddit.* Et quærenti Imperatori, cur ita loqueretur, reſpondit Paulus: *An non rem deflendam putas, tam crudeliter habere Epiſcopum?* Tum vehementiſſime Imperatorem obteſtabatur, ut iis malis, quæ Papa pertulerat, contentus eſſet. Ita Paulus obiit, poſtquam Sedem Conſtantinopolitanam annis tredecim tenuiſſet. Pirrhus tunc Conſtantinopoli præſens, eam repetere cogitabat; ſed multi obſtabant, & Libellum Retractationis ab eo Papæ Theodoro oblatum objiciebant, dicentes, quod ſe ipſum hoc facto indignum Sacerdotio reddiderit, & a Paulo Patriarcha Anathemate percuſſus fuerit.

Sæculum VII A. C. 654.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 24.

n. 40.

§. VIII.

Papa ſecundo interrogatur.

Cum Tumultus creſceret Pirrhi cauſa, Imperator ſcire voluit, quid Pirrhus Romæ egiſſet, atque in hunc finem miſit Demoſthenem, Præfecti ærario miniſtrum, cum Notario, ut Papam in carcere interrogaret. Hi ingreſſi ad Papam dixerunt: *Cogita, quam felix fueris,*

Sæculum VII A.C. 654.

& quam miser hodie sis! sed fortunæ tuæ faber ipse extitisti. Papa id solum respondit: *In omnibus laudetur Deus!* Demosthenes dixit: *Imperator edoceri vult, quid hic, & Romæ in causa Pirrhi, olim Patriarchæ, actum sit. Cur Romam ivit? An instinctu alterius, vel motu proprio hanc profectionem susceperit?* Respondit Papa: *Sponte sua venit.* Demosthenes dixit: *Quomodo hunc Libellum conscripsit, an a quoquam coactus?* Papa: *Coactus a nemine.* Demosthenes: *Pirrhus Romam adveniens an a Theodoro Papa Antecessore tuo exceptus est tanquam Episcopus?* Papa: *Et cur non? cum priusquam Pirrhus Romam venisset, Theodorus ad Paulum liquido scripserit, male eum feciſſe, quod alterius Sedem invasisset. Pirrhus deinde ad S. Petri pedes accedens, utique benigne recipi, & tanquam Episcopus coli debuit.* Demosthenes: *Id verum est. Sed unde sustentabatur?* Papa respondit: *Sine omni dubio a Palatio Patriarchali Romano.* Demosthenes: *Qualis panis ei præbebatur?* Papa: *Video, quod Ecclesiæ Romanæ Charitatem non noveris. At dico tibi, omnibus hominibus, quicunque illo eunt, & hospitalitatis officia rogant, utcunque despicabiles sint, omnia necessaria suppeditari. S. Petrus neminem rejicit. Hospiti panis candidissimus, & vina*

vina diversi generis, non solum ei, sed etiam comitibus præbentur. Exinde judica, quo cultu Episcopus, si veniat, sit excipiendus. Sæculum VII A. C. 654.

Demosthenes: *Relatum est ad nos, quod Pirrhus ad conscribendum hunc Libellum coactus fuerit, injecti fuerint viro compedes, & plurima mala illata.* Papa: *Nihil tale factum. Habetis Constantinopoli multos viros, tunc temporis Romæ versatos, & scientes, quid ibi actum sit, nisi forte metu verum fateri prohibeantur. Habetis inter alios Platonem Patricium, qui Exarchus tunc fuit, & delegatos ad Pirrhum misit. Sed quid opus est tot interrogationibus? tenetis me, facite mihi, quod lubuerit. Etiamsi frustatim corpus meum mutilaveritis, sicut Præfecto præcepistis, cum Ecclesia Constantinopolitana non communico. De Pirrhi Episcopatu deliberatis, toties depositi & anathematizati?*

Demosthenes, & qui cum ipso venerant, mirati constantiam Pontificis, omnibus ejus Responsis in charta adnotatis, discesserunt.

§. IX.

S. Martini Papæ Exilium, & obitus.

Itaque S. Martinus Papa in carcere Dio-

Sæculum VII A.C. 655.

medis fuit octoginta quinque diebus, id est mensibus ferme tribus. His, si tres menses, quibus in priore carcere fuit, jungantur, dispicimus, ejusdem captivitatem per menses ferme sex durasse, nempe a decimo septimo Sept. usque ad decimum Martii. Tunc vero Sagolevus Notarius venit ad Papam dicens: *Mandatum mihi est, ut te in domum meam transferam, & post biduum, illo, quo Præfectus ærario jusserit, mittam.* Quæsivit Papa, quo deducendus esset. Sed istud Sagolevus noluit dicere, nec permittere, ut in illo carcere maneret, donec in exilium deportaretur. Sub vesperam Papa illis, qui apud se erant, dixit: *Venite, fratres mei! alter alteri valedicamus, nam statim mihi hinc migrandum erit.* Tum, postquam singuli semel bibissent, Pontifex ad quemdam ex adstantibus, sibi carissimum, dixit: *Veni, frater mi! da mihi osculum pacis!* Et illo, cum jam prius amaro esset animo, flebiliter exclamante, ceteri quoque in tristes ejulatus proruperunt. S. Papa hilari vultu eos intuitus, animi imbecillitatem vituperavit, & proxime adstantis capiti dextra imposita subridens dixit: *Bonus est iste discessus, frater mi! & mihi prodest. Cur ergo contristaris? imo magis oporteret, hanc sortem mihi gratulari.* Ille respondit: *Deum testor!*

JEsu

JEſu Chriſti Serve! ob maximam, quæ tibi paratur, gloriam lætor; ſed tot aliorum hominum ruina affligor. Ergo cum omnes Pontifici vale ultimum dixiſſent, receſſerunt. Illico adeſt Notarius, qui eum in ædes ſuas deduxit, & in vulgus ſparſum, Papam in Cheroneſum, locum exilii ſui, deferri. Sæculum VII A. C. 655.

Verum iſtud erat, nam in Cœna Domini, quæ hoc anno 655. in diem vigeſimum Martii incidebat, clam navi impoſitus, poſtquam in diverſa loca divertiſſet, in Cherſoneſum 15. Maji appulit. Id diſpicimus ex ipſius Epiſtola ad aliquem amicorum cariſſimum Conſtantinopolim data, in qua etiam dicit: *Hujus Epiſtolæ lator uno menſe ſerius quam nos, Byzantio in Cherſoneſum pervenit. Lætus eram de ejus adventu, quod ſperarem, Roma accipere aliqua, mihi ad vitam ſuſtentandam miſſa. Quæſivi ex eo, & audiens, quod nihil attuliſſet, miratus id quidem ſum, ſed Deum laudavi, qui ærumnas noſtras, prout Divinæ ſuæ Voluntati placet, vel auget, vel minuit. Certe maxima eſt in hac Regione fames & annonæ penuria. Panem centies in die nominari audio, ſed nullum video; niſi ex Italia vel Ponto ſubſidium nobis adveniat, abſolute impoſſibile eſt, ut hic vitam ſuſtenteınus, nihil enim annonæ in hoc loco reperiri poteſt. Si igitur inde frumen-* *Ep.* 16.

Sæculum VII A. C. 655.

frumentum, vinum, oleum, vel quidquam aliud nobis advehatur, illud celeriter, ut poteris, ad nos huc mitte. Non arbitror, me tam male meritum fuisse de Sanctis, qui Romæ sunt, aut de Clericis; cur ergo in me adjuvando tam lenti sunt? Cur Domini præceptum contemnunt? Si S. Petrus ibi peregrinos & exteros laute pascit, quid de nobis dicam, qui ejus Domestici sumus, qui ei saltem brevi tempore servivimus, & nunc in durissimo exilio, tantisque ærumnis versamur? Aliqua speciatim tibi indicavi, quæ exinde emi possunt; rogo te, ut illa ad me mittas, ea, qua soles, diligentia; omnibus quippe destituor, & frequentissimis morbis absumor.

Ep. 7.

In alia Epistola mense Sept. data dicit: *Non solum a toto orbe reliquo dividimur, sed etiam vita privamur. Hujus Regionis Indigenæ Gentiles sunt, & qui aliunde adveniunt, mores humanos dediscunt. Nulla hic Charitas, & ne quidem commiserationis affectus naturæ inditus, & alias etiam in barbaris mentibus reperiri solitus. Nihil habemus, nisi quod ab exteris advehitur, qui veniunt, ut scaphas suas sale onerent; & aliud nihil emere potui, quam unum modium frumenti quatuor solidis aureis. Miror duritiam illorum, quos olim inter notos recensui, miror, inquam, quod mei usque adeo*

Commem. p. 75. S. Martinus in Chersoneso.

adeo oblivisci potuerint, ut ne quidem an adhuc in vivis degam, scire cupiant. At multo magis animi asperitatem in illis obstupesco, qui Ecclesiæ S. Petri membra sunt, qui abjiciunt curam viri ad suam Congregationem pertinentis. Si illa Ecclesia pecuniis caret, at, Deo sint laudes! non deest frumentum, vinum & commeatus ceteri, ita ut nobis auxilium, saltem exiguum, præstare potuissent. Qua conscientia coram Tribunali JEsu Christi comparebimus, homines, omnes ex eodem luto ficti? Quis timor omnes invasit, ita ut Dei Præcepta adimplere prohibeantur? Vel ego hostis totius Ecclesiæ, præsertim illorum Clericorum fui? Nibilominus Deum precor per S. Petri Suffragia, ut eos, & præcipue Pastorem, (*) *qui hodie præest* (scilicet Eugenium Papam) *in Fide Orthodoxa firmos conservet. Miserrimum vero hoc corpusculum Deo curæ erit; nam prope est Dominus; quid me sollicitum teneat? Spero me ejus Misericordia hunc cursum brevissime consummaturum.*

Sæculum VII A. C. 655.

Philip. 4. 6.

S. Martinus Papa spe sua frustratus non est, quippe in Festo S. Euphemiæ, decimo sexto mensis Septembris, Indictione decima quarta, anno 655. migravit

(*) Hic S. Papa Martinus Eugenium, Legitimum Pontificem, agnoscere videtur.

Sæculum VII A. C. 655.

vit e corpore, (*) cum S. Sedem, ab Ordinatione ſua usque ad diem obitus annis ſex, menſe uno, & diebus viginti ſex tenuiſſet. Duabus Ordinationibus menſe Dec. creavit Presbyteros undecim, Diaconos quinque, & alias Epiſcopos triginta tres. Sepultus eſt in Eccleſia Virginis uno ſtadio a Civitate Cherſona, & exinde magna populi multitudo ad ejus tumulum confluxit. S. Martinus in Eccleſia Græca inter Confeſſores 14. Aprilis, & in Eccleſia Latina inter Martyres 12. Nov. honoratur. Ejus Reliquiæ poſteriore tempore Romam translatæ, & in Eccleſiam diu ante S. Martino Turonenſi dedicatam depoſitæ dicuntur.

Anaſt. in Mart.

Ep. Greg. II to. 7. conc. p. 7

Mart. Rom. 12. Nov.

§. X.

(*) De Epiſtola S. Martini ad S. Amandum in Palatio hæc leguntur: *Scripſit etiam ad Gallos & ad Amandum, qui pravos mores Eccleſiaſticorum pertæſus, cum vacationem ab Epiſcopatu per litteras a Martino poſtulaſſet; negavit Martinus, & illum ad reformandam Eccleſiaſticam Diſciplinam admonuit, ut Presbyteros ac Diaconos graviter peccantes a gradu ſuo deponat, quod ſi reſipuerint; eos quidem abſolvat, ſed nunquam gradibus reſtituat, vel Dignitatibus. Hinc Centuriatorum patet calumnia, ut Novatianæ Hæreſeos Sectatorem accuſantium Martinum, quod dandam veniam lapſis negaverit pœnitentibus. Non enim veniam negavit, ſed Honorum reſtitutionem.*

Sæculum VII
A. C. 655.

§. X.

Concilium Toletanum octavum.

Sub idem tempus Toleti duo Concilia celebrata, quæ octavo & nono loco ponuntur. Octavum in Eccleſia Apoſtolorum, Rege Receſuinto jubente, anno quinto Regni ejus, æra 691. id eſt, anno 653. convocatum. Aderat Rex, juſſitque legi libellum decimo ſexto Dec. ejusdem anni datum, in quo Fidei ejus Confeſſio continebatur, & Rex quatuor Concilia univerſalia recipiebat. Tum rogavit Epiſcopos, ut vim illius juramenti tollerent, quo ſe tota Natio in Concilio quarto Toletano obſtrinxerat, ſine ſpe veniæ illos eſſe damnandos, qui in Regis vitam vel in Reipublicæ detrimentum conjuraſſent, quod iſtud jusjurandum ſæpe perjurii cauſa eſſet. Tum Optimates in Concilio præſentes hortatus eſt, ut in ea, quæ Epiſcopi facturi erant, conſentirent, & ſollicite executioni mandarent.

tom. 6. Conc. p. 394.

Sup. Lib. XXXVII. §. 49.

Epiſcopi deinde duodecim Canones condiderunt, ſi Canones dici poſſunt leges ſcriptæ ſtylo tam prolixo & figurato, ut non facile ſenſus capiatur. In primo Canone legitur eorum Fidei Confeſſio, id eſt, Symbolum Nicenum, prout in Miſſa recitabatur cum additione, *& Filio*, ubi de Proceſſione Spiritus Sancti ſermo

Sæculum VII A.C. 655.

sermo est. In secundo Articulo abolet. tur obligatio servandi juramentum olim contra perduelles editum, & tribuitur facultas ipsis ignoscendi. Tertius Ca-
c. 4. 5. 6. 7. non contra Simoniam pugnat. Quatuor sequentes Clericorum incontinentiam reprimunt, præsertim Subdiaconorum, qui dicebant, licere sibi etiam post Ordinationem nuptias inire, & simulationem illorum, qui obtendentes, quod vi adhibita ordinati fuissent, affirmabant, posse se Ordini Ecclesiastico renunciare, & denuo cum Uxoribus suis vivere. His Concilii Patres opponunt argumentum a Baptismo, quo accepto fidem datam servare tenentur etiam, qui inviti, vel nescii, sicut infantes, baptizati sunt.

Ep. 187. ad Dard. c. 7. n. 25. c. 8.

Quod hic de invitis Baptismum recipientibus dicitur, intellectu difficile videtur, nisi accipiatur de infantibus, qui non nunquam, ut S. Augustinus observat, vano conatu se baptizantibus resistunt.

Canones Concilii Toletani.

Concilium prohibet, ne ordinentur, qui non totum Psalterium, cum Canticis & Hymnis cantari solitis, & Formam Baptismi didicerunt.

Qui sine evidenti necessitate in Quadragesima carnes comederint, deinde toto anno carnes non comedant, & in
c. 9. Paschate non communicent. Qui senectute

ctute vel morbo preſſi carnes comedunt, prius ab Epiſcopo licentiam petant. Rex in Metropoli, id eſt, Toleti, vel in illo loco, ubi Anteceſſor ejus defunctus fuerit, eligatur, atque Epiſcopi & Proceres Palatii Electioni conſentiant. Rex Fidem Catholicam adverſus Judæos & Hæreticos defendat. Subditos ſuos exactionibus non opprimat. Quæcunque acquiſiverit, ad ejus Succeſſorem transeant, & Hæredibus ſuis illa tantum relinquat, quæ poſſidebat, priusquam ad Regnum evectus fuiſſet. Hæc omnia ſe ſervaturum juret, priusquam Regni poſſeſſionem capiat. In Cauſa Judæorum Decreta Concilii Toletani ſub Siſenando Rege celebrati (nempe quarti) obſerventur. Elapſo Bimeſtri ab hoc Concilio octavo Judæi converſi ex tota Hiſpania Regi Libellum obtulerunt; in quo promittebant, ſe vitam ſuam ad normam piorum Chriſtianorum compoſituros, antiquas ſuperſtitiones abjecturos, ſe contumaces flammis vel lapidibus perempturos, aut illos cum Bonis ſuis Regis arbitrio tradituros.

Sæculum VII A.C. 655.

c. 10.

c. 12.

Sup. Lib. XXXVII. §. 48. *p.* 741.

Huic Concilio ſubſcripſerunt Epiſcopi quinquaginta duo, quos inter quatuor primi Metropolitæ erant ſcilicet, Oruntius Emeritanus, Antonius Hiſpalenſis, Eugenius Toletanus, & Potamius Braccarenſis. Inter Epiſcopos famæ cele-

Sæculum VII A. C. 655.

britate eminet Tajon Cæsaraugustanus. Item Abbates decem, quos inter est S. Ildephonsus, Archipresbyter, Primicerius Toletanus, & tandem decem Episcoporum absentium Vicarii subscripserunt. Tum etiam visuntur apposita Nomina decem Comitum, qui præcipuis in Regia muneribus fungebantur. Ultimo legitur Decretum Concilii in quo de Bonis Regis agitur, & Edictum, quo istud Decretum confirmatur. Inde dispicimus, Episcopos cum Optimatibus in Regiminis Politici partem fuisse vocatos.

§. XI.

Concilium Toletanum nonum.

In Concilio Toletano nono inde post biennium, secundo die Nov. anno Recesuinti septimo, æra 693. id est, anno 655. in Ecclesia S. Virginis celebrato, sexdecim non plures Episcopi adfuerunt, condideruntque Canones septendecim, plerosque ad reprimendos Episcoporum abusus in Administratione Bonorum Ecclesiasticorum admissos; hinc dicunt in exordio, oportere, ut se ipsos primo judicent, & sic Judiciis suis Auctoritatem concilient. Itaque statuunt, ut, si Episcopi aut alii Clerici Bona Ecclesiarum sibi usurpent, illi qui Ecclesias fundarunt, vel locupletarunt, coram Episcopo, vel Metro-

to. 6. Conc. p. 451.

Præfat.

c. 1.

Metropolita, vel Rege Actionem moveant. Iidem invigilent, ut sarta tecta serventur, ne Ecclesiæ aut Monasteria a se fundata collabantur. Item, Fundatoribus jus competat, Episcopo Presbyteros, præsentandi, qui in illis Ecclesiis ministrent, & ipsis nolentibus alios non ordinent. Sæculum VII A. C. 655. c. 2.

Episcopus, si Monasterium fundet, non ultra quinquagesimam partem Bonorum Ecclesiæ suæ ei dare valeat, aut centesimam, si fundet Ecclesiam sine Monasterio. c. 5.

Si Episcopus modicum habuit patrimonium, quæ post susceptum Episcopatum acquisivit, Ecclesiæ sunto. Si tantum Bonorum habuit, quantum Ecclesia, vel plura, hæredes defuncti Bona relicta cum Ecclesia, proportione servata, dividant. Episcopus de illis rebus decernere possit, quæ ipsius Personæ donatæ fuerint, si non decernat, Ecclesiæ sunto. c. 6.

Episcopi vel Presbyteri Hæreditatem, Propinqui ejus non adeant sine Metropolitæ vel Episcopi consensu. c. 7.

Præscriptio triginta annorum contra Ecclesiam, a die Obitus Episcopi, qui rem alienavit, non autem a die peractæ alienationis currat. c. 8.

Episcopus, qui Confratris sui Exequias celebravit, & Rerum Ecclesiæ Commentarium conscribi curavit, non ultra unam libram auri, si Ecc. 9.

Sæculum VII A.C. 655.

clesia sit dives, & dimidiam, si pauper sit, accipiat.

Filii spurii Clericorum ab Episcopo usque ad Subdiaconum, Servi sint illius Ecclesiæ in qua patres ministrabant. Episcopi Clericis non adscribant Servos Ecclesiæ, nisi eos prius libertate donaverint. Liberti Ecclesiæ cum Personis ingenuis, id est, libero genere natis, nuptias non contrahant. Si contraxerint, ambo jure Libertorum habebuntur, & ex consequenti tam ipsi, quam posteri eorum ea Ecclesiæ obsequia reddere teneantur, quæ Liberti Patronis suis præstare solebant; nec Bona sua cuiquam alii, quam liberis suis aut propinquis, si ejusdem etiam conditionis sint, relinquere possint. Judæi baptizati in Festis præcipuis in Civitatem se conferant, Officio solemni, quod Episcopus celebrat, interfint, ut judicare valeat, an sincera sit eorum conversio.

c. 10.
c. 11.
c. 13. 14. 15.
c. 16.
c. 17.

Huic Concilio demum 28. Nov. finis impositus, atque denunciatum, aliud primo die Dec. anno futuro congregandum.

§. XII.

Prima Quæstio de S. Maximo habita.

Niceph. in Chron.

Constantinopoli, defuncto Paulo, Pirrhus Sedem Patriarchalem eodem anno

anno 655. denuo occupatam non ultra quatuor menſes & dies viginti tres tenuit, habuitque Succeſſorem Petrum, illius Eccleſiæ Presbyterum, qui eam annis duodecim (*) & ſeptem menſibus rexit. Ipſo ſedente S. Maximus raptus, & cum Anaſtaſio Diſcipulo ſuo, & altero Anaſtaſio, qui Eccleſiæ Romanæ Apocriſiarius fuerat, Conſtantinopolim perductus. Ipſo die, quo Conſtantinopolim advenerant ſub occaſum ſolis, adſunt duo Officiales, qui Mandatores dicebantur, cum Excubitoribus decem, ſeu militibus Prætorianis, qui nudos, & discalceatos e navigio abſtrahunt, ſeparant, & in diverſis ergaſtulis cuſtodiunt.

Sæculum VII A. C. 655.

vit. Max. n. 17. Acta Max. p. 29.

Poſt aliquot dierum ſpatium in Palatium ducuntur, S. Maximus in aulam, ubi Senatus cum maxima hominum turba congregatus erat, ingredi juſſus in medio ſiſtitur. Tum Sacellarius ſeu Ærario Præfectus, ira excitatus ad S. Maximum: *Esne tu Chriſtianus?* S. Maximus reſpondit: *per Gratiam JEſu Chriſti Dei noſtri ſum.* Sacellarius: *Unde ergo, ſi Chriſtianus es, Imperatorem odiſti?* S. Maximus: *Unde tu iſtud ſcias?*

(*) Cardinalis Baronius in numero annorum diſſentit, eique Regiminis annos non plures quam duos tribuit.

Sæculum VII A. C. 655.

nam odium est animæ affectio latens, quæ tam parum videri potest, ac amor. Sacellarius: *Nemini non ex factis tuis liquet, quod Imperatorem & Rempublicam oderis; tu enim & non alius Saracenis Ægyptum, Alexandriam, Pentapolim, Tripolim & Africam tradidisti.* S. Maximus: *ubi sunt tam atrocis accusationis argumenta?*

Tunc in medium prodire jussus est Joannes, qui Sacellarius, seu thesauro Præfectus Petri Numidiæ Prætoris fuerat. Is ad S. Maximum conversus dixit: *Jam anni viginti duo sunt, ex quo, cum Imperatoris avus Petro imperasset, ut collecto exercitu in Ægyptum contenderet, & Saracenos depelleret, datis ad te litteris, utpote quem tanquam fidelem Dei famulum colebat, consilium petiit, an sibi in hostem istum movendum esset. Respondisti; ne faceret, quia Deus decrevisset, sub Heraclio Principe & stirpe ejus Romano Imperio non favere.*

S. Maximi Responsiones,

S. Maximus respondit: *Si vera loqueris, necesse est te habere Epistolam, quam ad me dedit, & responsoriam meam. Utramque exhibe, quod si feceris, legum rigori me subjiciam.* Joannes dixit: *Nullas habeo Epistolas, nec illud scio, an tibi Petrus scripserit; sed illo tempore ea de te in castris omnes narrabant.* S. Maximus: *Si totus exercitus hæc de me, cur tu*

tu solus me calumniaris? An unquam antea hac me vidisti? Joannes: *Nunquam alias te vidi.* Tum Maximus ad Senatum conversus ait: *Judicate, an æquum sit tales Accusatores, & tales Testes producere? Nam Dominus dicit: In quo enim Judicio judicaveritis, in eo judicabimini.* Matth. 7. 2. Sæculum VII A.C. 655.

Deinde Sergius Magonda prodire jussus dixit: *Effluxerunt novem anni, ex quo Abbas Thomas Roma veniens mihi dixit, se a Papa Theodoro ad Patricium Gregorium fuisse missum, ut nunciaret: Neminem time; nam Abbas Maximus per somnium vidit turbas Angelorum ab Oriente & ab Occidente. Qui ab Oriente erant, clamabant: Victoriam Imperatori Constantino! qui ab Occidente: Victoriam Imperatori Gregorio! at clamores Occidentalium vicerunt.* Gregorius ille est, qui cum Africæ præfectus fuisset, circa annum 645. ab Imperatore defecit. Itaque si exinde novem annos numeremus, habemus annum 654. & si retrocedendo annos viginti duos ab incursu Saracenorum computemus, inveniemus annum 632. qui est Abubecri secundus. Audito hoc Sergii testimonio, Sacellarius S. Maximum, ac si jam convictus fuisset, affatus clamavit: *Deus te huc adduxit, ut comburaris.* S. Maximus respondit: *Istud Gregorio adhuc vivo*

Sup. Lib. XXXVIII. §. 41. 42.

ibid. n. 5.

Sæculum VII A. C. 655.

vivo mihi objiciendum fuisset. Tum, ut ostenderet, quam absurdi essent Accusatores sui, quod testes mortuos nominarent, qui loqui non possent, dixit: *Æquum esset, ut primus Accusator ad producendum in Judicio Patricium Petrum compelleretur, & iste secundus ad producendum Abbatem Thomam, cujus esset Papam Theodorum producere, & tunc omnibus præsentibus, ad Petrum Patricium dicerem: An tu mihi scripsisti, vel ego tibi, quod Sacellarius dicit? Et si id affirmaret, tunc pœna dignus forem. Pari modo Papam compellarem: Edic, Domine! an ego tibi aliquando somnia mea narravi? & si id affirmaret, ipse reus esset, quod somnio fidem habuisset, non vero ego, quod quædam in somnio oblata vidissem, cum somnia in nostra potestate non sint.* Tunc ad S. Maximum Troilus: *Jocaris, Domine Abba! an nescis ubi sis, & quibus loquaris?* Respondit: *Non jocor, sed pudet, me in ea tempora fuisse reservatum, quibus toleranda sint indigna ludibria.* Epiphanius Patricius dixit: *Cur non rideat, si quæ objiciuntur, falsa sunt?* Magnus Sacellarius ira commotus ad S. Maximum: *Nempe omnes mentiuntur, tu solus verax es.* S. Maximus inter lacrymas respondit: *In vestra potestate est, Deo ita permittente, mihi vitam vel mortem dare;*

dare; si vero hi veritatem loquuntur, af- Sæculum VII
firmandum erit; Satanam verum Deum A. C. 655.
esse, meque indignum, qui adventum Creatoris Nostri & Judicis videam, si unquam tale somnium narravi, aut si usque in hanc horam de tali somnio aliquis sermo ad aures meas pervenit.

§. XIII.

Colloquium cum Gregorio.

Testis tertius nihil præter accusationem frivolam attulit. Sed quartus, Gregorius, Photini filius, Imperatori ab Epistolis, locutus est in hunc modum: *Cum Romæ essem, cubiculum Abbatis Maximi intravi, & dicenti mihi, quod Imperator possideat Sacerdotium, Abbas Anastasius, Discipulus ejus, dixit: Deus nolit, ut tantus honor ei obtingat.* S. Maximus ad Gregorium: *Deum time, Domine Gregori! socius meus in illo colloquio nec verbum protulit.* Tum in terram prostratus ad Senatores dixit: *Obsecro! aures patientes mihi concedite, & integrum illud colloquium vobis referam. Arguet me Accusator meus, si mentiar. Cum Dominus Gregorius Romæ ad me invisisset, prostravi me in terram, ut facere adsueveram, & venientem amplexus sum. Tum postquam consedimus, rogavi itineris causam. Dixit: Imperator Ecclesiarum pacem cupiens mittit S. Petro*

Sæculum VII A. C. 655.

oblationem, & Papæ Epistolam, in qua ad concordiam cum Patriarcha Constantinopolitano reducendam hortatur, meque hac Legatione honoravit. Respondi: laudetur Deus! sed qua ratione concordia reducenda est? Respondisti: per consensum in Typum (nam hic S. Maximus sermonem ad Gregorium dirigere cœpit, & prosecutus est) *ego autem tibi dixi: Credo hanc rem esse impossibilem; nunquam enim Romani ferent, ut dicta Patrum cum dictis Hæreticorum, & Veritas cum Mendacio supprimantur. Respondisti: Typus non præcipit, ut verba sancta supprimantur, sed silentium imperat, ut pax reducatur. Dixi ego: Secundum Scripturam, silentium est verborum suppressio.* (*)

Psal. 18. 4.

Dixisti: noli me in spinosas quæstiones conjicere; sufficit mihi Fidei Symbolum. Reposui: Typus destruit Symbolum. Quæsiviisti, quo pacto id fieret, & ego rogavi, ut Symbolum recitares. Et tu ita exorsus es: Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Cæli & Terræ, visibilium omnium & invisibilium. Dixi: Siste paululum. Deus Creator non esset, nisi Voluntatem & Operationem Naturalem haberet; Voluntate

(*) Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. *Psalm.* 18.

Sæculum VII
A. C. 655.

tate enim & non neceſſitate creavit Cælum & Terram. Si ſpecie prudentiæ humanæ Fides cum errore ſupprimatur, iſtud prudentiæ genus a Deo ſeparat, & homines non conjungit. Proxime etiam venient ad nos Judæi & dicent: Uniamur, & prudenti diſcretione ex parte noſtra Circumciſio, & ex parte veſtra Baptismus ſupprimatur. Idem remedium Ariani ætate Conſtantini Magni datis litteris propoſuerunt: Supprimamus voces, Conſubſtantialis, & Subſtantia diverſus, ut uniantur Eccleſiæ! at non conſenſerunt Patres noſtri, ſed huic paci perſecutionem & mortem prætulerunt, quamvis huic remedio Conſtantinus faveret. Nunquam Imperatorum aliquis Patres eo adducere potuit, ut ætatis ſuæ Hæreticis conniverent, adhibendo voces ambiguas, ſed ſemper uſi ſunt vocibus claris, quæſtioni propriis & congruis, dicentes ſine bæſitatione, Epiſcoporum eſſe Eccleſiæ Dogmata examinare, & definire.

Dixiſti: Ergo, ſi tibi credimus, omnis Imperator Chriſtianus non ſimul Sacerdotium habet? Reſpondi: non habet. Nam Imperator ad Altare non ſtat, & poſtquam conſecratus eſt panis, non eum elevat dicens: Sancta Sanctis. Non baptizat, non confirmat cum Chriſmate, non imponit manus ad ordinandos Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, non conſecrat

Sæculum VII A. C. 655.

crat templa, non gerit Sacerdotii Insignia Pallium & Evangelium, sed Coronam & Purpuram habet, Imperii notas. Tum mihi objeciſti: Quare igitur Scriptura Melchiſedech vocat Regem & Sacerdotem? Reſpondi: Is erat figura illius, qui cum ſolus eſſet verus Rex & Deus omnium, pro noſtra ſalute verus Sacerdos Magnus factus eſt. Si vero dicas, quemquam alium eſſe Regem & Sacerdotem ſecundum Ordinem Melchiſedech, adde etiam reliqua, eſſe ſine Patre, ſine Matre, ſine Genealogia, ſine principio, ſine fine, & tunc cognoſces, quæ inde ſequantur, nempe fore alium Deum incarnatum, ut ſuo Sacerdotio procuret noſtram Salutem ſecundum ordinem Melchiſedech & non ſecundum ordinem Aaron. Sed cui bono tot ſermones? ad Sanctam Menſam ſub Sacra Oblatione poſt Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos Imperatorum memoria fit inter Laicos; quando dicit Diaconus: & pro Laicis in Fide defunctis, Conſtantino, Conſtante, aliisque. Ita Imperatorum viventium poſt omnes Clericos mentionem facit. (*)

Ordo Melchiſedech.

S. Maximum ſermones, quos Romæ cum Gregorio miſcuerat, in hunc modum

(*) Hodie Imperatoris vel Regis ſtatim poſt Summum Pontificem in Canone Miſſæ mentio fit ſecundum quædam Miſſalia.

dum referentem, Menas Abbas turbavit exclamans: *Hæc affirmando Ecclesiam in partes scidisti!* S. Maximus respondit: *Si Ecclesia scinditur verba Scripturæ & Patrum referendo, quid de illis sentiendum, qui Patrum Doctrinam supprimunt, qua sublata Ecclesia stare non potest?* At Sacellarius ad Exarchi familiares conversus clamavit: Dicite Exarcho, meis verbis: *Quomodo tibi temperare potuisti, ut talem hominem in commissa tibi Provincia vivere sineres?* Sæculum VII A. C. 655.

Tum S. Maximo exire jusso, Anastasius ejus Discipulus introducitur, quem cupiebant compellere ad accusandum S. Maximum, quod Pirrhum male habuisset. Anastasius submissa voce respondit: *Nemo unquam Pirrhum tanto honore, ac Maximus, coluit.* Jubetur voce altiore loqui; cumque vocis sonum, modestiæ Monachorum convenientem, cui adsueverat, mutare non posset, præcepit Sacellarius, ut adstantes eum verberibus pulsarent. Igitur pugnis contunditur tam crudelem in modum, ut semimortuus videretur. Mox ambo in carcerem reduci jubentur; sed Menas Abbas S. Maximum affatus præsentibus Senatoribus dixit: *Dei vindicta te huc deduxit, ut reciperes pœnam tot malorum, quæ aliis intulisti, dum cunctos spargendo dogmata Origenis pervertere voluisti.*

S. Ma-

Sæculum VII A.C 655.

S. Maximus respondit: *Anathema Origeni, Doctrinæ ejus, & omnibus ejusdem Sectatoribus!* Epiphanius Patricius dixit: *Domine Abbas Mena! diluit Maximus hoc Anathematismo objectionem tuam, etiamsi antea Origenista fuisset; hinc istam accusationem non amplius audiam.*

§. XIV.

Collatio cum Troilo & Sergio.

Eodem die sub noctem Troilus Patricius & Sergius Eucratus Aulæ Cæsareæ Præfectus ad S. Maximum venerunt, & postquam consedissent, & Abbatem quoque sedere jussissent, dixerunt: *Narra nobis, Domine Abba! Colloquia, quæ cum Pirrho in Africa & Romæ habuisti, & quo pacto persuadere potueris, ut suam Doctrinam anathematizaret, & tuam amplecteretur.* S. Maximus omnia ordine retulit, quæ meminerat, & adjecit: *Non habeo Doctrinam particularem, sed est Doctrina communis Ecclesiæ Catholicæ.* Tum quæsierunt, quare cum Sede Constantinopolitana non communicaret. *Ideo non communico*, inquit, *quia Constantinopolitani recipiendo novem Articulos Alexandrinos, Ecthesim Sergii, & Typum Indictione sexta promulgatum, quatuor Concilia rejecerunt, & quia novem Articulos recipiendo Ecthesim damnarunt, & Ecthesim recipiendo, Typum abroga-*

Sæculum VII A.C. 655.

rogarunt. Itaque homines, toties a se ipsis damnati, a Romanis, & a Concilio Indictione octava celebrato depositi, quomodo Sacra Mysteria celebrare, & quomodo ad ea Spiritum Sanctum adducere possint?

Responderunt: *Vis dicere: te solum salvandum esse, reliquos vero omnes damnandos.* S. Maximus dixit: *Neminem condemno, avertat Deus! sed mori malo, quam conscientiæ stimulos sentire, quod a vera Fide vel latum unguem discesserim.* Dixerunt: *Quid autem facies, si Romani ad Fidem Byzantinorum redeant? Ecce enim Apocrisiarii Romani heri advenerunt. Crastino, die Dominico, cum Patriarcha communicabunt, & omnibus patebit, Romanos a te solo fuisse perversos, cum te absente jam nobis jungentur.* Respondit: *Hi, qui advenerunt, Sedi Romanæ nullatenus nocere possunt, etiamsi communicarent, quia ad Patriarcham nullas litteras attulerunt, nec adduci possum, ut credam, Romanos cum Byzantinis communicaturos, nisi hi in JEsu Christo duas Voluntates, & duas Operationes confiteantur. Verumtamen si Romani cum istis communicent, quid facturus es?* S. Maximus: *Spiritus S. per os Apostoli etiam Angelos anathematizat, si evangelizent, præterquam quod evangelizatum est.* Gal. 1. 8.

Hi Legati ab Eugenio Papa *Epist. Anast. ad Coral.*

Sæculum VII A. C. 655.

Papa missos fuisse, conjectura est, & omnino eo adducti sunt, ut consentirent, unam voluntatem præter duas (*) esse affirmandam.

Troilus & Sergius deinde ex S. Maximo quæsiverunt: *Estne absolute necessarium in JEsu Christo plures Voluntates & plures Operationes confiteri? Necessarium est*, respondit, *si veram Religionem conservare velimus. Nullum quippe Ens sine operatione sibi naturali existere potest, & Patres clare docent, nullam Naturam sine sua Operatione essentiali cognosci posse.* Responderunt: *Satis dispicimus, rem ita se habere. Sed noli offendere Imperatorem, qui Typum amore pacis edidit.* S. Maximus flens & in terram prostratus dixit: *Imperator non debebat mihi irasci, nam permoveri non possum, ut Deum offendam, & dissimulem, quæ Deus affirmari præcepit.* Deinde demonstravit, neminem posse JEsum Christum perfectum Deum & hominem confiteri, nisi duas Voluntates & duas Operationes affirmet.

S. Maximus.

Post alia quædam dicta, quæ sibi admodum placere significarunt, Sergius dixit:

(*) Id capi vix potest, nisi forte quis dicat, hos Legatos voluisse affirmare unam Voluntatem Divinam, alteram Humanam; & quia tamen unus est volens, unam tertiam ex Divina & Humana resultantem.

xit: *Unum est, quo omnes affligimur, nempe, quod multos a Communione hujus Ecclesiæ avertas.* S. Maximus respondit: *Estne aliquis, qui affirmet, me prohibuisse, ne cum Ecclesia Constantinopolitana communicet?* Sergius dixit: *Cum tu non communices, satis suades ceteris, non esse communicandum.* S. Maximus: *Conscientiæ nostræ fortior vis est, quam cujuscunque periculi metus, vel spes solatii.* Sæculum VII A. C. 655.

Quia vero dictum fuerat, Typum a toto Occidente anathematizari, Troilus dixit: *An factum viri eximii sit, de fama Imperatoris detrahere?* S. Maximus: *Ignoscat Deus illis, qui Imperatorem ad edendum Typum impulerunt, illisque, qui consenserunt! Qui sunt illi?* reposuit Troilus, S. Maximus respondit: *Viri Ecclesiastici impulerunt, & Senatores consenserunt, cujus facti probrum recidit in Imperatorem, innocentem, & ab omni Hæresi alienum. Sed jam isto Principem consilio juvate, suadete, ut faciat, quod Avus ejus felicis memoriæ fecit.* Tum narravit, qua ratione Heraclius Ecthesim retractasset, quibus auditis, capita moventes, vocem aliquamdiu presserunt, & tandem dixerunt: *Utrinque obstacula occurrunt insuperabilia.* Et tunc quidem comiter data acceptaque salute discesserunt. *Sup. Lib. XXXVIII. §. 24.*

Sæculum VII
A. C. 655.

§. XV.

Quæstio secunda.

Sequente die Sabbati S. Maximus & Anastasius Discipulus ejus iterum in Palatium perducuntur. Prior Anastasius in Triclinium ingredi jubetur, ubi duo Patriarchæ erant, scilicet Petrus Constantinopolitanus, & Macarius Patriarcha Titularis Antiochenus, Constantinopoli residens, & zelosissimus Monothelita. Introducuntur Constantinus & Menas, qui Maximum accusabant, & cogere Anastasium volebant, ut a se dicta confirmaret. At ipse constanter Senatoribus ingessit: *Constantinum in Aulam secretam Palatii introducitis? nec Presbyter est, nec Monachus, sed in spectaculis ludicris Tribunus. Notissimæ sunt in Africa & Romæ pellices, quas alebat, quando venit. Neminem fefellerunt mendacia, quibus infamiæ cognitionem hominibus subtrahere satagebat; jam dicebat, esse sorores suas, jam se eas adduxisse, ne cum Ecclesia Constantinopolitana communicarent. Postquam Pecunias belluando consumpserit, & in locum, ubi ignotus sit, pervenerit, eandem haud dubie vitæ licentiam sectabitur.* Quæsierunt ex Anastasio, an Typum anathematizasset. Id se fecisse fassus est, & postquam

ad

ad alias quasdam quæstiones respondisset, jubetur e Triclinio exire. Sæculum VII A. C. 655.

Vocatur S. Maximus, ad quem Troilus: *Abba! edic, quod verum est, & Imperator miserebitur tui. Nam si Causam tuam secundum rigorem justitiæ examinaverimus, & vel unicus Articulus, in quo accuseris, probetur, leges ad mortem te damnant.* Respondit: *Dixi jam, & iterum dico, si vel unicus Articulus verus est, Satanas Deus est. Sed facite, quod vobis lubet, fideli Dei Servo nihil nocere potest.* Troilus dixit: *An non Typum anathematizasti?* Respondit: *Sæpius tibi fassus sum, quod anathematizaverim.* Troilus: *Typum anathematizasti? ergo Imperatorem anathematizasti.* S. Maximus: *Imperatorem non anathematizavi, sed Scriptum Fidei Catholicæ contrarium.* Troilus: *Ubi hoc scriptum fuit anathematizatum?* S. Maximus: *In Concilio Romano in Ecclesia S. Salvatoris & in Ecclesia Matris Dei.* Tum Præfectus ad eum: *An cum Ecclesia hac communicas, vel non?* Respondit: *Non communico.* Præfectus: *Quare non?* S. Maximus: *Quia Concilia rejecit.* Troilus: *Quomodo ergo in Diptychis recitantur?* S. Maximus: *Quid prosit nomina recitare, si Doctrina damnetur?* Troilus: *An, quod dicis demonstrare potes?* Quæstio de S. Maximo.

Sæculum VII A. C. 655.

tes? S. Maximus: *Si loquendi libertatem datis, facillime demonstrabo.*

Ad hæc omnes conticuerunt. Tum Sacellarius ad S. Maximum: *Quæ causa est, quod Romanos ames, & Græcos oderis?* Respondit: *Lex Divina vetat, quemquam odisse; amo Romanos, quia eandem Fidem teneo, & Græcos, eandem linguam loquens.* Sacellarius dixit: *Quot annos ætatis numeras?* Respondit: *Septuaginta quinque. Quanto tempore Discipulus tuus tecum est? annis triginta septem.* Hic Clericorum aliquis exclamavit: *Reddidit tibi Deus mala, quæ Beato Pirrho intulisti.* Cui S. Maximus non respondit. Et duo Patriarchæ toto hujus colloquii tempore nullam vocem ediderunt. Sed cum de Concilio Romano mentio facta est, Demosthenes exclamavit: *Nullum est illud Concilium, quia ille, qui convocavit, depositus fuit!* S. Maximus: *Non fuit depositus, sed persecutionem passus est; quod enim Judicium juxta Leges & Canones celebratum, ut depositus haberi posset? & licet etiam canonice depositus fuisset, nihilominus ea, quæ circa Fidem secundum Canones definita fuerunt, rata permanent, quia sunt consentanea illis, quæ Theodorus Papa Sanctæ Memoriæ scripsit.* Tunc Troilus Patricius dixit: *Abba! nescis, quid dicas; factum infectum fieri nequit.*

§. XVI.

Sæculum VII
A. C. 655.

§. XVI.

Aliud Colloquium.

His S. Maximus e triclinio discedere jubetur, & in carcerem reducitur. Verum in Die Pentecostes, decimo septimo Maji (ita enim & non decimo octavo legendum est) anno 655. Patriarcha ad S. Maximum misit, qui interrogarent in hunc modum: *Cujus Ecclesiæ, & Communionis es tu? An Byzantinæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, Jerosolymitanæ? Ecce! omnes cum Provinciis sibi subjectis in pristinam concordiam redierunt. Ergo tu quoque redi, si Ecclesiæ Catholicæ membrum es; nisi feceris, ea sors forte te manet, quam non speras.* S. Maximus respondit: *Deus nos docuit, Ecclesiam Catholicam Confessione Fidei Orthodoxæ inniti, cum S. Petrum laudavit, quod eam confessus fuerit. Sed dicite mihi, in qua Confessione omnium Ecclesiarum concordia reducta sit, si bona est Confessio, non dissentiam.* Dixerunt: *Quamvis istud in mandatis non habeamus, nihilominus dicemus tibi, ut nullus tibi supersit tergiversationis prætextus. Confitemur duas Operationes, quia distinctæ sunt Naturæ, & unam Operationem, quia sunt unitæ.* S. Maximus reposuit: *Num dicitis per conjunctionem duarum Naturarum ex duabus* Matt. 16. 18.

Sæculum VII A. C. 655.

bus Operationibus factam fuisse unam, vel præter has duas dari aliam? Dixerunt: *Non est alia, sed duæ unam constituunt. Ergo,* inquit S. Maximus, *omnia destruimus, dum Fidem fingimus, in qua nihil solidum est, & talem Deum, qui non existit. Nam si ob conjunctionem duas Operationes in unam confundamus, & deinde eandem dividamus ob Naturarum distinctionem, nec una erit, nec duæ Operationes; illa vero Persona, cujus esse deberent, non habebit Operationem, & quod inde sequitur, nullam existentiam. Non possum hoc confiteri, non istud a Patribus didici. De me, ut lubet, decernite, potestatem habetis.* Dixerunt: *Audi nos, tua enim plurimum interest; Imperator & Patriarcha ex Mandato Papæ Romani* (*) *statuerunt, nisi obedias, Anathema tibi dicere, &, quo visum fuerit, mortis genere contumacem punire.* Respondit: *Quod Deus de me ante omnia Sæcula decrevit, perficiatur!* S. Maximus altero die istud colloquium Anastasio Discipulo suo perscripsit monens, ut ferventius oraret, & ceteros, quid actum fuisset, edoceret.

Anastasii Epistolam habemus, quam ad Monachos Calaritanos in Sardinia dedit,

(*) Insigne Testimonium, Auctoritati Romani Pontificis favens, ex ore Græcorum.

dit, ubi dicit: *Adversarii nostri, Doctrinam Patrum sequi pertinaciter nolentes, diversis opinionibus agitantur, & postquam affirmarunt, nec unam nec duas Operationes esse admittendas, jam duas & unam, id est, tres confitentur, quod nec Patres nec Concilia docuerunt, quod lumini naturali repugnat, & quod nec veteres nec recentiores Hæretici unquam in medium attulerunt.* Tum ostendit, quantum hæc Sententia a sana ratione abhorreat, & subjungit: *Consensum a Legatis* (*) *antiquæ Romæ extorserunt, jamque ita deceptos ad eum, unde venerunt, remittunt* (nempe ad Eugenium Papam) tum Anastasius prosequitur: *Cum igitur Ecclesia Catholica & Apostolicæ fere tota periclitetur, rogamus, ut opem feratis; si aliter juvare nequeatis, necessarium est, ut iter Romam, quæsito alio prætextu, suscipiatis, & viris piis atque constantibus, qui ibi sunt, & magno vigore veritatem nobiscum defendunt, laborem jungatis. Inter viriles lacrymas rogabitis, ut Fidem Orthodoxam rejecta omni innovatione conservent, & nihil approbent, nisi quod a Patribus*

Sæculum VII A. C. 655. p. 45. Anastasii Epistola.

(*) Notandum, hos Legatos, qui non nominantur, nullas teste S. Maximo, ut supra dictum, attulisse ad Patriarcham litteras; & ideo requisita Auctoritate fuisse destitutos.

Sæculum VII A. C. 656.

& Conciliis definitum fuit. Ita Anastasius sperabat, virtute Promissionis S. Petro factæ, semen Pietatis, ut ipse loquitur, saltem in Ecclesia Romana remansurum.

p. 42.

p. 40.

Altero die, postquam S. Maximus fuisset interrogatus, Clerici Constantinopolitani congregantur, suadentque Imperatori, ut eum cum Discipulis suis, duobus Anastasiis, exilio damnet. Ergo separantur, & in remotissimas a mari Regiones relegantur, ne cui amicorum accessus pateret. Omnes in Thraciam missi, S. Maximus in Arcem Bizyam, Anastasius Apocrisiarius Selymbriam, & alter Anastasius in locum, qui dicebatur *Pemberus*, ultimum illius Provinciæ angulum, ita ut si pauculos passus ulterius ambulasset, Imperii Romani limites fuisset transgressus. Expulsi sunt annona, vestibus, rebus omnibus ad vitam sustentandam necessariis spoliati.

Petrus Patriarcha Constantinopolitanus pro more ad S. Sedem misit Epistolam suam Synodicam, quæ continebat suæ Fidei Confessionem, sed obscuram, nam Doctrina de duabus Operationibus & duabus Voluntatibus in JEsu Christo dissimulabatur; hinc eam populus & Clerici Romani offensi, cum Papæ redderetur, in Ecclesia S. Mariæ Majoris Sacra facturo, magno tumultu rejecerunt,

&

& Eugenium priusquam Missam celebraret, juramentum præstare coegerunt, nunquam recipiendi hanc Epistolam. Sæculum VII A. C. 656.

§. XVII.

Quæstio tertio habita de S. Maximo.

Interim Constantinopoli mittuntur Mandatarii, scilicet Theodosius Episcopus Cæsariensis in Bithynia, nomine Patriarchæ, & Paulus atque Theodosius Consules nomine Imperatoris, ad habendam quæstionem de S. Maximo in loco exilii sui. Hi postquam Bizyam vigesimo quarto Aug. Indictione decima quarta anno 656. pervenerunt, præmissis piis sermonibus Theodosius Episcopus ad S. Maximum dixit: *Imperator & Patriarcha ex te scire desiderant, quare cum Sede Constantinopolitana non communices.* S. Maximus respondit: *Habetisne Mandata scripta Imperatoris vel Patriarchæ?* Theodosius reposuit: *Non merebamur, Domine! tibi suspecti esse. Ut sim miserrimus, Episcopi tamen nomen gero, & bi Domini Senatoria Dignitate eminent. Non venimus, insidias tibi structuri, quod Deus nolit!* S. Maximus respondit: *Quocunque demum consilio veneritis, liberrime dicam omnia, quæ petitis, quamvis hæc jam prius tam bene sciatis, ut nec ego ipse melius.* *Act. S. Maximi. to. 1. p. 44. & to. 6. Conc. p. 471. n. 3.*

Sæculum VII A.C. 656.

Nota vobis est nova Doctrina tempore Indictionis sextæ in Cyclo præterito (nempe anno 633.) *exorta, quæ Alexandriæ a novem Cyri Articulis originem duxit, & a Sede Constantinopolitana approbata est. Scitis, quæ deinde a Patriarchis Sergio, Pirrho, & Paulo in suis Conciliis circa Fidem antiquam mutatum fuerit. Hæc est causa, quod cum Ecclesia Constantinopolitana non communicem. Auferantur hæc scandala, & date, ut in via trita Evangelii incedere possim, qualem inveni; incedam, nec mihi Dux nec Monitor opus erit.* Ad hæc Theodosius: *Quid igitur mali docemus?*

S. Maximus respondit: *Quia dicitis, unam esse in JEsu Christo Divinitatis & Humanitatis Operationem, Doctrinam Trinitatis & Incarnationis confunditis; nam docent Patres, id quod habet unam Operationem, esse unius Naturæ, & quod nullam Operationem habet, nihil esse.* Id illis demonstravit pluribus argumentis, ferme iisdem, quæ in Colloquio cum Pirrho adhibuerat.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 42.

Deinde Theodosius dixit: *Quod factum est suadente Discretione, tanquam certo Definitum accipere non debes.* S. Maximus: *Si Typus, qui vetat ullam Voluntatem vel Operationem Domino Nostro tribuere, non est certa Definitio, cur ergo me probrose Nationibus barba-*

Act. n. 9.

ris

ris & infidelibus tradidiſtis? cur damnati ſumus? cur ſocii mei, alter Selymbriæ, alter Perberi tabeſcere coguntur? Theodoſius dixit: *Teſtor Deum, Judicem meum, quando editus fuit Typus, dixi, & adhucdum dico; male factum, & in ruinam multorum! ſed prætextus fuit, ita lites Catholicorum de Voluntatibus & Operationibus ſopiri poſſe.* (*) S. Maximus: *Quis Fidelium recipere poſſit ſub moderationis ſpecie Edictum, ſupprimens verba Apoſtolorum, Prophetarum & Doctorum, ab ipſo Deo miſſorum, quibus dixit: Qui recipit vos, me recipit, & qui vos rejicit, me rejicit? Diabolus quoque falſos ſuos Apoſtolos, falſos Prophetas, & falſos Doctores habet, nempe Hæreticos. Sicut ille, qui veros Apoſtolos recipit, Deum recipit, ita econtra qui falſos recipit, Diabolum recipit. Ergo quio Sanctos unacum Hæreticis rejicit (ſit dictis venia, quia veritatem loquor) Deum unacum Diabolo rejicit. Quamobrem cavete, ne ſub ſpecie pacis in Apoſtaſiam labamur, quæ ſecundum Apoſtolum, Antichriſtum præcedet. Mentem meam vobis ſinceriſſime aperio, Domini mei!*

Sæculum VII A. C. 656.

Matt. 10. 40.

(*) Hæc aliquam affinitatem habent cum Edictis Regis Franciæ, ſilentium imperantis utrique parti de Bulla Unigenitus litigantium. At in his Edictis nihil affirmatur, quod Fidem deſtruat.

Sæculum VII A. C. 656.

S. Maximus in exilio.

mei! ut vestri nostrique commiseratio vos moveat. Cumque hæc intima animi mei sensa sint, compellere vultis, ut communicem cum Ecclesia, in qua docetur contrarium? custodiat me Salvator meus! & in genua demissus dixit: *Ego vero, quidquid mihi feceritis, nunquam moveri me sinam, ut cum illis communicem, qui ejusmodi Doctrinam recipiunt.*

Mandatarii tanta viri constantia consternati demissis capitibus diu vocem presserunt. Tandem Theodosius Episcopus erectus, & S. Maximum intuens dixit: *Vades nos habe pro Imperatore, eum, si nobiscum communices, Typum abrogaturum.* S. Maximus reposuit: *Adhucdum multum distamus. Quid dicendum de Doctrina* (hic ei sermo erat de Ecthesi) *unius Voluntatis, quam in suis Conciliis Sergius & Pirrhus ad tollendam omnem Operationem confirmarunt?* Theodosius respondit: *Illud Edictum rejectum fuit.* S. Maximus: *Ablatum est, quod pendebat e muro lapideo, sed Doctrina cordibus hæret. Recipiatur Damnatio Canonice in Concilio Romano pronunciata; tunc corruet paries, qui nos separat, & non amplius opus erit exhortationibus, ultro communicabimus.* Theodosius: *Concilio Romano valor deest, sine Mandatis Imperatoris celebrato.* S. Maximus: *Si Mandata Imperatorum Conci-*

Sæculum VII
A. C. 656.

Conciliis Auctoritatem tribuunt, sequitur, recipienda esse illa Concilia, quæ Imperatores contra vocem: Consubstantialis, celebrari jusserunt, scilicet Tyrianse, Antiochenum, Seleucienſe, Constantinopolitanum sub Eudoxio Ariano, Niceum in Thracia, Sirmienſe, & post longum temporis spatium Ephesinum secundum, cui Dioscorus præfuit; nam omnia ista Concilia jubentibus Imperatoribus celebrata fuere, & nihilominus omnia, quod impia dogmata defendant, damnata sunt. Cur non etiam rejicitis Concilium, in quo Paulus Samosatenus sub Dionysio Papa & Dionysio Alexandrino depositus fuit, & cui S. Gregorius Thavmaturgus præfuit? Nam jussu Imperatoris non fuit convocatum. Ubi est ille Canon prohibens, ne Concilia sine Mandatis Imperatoris celebrata approbentur, aut præcipiens, ut ad ipsius Mandata convocentur? (*) Scitis, quod Canones præcipiant, in qualibet Provincia bis in anno Synodos celebrari, & nullam de Mandatis Imperatoris mentionem faciant. Verum dicis, inquit Theodosius, *sana Doctrina causa est, cur Concilia approbentur. Sed edic! an non recipis litteras*

Sup. L. XI. §. 48. L. XII §. 10. Lib. XIV. §. 15. 21. 13. Lib. XIII. §. 6. L. XXVII. §. 38.

L. VIII. §. 1.

5. Can. Nic.

Sup. L. XI. §. 20.

n. 13.

(*) Quid ad hæc S. Maximi argumenta Protestans, affirmans Imperatoris fuisse convocare & præesse Conciliis, respondeat?

Sæculum VII A. C. 656.

teras Mennæ, ubi unam Voluntatem & unam Operationem in JEsu Christo docet? S. Maximus: *Avertat Deus! vos rejicitis omnes Doctores, qui a tempore Concilii Calcedonensis extiterunt, & adversus errorem Severi pugnarunt, & ego recipiam Libellum Mennæ, Concilio posterioris, atque Severo, Apollinari, Macedonio, Ario, omnibus Hæreticis aperte faventis, & Concilium damnantis?* Theodosius: *Itane! unicam esse Operationem non admittis?* S. Maximus: *Et quis ex Doctoribus probatis unicam defendit?* Hic Theodosius confictos Textus Julii Papæ, S. Gregorii Thavmaturgi, & S. Athanasii protulit, & recitavit. S. Maximus: *Deum timeamus & cavemus, ne iram ejus in nos provocemus adducendo Textus Hæreticos! nemo ignorat, hos esse Apollinaris. Si alios habes, recita.* Theodosius duos alios exhibuit sub nomine S. Chrysostomi, quibus perlectis S. Maximus dixit, esse Textus Nestorii. Illico Theodosius vultu ira exardente dixit: *Domine Monache! Satanas tuo ore loquitur.* S. Maximus: *Absit iracundia, Domine!* Simul ei ipsa illa verba in Nestorio ostendit.

Theodosius dixit: *Deus mihi testis est, Frater mi! quod hos Textus a Patriarcha acceperim, & tu dicis, quod alii Apollinaris, alii Nestorii sint.* Deinde pro-

protulit alium S. Cyrilli, qui unam Operationem affirmare videbatur; quo lecto S. Maximus dixit: *Aliqui probant, esse Additionem Timothei Eluri. Sed demus esse S. Cyrilli, & sensum examinemus.* Theodosius: *Id tibi vero non concedo, recipiendus est tibi Textus, ut sonat. Novas nobis tradis Regulas,* inquit S. Maximus, *si verba Scripturæ & Patrum examini subjicere prohibes.* Tum ex ipsa S. Scriptura Theodosium convicit; necessario esse examinandam, ut sensum capere valeamus, & non soli litteræ cum Judæis inhæreamus. Sæculum VII A. C. 656.

§. XVIII.

Pactum cum S. Maximo.

Cum deinde amplius de duabus Voluntatibus & duabus Operationibus disputassent, Theodosius Episcopus eo compulsus est, ut affirmaret; in Patribus legi, *Unam Voluntatem & aliam, Divinam & Humanam, duplicem Voluntatem,* sed non, *duas Voluntates.* S. Maximus respondit: *Per Deum! si quis dicat, unam & alteram, Divinam & Humanam, seu duplicem, quot concipis Voluntates, unam vel duas?* Theodosius dixit: *Scio, quid concipiam, sed non dico esse duas.* S. Maximus ad Consules versus dixit: *Per Dei nomen! si quem dicere audiatis; unam & unam, seu unam & alteram* n. 16.

Sæculum VII A. C. 656.

alteram, seu bis duo, aut bis quinque, quis conceptus in intellectu vestro bis vocibus respondet? Responderunt: *Quia adjurasti nos, dicimus, quod per voces unam & unam, seu unam & alteram, duas concipiamus, sicut etiam per bis duo, quatuor, & per bis quinque, decem.* Theodosius audita hac responsione erubescens dixit: *Non affirmo, quæ Patres non affirmarunt.* Tum S. Maximus arrepto Libro Actorum Concilii Romani ostendit, Patres duas Voluntates & duas Operationes clarissime affirmare. Ipse Theodosius Consul accepto libro Textus legit. Inde Theodosius Episcopus dixit: *Testor Deum! si hoc Concilium Personas non damnasset, nemo me prius illud recepisset. Ne vero hic frustra bonas horas perdamus; ego affirmo, quod Patres affirmarunt, & paratus sum, illico datis litteris duas Naturas, duas Voluntates, duas Operationes confiteri. Veni communica nobiscum. Confirmemus concordiam.*

n. 17. S. Maximus dixit: *Domine! meum non est, simplicis Monachi, in re tanta consensum tuum scriptum recipere; sed si revera Deus cor tuum convertit, mitte Romam secundum Canones, id est, Imperator & Patriarcha cum Synodo sua Legatos mittant. Nam communicare non possum cum Ecclesia, quæ in Sancto Sacrificio nomina Virorum condemnatorum*

rum commemorat, & impossibile est, ut mortui absolvantur. Theodosius Episcopus dixit: *Fiet, sed volo, ut mihi promittas, te, si ego mittor, profectionis socium futurum.* S. Maximus: *Domine! melius in rem tuam facies, si Fratrem meum, qui Selymbriæ est, accipias* (hic erat Anastasius Apocrisiarius) *nam linguæ illorum gnarus est, & Romani eum magni faciunt, quia tam longo tempore pro Fide persecutionem patitur.* Theodosius: *Languet inter me & ipsum amicitia, nec grata mihi erit ejus societas.* S. Maximus: *Domine! cum ita jubeas, sequar te, quocunque volueris.* His cuncti inter obortas lacrymas consurgunt. Mox genibus flexis orarunt, tumque singuli Evangelium, Crucem, Imaginem JEsu Christi, & Imaginem Virginis osculati, eadem manibus suis ad ea, quæ promissa fuerant, confirmanda tetigerunt. Postea Theodosio petenti, ut sibi quædam dubia adhucdum inhærentia solveret, S. Maximus solide demonstravit, quam absurda ex Doctrina de una Voluntate & una Operatione sequantur, eique Methodo omnino Theologica duarum Naturarum in Incarnatione conjunctionem explanavit. Sæculum VII A.C. 656.

Theodosius Episcopus jam discessurus dedit ipsi modicas pecunias ab amicis transmissas, & vestes duas, quarum *n.* 23.

Sæculum VII A. C. 656.

alteram Episcopus Bizyensis illico sibi accepit.

§. XIX.

Concordia soluta.

n. 24. Die octavo mensis sequentis Sept. Indictione decima quinta ineunte, eodem anno 656. Paulus Consul Bizyam venit, afferens mandatum Imperatoris ad S. Maximum directum, quo ad Monasterium S. Theodori Regiensis prope Constantinopolim deferri jubebatur, atque Paulus abrupta omni mora cum viro Sancto viam relegit. Quamvis vero Cæsareo mandato cautum esset, ut S. Maximo in itinere conveniens honor exhiberetur, & cura omnis adhiberetur, tum ob senectutis reverentiam & corporis infirmitatem, tum quod olim maxima fuisset viri hujus in Aula Cæsarea Dignitas, nihilominus ubi Regium pervenit, pecunias valde modicas, quas eleemosynæ nomine acceperat, vestes & reliqua de paupere supellectile ei abripuerunt. Decimo tertio Septembris in Vigilia Exaltationis S. Crucis, Epiphanius & Troilus Patricii cum Episcopo Theodosio, multis aliis comitantibus ad Monasterium delati, conscenso in Ecclesia suggestu, post solemnia humanitatis verba sederunt, & S. Maximum quoque in proxima sella acquiescere jusserunt. Tum Troilus Patri-

n. 25.

Patricius profatus inquit. *Huc nos misit Imperator, ut tibi ejus Mandata exponeremus. Sed inprimis edic nobis, an imperata facturus sis.* S. Maximus dixit: *Domine! fac ut sciam Cæsareæ Majestatis Mandata, tum respondebo.* Cum vero instarent, & oculis verbisque satis significarent, quod hac cunctatione offenderentur, dixit: *Profiteor coram Deo & Angelis ejus! quæcunque mibi præceperit Imperator pertinentia ad causas hujus Mundi, & res unacum ipso brevi perituras, lubenti animo exequar.* Hoc audito Troilus surgens dixit: *Orate pro me. Abeo; nihil agitis cum isto viro.* Exoritur strepitus & magnus tumultus; at Theodosius Episcopus dixit: *Aperite ei Imperatoris Responsum, & audite, quid reponat; ita enim abire, priusquam, quid velis, explicaveris, & respondentem audieris, a sana ratione alienum est.* Epiphanius Patricius dixit: *Hæc sunt, quæ tibi significari Imperator jussit; quia totus Occidens, & illi omnes, qui in Oriente seducti fuere, oculos in te conjiciunt, cupio, ut nobiscum secundum Doctrinam Typi communices, si consentis, ibimus nos ipsi Calcem, salutem tibi dicturi, manus jungemus, in magnam Ecclesiam te deducemus. Tecum Corpus & Sanguinem JEsu Christi accipiemus, & te Patrem nostrum venerabimur. Certo*

Sæculum VII A. C. 656.

Sæculum VII A. C. 656.

enim scimus, omnes, qui se ab Ecclesia Constantinopolitana separarunt, si tu communicaveris, esse redituros.

Tum S. Maximus ad Theodosium Episcopum conversus, perfususque lacrymis dixit: *Domine! omnes extremum Judicii diem expectamus. Tu scis, quid sancta Evangelia, sanctam Crucem, Imaginem Domini Nostri & sanctæ Matris ejus tangentes mihi promiseritis.* Episcopus demisso vultu & voce perturbata dixit: *Quid ego possum, si Imperatori alia opinio sedeat?* S. Maximus: *Quare ergo Sacra Evangelia manu tetigistis, tu, & omnes qui tecum aderant, si potestas vobis non erat faciendi, quæ promittebatis? Porro nihil certius, quam me nunquam adduci posse, ut faciam, quod petitis, etiamsi omnes Cœlestes Potestates id mihi persuadere adniterentur; quomodo enim rationem reddere possem, non dicam Deo, sed conscientiæ meæ, si Fidem abjurarem ad captandam hominum laudem, qua in orbe terrarum nihil magis inane & vanum reperitur?* Ad hæc verba furore accensi e sedibus suis exsilire, Virum Sanctum raptare, barbam evellere, pugnos impingere, sputis a calce usque ad verticem fœdare, ita ut fœtor, quam conspurcatæ vestes emittebant, tolerari non posset, donec sedulo lavatæ fuissent.

S. Maximi Acta.

Consur-

Consurgens etiam Episcopus, dixit: *Non decuit causam istam ita tractari. Audienda erat viri responsio, & ad Imperatorem deferenda. Non hic est modus transigendi res Ecclesiasticas.* Hæc loquens vix satis frementes cohibuit, compulitque, ut iterum considerent. At non desierunt, Abbatem verbis contumeliosis insectari, & incredibili rabie omnibus diris devovere. Dicebat Epiphanius, furore ardens, *Edic! miserrime Senecio! an nos, & Civitatem Constantinopolitanam, & Imperatorem Hæreticos esse existimas? Christiani & Orthodoxi sumus, te longe meliores. Confitemur, Dominum Nostrum habere unam Voluntatem Divinam & unam Humanam. Et omnem Naturam, intellectu præditam, habere Voluntatem & Operationem. Denique duas Voluntates & duas Operationes non negamus.*

Sæculum VII
A. C. 656.
n. 28.

S. Maximus respondit: *Si creditis, quod credit Ecclesia, quare me vultis adigere ad recipiendum Typum, qui ad hanc Fidem destruendam tendit?* Epiphanius dixit: *Editus est Typus, ut daretur aliquid simplicitati populi, quem subtilibus quæstionibus turbari non expedit. Imo,* inquit S. Maximus, *omnis conditionis homines melius exemplo nostro firmantur, si Fidem exacte confiteamur.* Deinde Troilus: *In corde tuo crede, quod vis;*

Sæculum VII A. C. 656.

nihil obstat. S. Maximus: *Noluit Deus, ut omnia ad Salutem necessaria in cordibus nostris inclusa laterent, sed dixit:* Matt. 10. 32. *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Rom. 10. 10. *Et Apostolus: Corde creditur ad Justitiam, ore autem confessio fit ad Salutem.*

n. 29. Tum Epiphanius vocis sono acutissimo quæsivit: *An & tu subscripsisti Libello?* (nempe Concilii Romani Decreto) S. Maximus: *Ita est. Subscripsi.* Epiphanius: *Quo pacto autem ausus es anathematizare viros, Fidem totius Ecclesiæ tenentes? nihil certius futurum, si meum suffragium valeat; in plateas Civitatis circumduceris, medio in foro columnæ alligaberis, convocabuntur Circulatores, Mimæ & cunctis notissimæ Meretriculæ cum fæce plebis, quæ tibi colaphos incutiant, & in faciem expuant. In hæc omnia consentio*, respondit S. Maximus, *si verum sit, quod nos anathematizaverimus homines, duas Voluntates & duas Operationes confitentes. Lege Acta, Domine! & Decretum, & si inveneris, quod ibi contineri dicis, fac, quod placebit.* Dixerunt: *Si homini isti amplius aures damus, sitis & fames ferenda erit. Eamus pransum; postea in Palatium nos conferemus, relaturi, quod audivimus. Homo iste se ipsum Satanæ addixit.* His exeunt; at prius ad S. Maximum dixerant: *Duos*

Duos quoque Discipulos tuos accersemus, examinabimus, & quid ipsis faciendum, videbimus. Id vero scias, Domine Abba! si a bello cum Infidelibus respirare licuerit, per Sanctam Trinitatem, te & Papam, qui sibi multa arrogat, omnes ceteros in illa Regione garrulos, cunctos alios Discipulos tuos nullo discrimine babebimus; singuli pro gravitate reatus, sicut Martinus vester, pœnas dabitis. Sæculum VII A. C. 656.

§. XX.

S. Maximus secundo exul.

Altero die decimo quarto Sept. in Festo Crucis exaltatæ, Theodosius Consul mane ad S. Maximum venit, & postquam eum omnibus rebus, quas habebat, spoliasset, nomine Imperatoris dixit: *Quia oblatos tibi honores respuisti, iis privaberis. Ito in locum, quo te ipsum cum duobus sociis tuis dignum judicasti.* His dictis Theodosius Consul S. Maximum tradit militibus, qui captivum Selymbriam deduxerunt. Ibi biduo morati sunt, donec unus militum perrexisset ad castra & ad irritandos contra S. Maximum commilitonum animos dixisset: *Ecce Monachus in Matrem Dei blasphemus veniet.* Miles hic, reversus Selymbriam, Sanctum Virum deduxit ad exercitum; at Præfectus, vir Deum timens, Cohortium Duces, Vexilliferos, Presbyteros & Diaconos n. 30.

Sæculum VII A. C. 656.

conos misit excepturos venientem Abbatem, quos conspiciens flexit genua ad orandum. Illi quoque se demiserunt in genua; tumque considentes, cum etiam S. Senem, ut consideret, invitassent, Vir quidam Senio venerabilis comiter S. Abbatem affatus dixit: *Pater mi! retulerunt aliquid de te, quod nobis scandalo est, scilicet te S. Virginem, Matrem Dei, non appellare. Hinc adjuro te per S. Trinitatem, ut nobis, quod res est, dicas, ne scandalizemur immerito.* S. Maximus, postquam flexisset genua, surrexit, & extensis in Cælum manibus inter fluentes lacrymas dixit: *Quicunque non dicit, Dominam Nostram, Sanctissimam Virginem, vere fuisse Matrem Dei, Creatoris Cæli & Terræ, Anathema sit in nomine Patris, Filii & Spiritus S. & omnium Virtutum Cælestium & Apostolorum, Prophetarum, Martyrum & omnium Sanctorum, nunc & semper, & per omnia Sæcula Sæculorum. AMEN.* Quibus perceptis adstantes inter obortas lacrymas dixerunt: *Pater mi! Deus tibi det robur animi, quo cursum tuum feliciter consumes.* Ipsis deinde pios Sermones miscentibus & militibus confertim ad auscultandum confluentibus, Prætorianorum aliquis, cum videret crescere accurrentium numerum, audiretque indignantes crudelitatem, qua S. Senex habere-

beretur, Abbatem comprehendi, & in lo- Sæculum VII
cum duobus millibus a castris remotum A. C. 656.
deferri jussit, donec Perberum deduceretur. Clerici Castrenses pedibus Senem illo secuti, valedicentes, eundem manibus suis equo imposuerunt. Ipse Perberum deducitur, & carceri traditur.

Post hæc omnia cum S. Maximus cum *n.* 33.
Discipulo suo Anastasio Monacho Constantinopolim denuo fuisset perductus, Concilio adversus eos convocato, ambo ipsi & etiam S. Martinus Papa, S. Sophronius Jerosolymitanus, & omnes eorum Sectatores, uno verbo, omnes Catholici anathematizati. Tum alter quoque Anastasius introducitur, anathematizatur, atque Concilium Senatusque utraque Auctoritate conjuncta in eos tres unam sententiam pronunciant, hujus tenoris: *Sententia Canonica in vos lata, restabat, ut ob impietatem vestram Legum rigori subjiceremini, quamvis crimina vestra pœnis omnibus de Jure statutis majora sint; nihilominus graviorem vindictam illi relinquentes, qui Justus Judex est, & Legum rigorem relaxantes, vobis vitæ gratiam facimus, jubemusque, ut Præfectus hic præsens vos illico in Prætorium perducat, terga vestra bubulis diverberentur, a radice evellatur lingua, qua blasphemias protulistis, & amputetur dextra, qua scripsistis. Tum per duode-*

Sæculum VII A. C. 656.

cim hujus Civitatis Regiones circumducamini, perpetuo exilio & carceri damnemini, ubi reliquo vitæ tempore peccata veſtra defleatis. Hæc Sententia protinus executioni data eſt. Præfectus Maximum & duos Anaſtaſios corripit, cæduntur, lingua radicitus exciditur, manu dextra truncantur, per totam Urbem Conſtantinopolitanam ambulare coguntur, & in Regionem Laziorum Exilii locum deportantur.

§. XXI.

Concilium Toletanum decimum.

to. 6. p. 459. In Hiſpania eodem anno 656. Receſuinti Regis octavo, Æra 694. Concilium anno ſuperiore denunciatum, uno menſe ſerius, id eſt, primo die Dec. convocatum eſt. Inter Concilia Toletana decimum locum obtinet, & ſeptem Canones conditi. In primo dicitur, Feſtum Virginis, nempe Annunciationis, in Eccleſiis Hiſpaniæ diverſis diebus fuiſſe celebratum, & additur, non eſſe celebrandum die proprio, quod ille in Quadrageſimam vel in Feſta Paſchalia incidat; ſed ſtatuitur, ut hoc Feſtum octavo die ante Feſta Natalitia, id eſt, decimo octavo Dec. figatur. In ſecundo Canone Depoſitione puniri jubentur Epiſcopi, & Clerici, qui juramentum ad præſtandam ſecuritatem Principi vel Reipublicæ editum violaverint;

Sæculum VII
A. C. 656.

rint; relinquitur tamen Principi libertas reis veniam concedendi. In illis Statutis id quoque dispicitur, Nomen Religiosi omnes viros Deo Sacros tam Episcopos quam Clericos complexum fuisse. *Sup. Lib. XXXVII. §. 49.*

Episcopi, sub pœna Excommunicationis ad unum annum, propinquis suis aut amicis reditus Parochiarum aut Monasteriorum non concedant. *can. 3.*

Viduæ aliquæ, Deo consecratæ mutato proposito more aliarum vivere volebant; hinc præcipitur, ut imposterum dato libello profiterentur coram Episcopo; vel ejus Ministro, qui eis habitum daret. Item caput pallio nigri vel violacei coloris tegere jubentur. *c. 4.*

S. Chrysostomus quoque ejusmodi pallium nigrum, de vestitu Virginum suæ ætatis loquens, commemorat. *v. Chrys. hom. 8. in 1. Tim. 2. 9.*

Deinde Concilium Toletanum præcipit; quæ viduarum habitum, postquam eum aliquando gestaverint, deponunt, excommunicentur, & ad reliquos vitæ dies in Monasteriis includantur. *c. 5.*

Infantibus, quos Parentes Monasteriis obtulerunt, ad Sæculum redire non liceat; sed eos Parentes sui, si decennio majores fuerint, offerre nequeant. *c. 6.*

Hunc usum supra in Regula S. Benedicti adnotavimus. *Sup. Lib. XXXII. §. 19.*

Tandem non liceat, mancipia Christiana Judæis vendere; quod crimen multo magis vituperatur in Clericis, quorum esset, ejusmodi mancipia etiam caro redimere. *c. 7.*

Hujus

Sæculum VII A. C. 656.

Hujus Concilii Patribus Epistola Potamii Archiepiscopi Bracarensis reddita est, in qua se reum fatebatur, quod peccasset cum muliere. Patres Archiepiscopum in Concilium introduci jubent, ostendunt ei suam Scripturam, interrogant, an cognoscat, rursusque, an hæc ipsius confessio libera esset & vera. Id ipse juramento affirmavit, & inter largos fletus edixit, se a mensibus ferme novem, Ecclesiæ suæ Regimine sponte abdicato, carcerem ad agendam pœnitentiam subiisse. Secundum Canones deponendus fuisset; at Patres misericordia moti, eundem, conservato Episcopi nomine, ad perpetuam pœnitentiam damnarunt; Ecclesia vero Bracarensis Auctoritate Concilii Fructuoso Episcopo Dumiensi data est, sive ille, ab una Sede ad aliam translatus, sive duæ Sedes unitæ fuerint; nam Civitas Dumiensis tribus millibus tantum seu una Leuca a Bracarensi dissita paucos Episcopos proprios habuit.

Sequitur aliud Decretum, quo Concilium Acta Testamenti Ricimeri Episcopi Dumiensis, Testamento S. Martini Antecessoris ejus contraria, & Ecclesiæ suæ noxia irritat. His Decretis primo Dec. anno Regis Recesuinti octavo, id est, 656. datis subscripserunt Episcopi viginti, quorum primi tres Metropolitica Dignitate fulgebant, nempe Eugenius Toletanus, Fugi-

Fugitivus Hiſpalenſis, antea Abbas, & Fructuoſus Bracarenſis. Præterea Episcoporum abſentium Legati quinque aderant. Sæculum VII A. C. 656.

§. XXII.

S. Fructuoſus Bracarenſis.

Sanctus Fructuoſus Regali progenie ortus, filius Belliducis, plurimum in Teritorio Virezienſi inter montes Legionis & Gallæciæ commorantis, cum, adhuc puerulus, eſſet apud Patrem, qui forte tunc pecus numerabat, loca magis aſpera & horrida oculis notabat, cogitabatque in iis aliquando Monaſteria fundare. Parentibus vita functis, a Conantio ſeu Tonatio, qui Epiſcopus Palentinus fuiſſe creditur, Tonſuram accepit, & ad vitæ Sanctitatem informatus Bona ſua in Eccleſias, pauperes, mancipia, quæ manumittebat, ſparſit; majorem vero partem impendit fundando Monaſterio Complutum nominato, quia dedicatum erat SS. Juſto & Paſtori illius Civitatis Martyribus, etſi illa Civitas a Monaſterio longe diſtaret. Illic igitur magnam Congregationem inſtituit; cum vero hominum ad ſe inviſentium multitudine fatigaretur, alio Abbate illis Monachis præfecto, in eremum ſe abdidit. In diverſis locis, tribus præterea Monaſteriis conditis, ſuæ Diſciplinæ ſponte ſubjectos habuit Viros nobiles, *Act. Ben. to. 2. p. 581.*

Sæculum VII A. C. 656.

nobiles, & olim in Aula Regis præcipuis Dignitatibus insignes, quorum multi deinde ex hac schola ad Episcopatus apicem evecti sunt.

Cum S. Fructuosus quartum quoque Monasterium in Insula Gaditana, & quintum in Ora vicina, loco, qui *Nona* dicebatur, quia novem millibus a mari distabat, fundasset, ad ea tanto numero Novitii convolarunt, ut Præfectus Provinciæ, veritus, ne viri ad militiam, & obeunda Reipublicæ munia essent defuturi, hanc rem datis litteris ad Regem deferendam putaverit. Tota sæpe familia Deo se consecrabat, Patribus cum filiis Monasteria virorum, & Matribus cum filiabus sacrarum Virginum, Domos ingredientibus. Omnium prima fœminarum Asceterium haud procul *Nona* fundavit S. Benedicta, quæ nobili genere nata, & propediem viro potentissimo nuptui tradenda ad desertum Nonani Monasterii clam confugiens S. Fructuosum rogavit, ut curam sui susciperet. Ille constructa ex ligno cellula viros Religiosos mittebat, qui puellam Institutum Monasticum edocerent, & alimenta suppeditabat. Pluribus aliis Virginibus deinde Benedictæ exemplum sequentibus, cum jam numero octoginta essent, S. Abbas in alia eremo Monasterium, in quo habitarent, ædificavit. Propositum sibi habe-

habebat Vir Sanctus in Orientem commigrare; sed Rex a quibusdam de hac re monitus, Abbatem comprehendi jussit, & pedem ex Hispania efferre vetuit. Tandem S. Fructuosus Episcopus Dumiensis & deinde Bracarensis, ut diximus, ordinatus, Monachi mores & rigorem nunquam dimisit, & constructam a se Abbatiam Montellensem inter Civitates Dumiensem & Bracarensem sitam in locum Sepulchri sibi elegit. Sæculum VII A. C. 656.

§. XXIII.

S. Fructuosi Regula.

Habemus S. Fructuosi Regulam, quam Monasterio suo Complutensi dedit, Regulæ S. Benedicti valde propinquam. In ea conversos vocat, omnes illos, qui ad Monasterium veniebant, sub Regula militaturi. Est vero & alia Regula S. Fructuosi, quæ dicitur communis, verisimiliter ideo, quod in omnibus ejus Monasteriis observaretur. Hæc aliqua memoratu digna continet. Primo S. Vir duo Pseudo-Monasteriorum genera reprobat, nempe illa, quæ homines privati suo arbitrio erigebant; non nulli enim se ipsos ruri in ædibus suis includentes cum uxoribus suis, liberis, vicinis, & servis jurejurando etiam se obstringebant, omnia communia habituros, sed sine Regula & sine Præposito. Homines erant avaritiæ *Cod. Reg. to. 2. p. 230. c. 21. 22. p. 250.*

§. 1.

Sæculum VII A. C. 656.

avaritiæ dediti, qui non modo eleemosynam nemini dabant, sed etiam sub specie paupertatis aliis sua eripiebant. Rixas præterea amabant, & sæpe propinquos amicosque in auxilium vocabant, ut arreptis armis contra Adversarios se tuerentur. Deinde Presbyteros reperire erat, qui ut opinionem Sanctitatis sibi apud populum pararent, seu ut Decimas, ceterosque reditus conservarent, se ipsos quasi Monasteriorum Præpositos, nunquam ad vitam Monasticam initiati constituebant, & omnes fugitivos ex Monasteriis, in quibus Disciplina vigebat, porrectis brachiis excipiebant.

c. 2.

In Regula communi S. Fructuosi docetur modus regendi homines diversæ conditionis, qui in ejus Monasteriis versabantur. Qui cum uxore & parvulis suscipi petebat, admittebatur ea conditione, ut omnes imperata facerent. Infantibus adhuc parvulis permittebatur, dum peterent, cum patre aut cum matre esse; sed postquam ad ætatem rationis capacem perveniissent, Regulam docebantur, & mittebantur ad Monasterium, in quo iis, utpote oblatis a parentibus, perseverandum erat. Ad eos erudiendos deligebatur Magister, qui ab omni alio munere absolvebatur, ut liberius pueris instruendis vacaret, & alimentis eorum provideret. Illis, qui jam

c. 6.

c. 8.

senes

senes Monasterium ingrediebantur, sin- Sæculum VII
gularis cura adhibebatur, ut necessaria A. C. 658.
quidem præberentur, nec tamen perversi eorum habitus foverentur, sed ad seriam pœnitentiam agendam juvarentur.
Magno rigori subjiciebantur, qui, antequam converterentur, fœdis flagitiis se polluerant. Initium faciebant a Confessione omnium peccatorum totius vitæ; tum pœnitentiam Canonicam subire, & vitam magis asperam, quam ceteri de Congregatione, ducere compellebantur. *c.* 19.
Sollicite cavetur, ut Monasteria virorum a Monasteriis Virginum sint separata. Præscribuntur servanda, si viri fœminas invisant, aut quacunque demum occasione viris mulieres occurrerent. *c.* 15. 16. 17.
Omnes Fratres die Dominico ad Missam conveniebant, alter alteri reconciliabatur, & quisque suos errores emendare satagebat. *c.* 13.
Hæc Monasteria habebant ovium greges, unde infantium & senum infirmitatem sublevarent, captivos redimerent, & hospites susciperent. Monachorum aliquis pastoribus præerat. *c.* 9.

In fine Regulæ legitur Formula Professionis Monachorum numero plurali concepta, & in exordio Fidei Confessionem exhibens. S. Fructuosus, cujus memoriam Ecclesia 16. Aprilis honorat, usque ad annum circiter 670. superstes *Mart. Rom.* 16. *Apr.*

Sæculum VII A. C. 658.

fuit, primo in ſuo Monaſterio Montelenſi ſepultus, & deinde Compoſtellam translatus.

§. XXIV.

S. Eugenius Toletanus.

Sanctus Eugenius Toletanus haud diu poſt memoratum Concilium migravit e corpore anno 657, Receſuinti Regis nono. Is Clericis Eccleſiæ Regalis, ſive Cathedralis Toletana ea fuerit, ſive Oratorium Regis, adſcriptus, poſtea amore vitæ Monaſticæ captus Cæſarauguſtam aufugit, ubi a Sepulchris Martyrum avelli nolens Monachi habitum in Abbatia Sanctæ Engratiæ accepit; verum jubente Chindaſuinto Rege inde vi extractus, defuncto altero Eugenio anno 646. Archiepiſcopus Toletanus ordinatur. S. Eugenius erat corpore parvus, & infirma valetudine, ſed magno zelo. Cantum, & Officia Eccleſiaſtica reformavit. Scripſit Tractatum de Trinitate, ut conjicere eſt, ut Arianos exiguo numero reſiduos confutaret, & duos Libellos, alterum ſtylo ligato & diverſis metris, alterum ſoluto. Opus Dracontii de Creatione Mundi emendavit, & auxit. Ceterum Cathedram Toletanam annis circiter duodecim tenuit & in S. Leocadiæ Eccleſia ſepultus eſt. Eccleſia ejus Memoriam colit decimo tertio Novem-

Ildef. de illuſt. c. ult.

Mart. Rom. 13. Nov.

Novembris. Succeſſorem habuit S. Il- Sæculum VII
dephonſum, antea Abbatem Agalienſem, A.C. 658.
qui annis novem ſedit.

§. XXV.

Eugenii Papæ obitus. Vitalianus.

Eugenius Papa ſecundo die Junii anno 658. mortuus eſt, poſtquam S. Sedem tenuiſſet annis duobus, octo menſibus, & diebus viginti quatuor; atque ad S. Petrum ſepultus eſt. A lenitate animi & munificentia laudatur. Epiſcopos in diverſa loca viginti & unum ordinavit. Ipſo defuncto vacavit Sedes menſes ferme duos, & ultimo die Julii electus eſt Vitalianus, filius Anaſtaſii Signiæ in Campania natus, qui annis quatuordecim & dimidio Romanam rexit Eccleſiam. *Sup. n. 18.* *Anaſt. v. Coint. an. 658. n. 9. Mabill. Præf. to. 2. Act. n. 63.*

Is pro more per Legatos Epiſtolam Synodicam Conſtantinopolim miſit, qua Conſtantem Imperatorem & Petrum Patriarcham de ſua Ordinatione certiores reddebat. Accepta Epiſtola Imperator Eccleſiæ Privilegia confirmavit, & per manus Legatorum Pontificiorum S. Petro donum miſit Librum Evangeliorum aureum, gemmis pretioſiſſimis & miræ magnitudinis ſplendidum. (*) Ex Reſponſoria Patriarchæ ad Papam videri *Anaſt. in Vital.*

(*) Necdum Eccleſiæ Romana & Conſtantinopolitana Schiſma aperte profitebantur.

Sæculum VII A. C. 658.

poterat utrumque esse animo conjunctissimum, nisi immiscuisset plures ex Patribus Textus non satis fideliter & mutatis verbis, eo consilio, ut unam Voluntatem & Operationem in JEsu Christo propugnaret.

Conc. 6. Act. 13. 4. p. 691.

§. XXV.

S. Eligii Obitus.

Mart. Rom. 1. Dec. Sup. Lib. XXXVIII. §. 33. Aud. Lib. II. vit. c. 33. 34. Aud. c. 35.

In Francia S. Eligius anno 659. primo Decembris, quo die Ecclesia ejus memoriam celebrat, obiisse creditur, Septuagenario major, & annorum ferme viginti Episcopus. Pridie quam moreretur, convocatis servulis & Discipulis, singulis valedixit, & cuilibet optima Monasteria, quo se reciperet, indicavit. Accepto nuncio de S. Viri periculo Batildis Regina cum Liberis suis, Proceribus, & magno comitatu Parisiis profecta postero mane, cum nocte præcedente obiisset, ad locum pervenit, & afflictissima, quod vivum habere non posset, lacrymis large fluentibus ad Defuncti corpus cucurrit, jubens, omnia ad eum in Monasterium suum Cellense transferendum præparari. Aliis videbatur, satius fore, si Parisios deportaretur; at fortiter resistebant Noviodunenses, effeceruntque, ut Pastoris sui Corpus retinere liceret.

Bibl. PP. to. 2. p. 731.

S. Eligius sæpe e Cathedra ad populum dicere solebat; hinc supersunt Homiliæ

miliæ sexdecim, ipsius Nomen præfixum habentes, de quarum Auctore Critici dubitant, etsi non sint contemnendæ, & utilissima antiquæ Disciplinæ vestigia ostendant. Verum de Compendio Doctrinæ S. Eligii, quod S. Audoënus in ejus vita nobis conservavit, & quod etiam inter Opera S. Augustini reperitur, non est dubitandi locus. Hic Liber rectam Catholicorum conversationem stylo simplici, sed ex quo zelum pium, & amoris paterni teneritudinem videas, explicat, siquidem plurima excerpta sunt ex S. Cæsarii sermonibus, quibus, ut diximus, Episcopi frequentissime utebantur. In eo S. Eligius omnes Idololatriæ reliquias damnat, consulere Ariolos & Magos, sternutationes observare, cantum avium, vel diem, qua quis domo egreditur, & redit. Larvatorum convivia primo die Januarii celebrari solita, saltationes & cantilenas ad S. Joannis aliorumque Sanctorum Festa, prohibet. Item ne falsorum Deorum Nomina, Neptuni, Orci seu Plutonis, Dianæ, Herculis, Minervæ, Genii invocentur. Ne dies Jovis huic Deo sacer habeatur, nec unquam dies alius quam Dominicus, aut Festa Sanctorum, celebrentur. Non accendantur cerei, aut vota reddantur Fanis, lapidibus, fontibus, arboribus, vel triviis. Non alligentur collis mulierum

Sæculum VII A.C. 658.

Lib.2.to.6.p. 266.de rect. Cath. conversſ.

Lib.XXXI. n. 2. n. 5. v. Coint. an. 659.n.21.&c.

Sæculum VII A. C. 658.

vel animalium ſuperſtitioſa vincula, etſi ea Clerici adhibitis Scripturæ verbis paraverint. Prohibentur clamores durante Lunæ Eclipſi. Nec Sol nomine Domini, nec Luna Dominæ ſalutentur. Nec per Solis aut Lunæ nomen juratur. Nemo Fatis, Fortunæ, Horoſcopo, aliisque ejusdem farinæ Superſtitionibus fidem adhibeat.

Conjectura eſt, Superſtitionis vitium maxime in Belgii populis Neophytis necdum fuiſſe extirpatum.

Aud. c. 39.

S. Eligius non ſolum ante ſed etiam poſt mortem miraculis claruit. Illico poſt obitum cuidam Viro, Aulico, noctu conſpicuus præcepit, ut ſine cunctatione ad Batildem Reginam ſe conferret, & moneret, ut amore JEſu Chriſti cultum auro gemmisque pretioſum, quo adhuc dum nitebat, abjiceret. Illum, cum viſum contemneret, & S. Eligius ei ter fruſtra apparuiſſet, febri ſontica correptum, Regina, quæ ægrotantes inviſere conſueverat, adiit, & morbi cauſam exquiſivit. Narravit æger, quid vidiſſet, & quid ſibi fuiſſet præceptum; & ecce! protinus ſanatus eſt. Regina ſine mora obediit, &, nihil niſi armillas aureas ſervans, omnia dedit pauperibus. Gemmas quoque non nullas ſingularis artificii retinuit, quibus in formam crucis concinnatis S. Eligii caput ornavit. Præterea

ex

ex auro & argento illius figuræ umbellam, quas *Repa* vocabant, elaborari curavit, supra Sancti sepulchrum ponendam, dicens, æquum esse, ut illius sepulchrum ornaretur, cui tantopere cordi fuisset, Sanctorum sepulchra decorare. Optimates, Reginæ exemplum secuti, magnam auri gemmarumque vim obtulerunt. Quia vero hujus Sepulchri maximus erat splendor, tempore Quadragesimæ linteo serico, acu phrygia picto, tegebatur. Et ecce! post paucos dies adverterunt, hoc linteum quemdam liquorem stillare, quo deinde in præparatum vas expresso, multi ægroti, quibus adhibebatur, sanitatem recuperarunt. Hic dispicimus, morem fuisse, ut in diebus pœnitentiæ, illa decora, quæ in Ecclesiis maxime fulgebant, velarentur.

Sæculum VII
A. C. 658.
v. Cang. Gloss.
S. Eligius.

Illa tempestate Batildis Regina, Clodoveo II. Rege, Conjuge ejus anno 656. postquam regnasset annis octodecim & tantum viginti & uno luce fruitus fuisset, mortuo, Regnum moderabatur. Clodoveo extincto reliqui Reges Franciæ hujus primæ stirpis, cum præcipuam Auctoritatis partem in Palatii Magistris esse sinerent, vix ipsi regnasse dici possunt; hinc Reges segnes appellati. Clodoveus Regno suo, mortuo Fratre Sigeberto III. qui anno 654. primo Febr. oppetiit, Austrasiam junxit.

Cont. 1. Fredeg. n. 91.

Sæculum VII A C. 658

Sigebertus, Metis sepultus, ob insignem Pietatem inter Sanctos colitur. Præter alios sæpe consilio usus est S. Cuniberti Episcopi Colonienſis, qui, postquam hanc Ecclesiam annos quadraginta rexisset, anno 664. secundo Nov. obiit. Clodoveus vero ad S. Dionysium in Francia sepultus est.

Boll. 1. Febr. to. 3. p. 206.

Mart. Rom. 12. Nov.

§. XXVII.

Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum.

Clodoveus triennio prius quam diem oppeteret, Monasterio S. Dionysii Privilegium concesserat, hodieque in Scriptura Originali super Papyrum Ægyptiacam ibidem asservatum, cujus literæ, stylus, orthographia illius Sæculi barbariem produnt. In eo dicit Rex, se rogante Landrinum Episcopum Parisiensem huic Monasterio Privilegium dedisse, quo Monachi tranquillius Dei Beneficia deprecari possint. Hinc prohibet, ne quis Episcopus vel alius aliquam partem fundorum, vel Servos Monasterii etiam Titulo permutationis sine Congregationis consensu, & Regis licentia acquirere valeat. Non liceat auferre Calices, Cruces, Altaris ornamenta, libros, aut quidquam aliud de supellectile, & in urbem distrahere; econtra Monachi teneantur Psalmodiam perpetuam diu

Mabil. Dipl. l. V. tab. 17. & l. VI. n. 7.

diu noctuque celebrare, eo modo, quo tempore Dagoberti Regis fuit instituta, & in Monasterio Agaliensi ad S. Mauritium peragitur. Huic Privilegio subscripsit Rex, Beroaldus ejus Referendarius seu Cancellarius, & viginti quatuor Episcopi, quos inter nobis magis noti sunt sequentes, Aunemundus Lugdunensis, Chaoaldus Viennensis, Rauracus Nivernensis, Etherius Embrodunensis, S. Eligius Noviodunensis, Rigobertus Turonensis, S. Landrinus Parisiensis, Wulfolandus Bituricensis, Palladius Antissiodorensis, Clarus Gratianopolitanus, Armentarius Senonensis. Tum visuntur nomina multorum Optimatum, & Ministrorum Regis, quos inter est Ebroinus postea Palatii Magister. Dies appositus est Clicovii decimo Cal. Jul. anno Clodovei regnantis sexto, id est, vigesimo secundo Jun. anno 653. Ex his dispicitur, magnum numerum Episcoporum & Optimatum ex toto Regno adfuisse; hinc etiam Conventus iste Conciliis accensetur.

Sæculum VII
A. C. 658.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 15.

Tom. VI. Conc. p. 489.

§. XXVIII.

Marculfi Formulæ.

Concordia hujus Privilegii cum illo, quod Marculfus refert, confirmat communem opinionem existimantium, eum illa ætate extitisse, & Episcopum

Sæculum VII A. C. 658.

Landrinum, cui Librum suum inscripsit, fuisse Parisiensem. Marculfus, Monachus septuagenario major, jussu hujus Episcopi Collectionem Actorum frequentissimorum pro more loci, ubi commorabatur, concinnavit, easque Formulas in duos Libros divisit. Liber primus potissimum Chartas Regias, nempe Acta quæ e Palatio proficiscebantur, & alter Acta inter privatos in qualibet Regione, quæ tunc temporis dicebantur *Chartæ Pagenses*, complectitur. Ex hac Collectione multa de Antiquitatibus Ecclesiasticis licet discere.

Præf. Marculf.

In Formula prima refertur Privilegium cuidam Monasterio ab Episcopo Diœcesano datum, secundum exemplum Privilegiorum Lerinensium, Agaliensium, Luxovienſium, & multorum aliorum Monasteriorum in Franciæ Regno positorum. Episcopus promittit, se Monachos ordinaturum, quos Abbas & Congregatio sibi præsentaverint, ut functiones Ordinis intra Monasterium exerceant. Item se Altare benedicturum, & Monachis S. Chrisma, si petierint, missurum. Abbatem se iis daturum, quem elegerint; & gratis omnia. Episcopus, Archidiaconi, & ceteri Ecclesiæ Procuratores nullam aliam potestatem in Monasterium, & in Bona ad illud pertinentia, mobilia vel immobilia, aut in Oblationes

tiones Altaris habeant. Episcopus non nisi ad orandum ab Abbate & Monachis rogatus Monasterium ingrediatur, & completis Sanctis Mysteriis simplici Benedictione (id est frugali convivio) contentus recedat, ne Monachorum quietem turbet. Monachos secundum Regulam Abbas corripiat, si possit; si non possit, Episcopus provideat. In hoc Privilegio in pœnam transgressorum Excommunicatio trium annorum statuitur, eique multi Episcopi subscribere debebant. Ceterum ejusdem Privilegii finis fuit, potius Monachos a malorum Episcoporum vexationibus liberare, quam eos bonorum Jurisdictioni subtrahere; at nihilominus hæc ejusmodi Exemptionum origo est. Sæculum VII A. C. 658. *v. Coint. an. 652. n. 38. &c.*

Exemptionem Monasterii Lerinensis occasione tertii Concilii Arelatensis, in quo fuit confirmata, supra memoravi. *Sup. Lib. XXXIX. §. 19.*

Privilegium Agaliense non videtur esse certo authenticum, & Luxoviense hodie desideratur. S. Bertulfus tertius Abbas Bobiensis ab Honorio Papa Privilegium pro suo Monasterio obtinuit, hunc in finem, inquit Jonas, ne quis Episcopus in eo dominari posset. Post Privilegium Episcopi Marculfus posuit Regis Confirmationem, qua potissimum prohibetur, ne quis Bona Monasterii invadat, sicut in Charta Clodovei II. *Gall. Chr. tom. 4. Marculfus. vit. S. Bert. n. 7. t. 2. Act. Ben. p. 161.*

S. Dio-

Sæculum VII A. C. 658.

S. Dionyſio oblata vidimus. In Formula tertia Rex alicui Eccleſiæ immunitatem concedit. Omnibus Judicibus prohibetur, ne locum quemcunque ad Ditionem hujus Eccleſiæ pertinentem ingrediantur, ut ibi Partes litigantes audiant, aut pecunias mulctæ nomine exigant. Non habeant jus petendi diverſorium, vel alimenta. Nihil denique ab illorum fundorum Colonis tanquam ſibi debitum extorqueant, ſed hæc omnia jura Rex Eccleſiæ donat.

v. Privil. to. 4. Ital. Sacr. Lib. 1. c. 2. c. 3.

In his Formulis Acta tria occurrunt, ad Ordinationem Epiſcoporum pertinentia. Primo legitur Mandatum ſeu Præceptum, ita enim vocabatur, quo Rex Metropolitæ denunciabat, ſe, poſtquam percepiſſet, hunc vel illum Epiſcopum obiiſſe, ex conſilio Epiſcoporum & Optimatum decreviſſe, Defuncto hunc vel iſtum Succeſſorem dare. *Itaque*, ſubjungitur, *præcipimus tibi, ut cum aliis Epiſcopis, quibus Epiſtolæ noſtræ redditæ fuerint, hunc ſecundum Canones conſecres.* Sequitur alia Epiſtola, quæ ad aliquem Epiſcopum illius Provinciæ data videtur. Tandem adjecta eſt Epiſtola ſupplex Civium Urbis Epiſcopalis, in qua a Rege petunt, ut ſibi Virum hunc, cujus probitas ipſis perſpecta eſt, Epiſcopum det. Unde videmus, electionem vel ſaltem conſenſum populi fuiſſe

fuisse expectatum; duo præcedentia vero explicari possunt de Regis consensu, si quis ea Synodo Parisiensi sub S. Germano celebratæ, & tot aliis, in quibus Electionum libertati consulitur, concilia- §. 58.
re velit; vel dicendum erit, has Formulas non tam ea quæ juris, quam quæ facti essent, & quorum usus etiam contra Canones vigebat, referre. Sæculum VII A.C. 658. *Sup. Lib. XXXIII.*

Id quoque in Marculfi libris legimus, homini libero necessariam fuisse Regis licentiam ad suscipiendos ordines, quod etiam in Concilio Aurelianensi primo statutum. Nec solum requiritur, ut sit liber, sed etiam ne in Commentarium seu Indicem publicum illorum relatus sit, qui ad reddendum Censum obligabantur; tunc demum ei facultas datur, sibi capillos abscindendi, ut huic Ecclesiæ vel Monasterio serviat. Episcopus accusatus, quod res alienas retineat, a Rege jubetur restituere, aut sive per se sive per Legatum venire & Rege præsente causam dicere. Si eadem querela contra Abbatem vel Clericum moveatur, Rex Episcopo præcipit, ut eum ad comparendum & rationem in Regia reddendam compellat. c. 19. *Conc. Aurel. I. c. 6. Sup. L. XXXI. §. 8.* Formulæ Marculfi. c. 26. c. 27.

Marito & Uxori, qui agrum Ecclesiæ donaverant, Episcopus Usumfructum concedit, & etiam illi parti quæ una defuncta superstes fuerit. Hæc postulatio *Lib. II. c. 5.* c. 40.

Pre-

Sæculum VII A.C. 658.

Precaria & Conceſſio Epiſcopi *Præſtaria* dicebatur, & debebat de quinquennio in quinquennium renovari.

c. 37. 38. Donationes Eccleſiis factæ, ſicut aliæ, inſinuandæ erant, & hujus inſinuationis Formulam ſecundum Legem Romanam hic legimus. Mos erat, ut Epiſcopi in præcipuis Feſtis, qualia ſunt Paſcha & Dies Domini Natalis, aliis Epiſcopis, Regibus, aut amicis ſuis Eulogias, nempe panem a ſe benedictum aut aliud munuſculum, mitterent, & hic Marculfus formulam Epiſtolarum, quæ addebantur, refert. Tandem leguntur etiam exempla litterarum commendatitiarum, quas Epiſcopi illis dare ſolebant, quos in locum valde remotum mittebant, item Romam vel alio peregrinaturis. Juncta eſt Epiſtola commendatitia ad Abbatem, ſi quis in ejus Monaſterium ſuſcipi exoptaret. Hæc mihi in Formulis Marculfi memoratu digna viſa fuere, & ex hoc exemplo obſervo, jam exinde Monachos ad negotia temporalia fuiſſe adhibitos, ſaltem ad deſcribenda Acta, nam pleræque iſtarum Formularum ad res ſæculares ſpectant. Ideo ſcilicet Monachorum opera erat neceſſaria, quod ejusmodi obſequia ab ignorantia Laicorum, quorum plerique vel Barbari erant vel Servi, expectari non poſſent. Ex eo tempore nimirum circa annum 660. magnus

c. 42. 43. 44. 45.

c. 46. 47. 49. 50. 51.

c. 48.

gnus tepor in Ecclesias Franciæ irrepsit; quippe per annos plusquam octoginta nullum ferme Concilium celebratum, & Archiepiscopi non eo, quo par fuisset, fervore, ad conservandam & removendam Disciplinam sua Auctoritate usi sunt. Sæculum VII A. C. 658. *Epist. Bonif. ad Zach. c. 2. to. 6. conc. p.* 1495.

§. XXIX.

S. Batildis.

Cum Clodoveus II. Rex Francorum tres filios parvulos Clotarium, Childericum, & Theodoricum reliquisset, Franci Clotarium, natu majorem, Regem salutarunt; Batildis vero Regina Mater Rerum habenas capessens Erchinoaldum Magistrum Palatii & quosdam alios Episcopos, quos inter S. Eligius, S. Audoënus, S. Leodegarius Augustodunensis, & Crodebertus Parisiensis numerabantur, ad Consilium adhibuit. *Fredeg. Cont. 1. n. 92. vit. S. Bat. to. 2. Act. Ben. p. 775.*

Batildis, seu, ut tunc vocabatur, Baldechildis, olim in Francia tanquam mancipium, etsi ex Regali genere apud Anglo-Saxones nata esset, venumdata, usque adeo Erchinoaldo Domino suo placuit, ut eam in triclinio sibi ministrare, & bibituro poculum propinare jusserit. Uxore deinde defuncta, Batildem secundo conjugio sibi jungere volebat; at illa solertissime sese occultans elusit amantem. Postquam Regi nupsit, & honoribus

Sæculum VII A. C. 658.

ribus Reginæ exhiberi solitis coli cœpit, suam potestatem ad beneficia cunctis hominibus præstanda impendit. Episcopos, Monachos, pauperes amabat, ejusque eleemosynis Rex Genesium tunc Abbatem & postea Archiepiscopum Lugdunensem præfecit. Rege Conjuge vita functo, Sanctorum Episcoporum consilio impulsa, animum adjecit ad reprimendam Simoniam, quod vitium late serpebat, & populos liberandos ab exactionibus, quibus oppressi non nulli privati ad tantam desperationem adigebantur, ut propriam sobolem persuaderent.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 27.

vit. S. Bertil. c. 4. to. 3. Act. Ben. p. 23.

S. Batildis duo Monasteria fundavit celeberrima Cellas & Corbejam. Prima quidem fundamenta Monasterii Celensis, ad Matronam in Diœcesi Parisiensi positi, S. Clotildis jecerat, quod olim Regum Palatium fuerat. Illud deinde multis ædificiis auxit S. Batildis, eo se receptura, quando Clotarius Rex perætatem suo arbitrio regnare posset. Omnibus præparatis a S. Techilde Abbatissa Juvarensi Virgines petiit, quæ in nova Domo cum Bertilla, exploratæ sibi virtutis Virgine, præessent. Erat Bertilla Virgo nobilis in Territorio Suessionensi nata, quæ impellente S. Audoëno Deo consecrata & Monasterium Juvarense ingressa, Abbatissam in difficili munere suis consiliis juvabat. Igitur hæc prima

prima Monasterii Cellensis Abbatissa fuit, atque annis quadraginta sex rexit hanc domum, cujus Fundatio ad annum 656. refertur. S. Batildis fama multas Moniales non e vicinia modo, sed etiam ex Regione ultramarina, nempe ex Anglia, attraxit, fuitque Monasterium duplex, nam præter Virginum Congregationem, scilicet principalem, etiam Monachi aderant. Sæculum VII A. C. 658.

Monasterium Corbejense quoque ad Sommonam in Diœcesi Ambianensi olim Domus Regia fuerat, atque anno circiter 657. fundatum creditur. Primum Abbatem habuit Theodesridum antea Monachum Luxovienſem, & deinde Episcopum. Huic Monasterio Clotarius Rex & Regina Mater non solum agrum Corbejensem, sed plures alios numero decem, atque Silvæ Vigonienſis partem cum immunitate, quæ in Formulis Marculfi memoratur, concesserunt. Bertefridus etiam, Episcopus Ambianensis, eidem Monasterio Privilegium impertitus est, illis Formulis consentaneum anno Clotarii septimo, nempe anno 662. datum, cui Episcopi sex subscripserunt. *tom. 2. Act. B. p. 1039.* *to. 6. Conc. p. 525.*

S. Batildis Privilegia similia pluribus aliis Monasteriis, speciatim S. Dionysii, S. Germani, S. Medardi, S. Petri, S. Aniani, & S. Martini, concedi curavit, ut Disciplinæ Regulari consuleret. Tenera *vit. n. 9.* S. Batildis.

Sæculum VII A. C. 658.

commiseratione in Captivos mota vetuit, lege per totam Franciam edita, ne extra Regni terminos mitterentur. Ipsa magnum numerum redemit, multosque, præsertim suæ Nationis homines juvit, ut in Monasteria susciperentur. Sæpe Romam usque Ecclesiis S. Petri, & S. Pauli dona, atque Romanis egestate pressis eleemosynas transmisit. Cum Childericus filius ejus secundo genitus anno 660. Rex Austrasiæ a Francis fuisset proclamatus, & paulo post Clotarius Rex Neustriæ & Burgundiæ annos pubertatis attigisset, secedendi propositum, quod diu ante conceperat, & cui Optimates Francorum semper adversati fuerant, executa est; nam tandem consenserunt, ut abiret, postquam Sigobrando Episcopo, ut credunt, Parisienſi, cujus fastum Proceres impatientissime ferebant, invita Regina mortem intulerant; unde conscii, quid meriti essent, mutatis subito animis ejus desiderium Monasterium ingrediendi approbarunt. Illa quidem territis ingratitudinem exprobravit, quippe eorum aliquos affectu materno educaverat, sed suadentibus mitiora Episcopis obtemperans, cunctis veniam, atque etiam reconciliati animi signa dedit. Ergo Monasterium Cellense ingressa circa annum 664. sub Abbatissa Bertilla inter vulgares moniales fuit, in culina serviens,

Fred. cont. 1. c. 93.
vit. S. Bat. n. 10.

viens, atque ad officia abjecta, quod non nunquam adhuc Regina fecerat, sese demittens. In hoc Instituto anno circiter 680. trigesimo Jan. quo die Parisienses ejus memoriam venerantur, vitam sanctissime clausit. Sæculum VII. A.C. 658. *Mart. Rom.* 21. *Jan.*

Præter illa dona, quæ S. Batildis in duo Monasteria a se fundata, profudit, plura alia munificentissime locupletavit. S. Filiberto, & Abbatiæ Jumegiensi vicinam Silvam, Legoberto Abbati, & Monasterio Corbionensi prope Carnutum, agrum, magnam vim auri & argenti, & proprium cingulum donavit. Plurima dona in Monasterium Fontanellense, Luxovienſe, & alia in Burgundia, Juvariense, Faræ Monasterium, & præcipue in Ecclesias & Monasteria Parisiorum contulit. *vit. c. 8.*

§. XXX.

Monasteria Franciæ.

Plura alia Monasteria Clotario III. regnante in Francia fundata. Regi præ ceteris in amoribus fuit Dynasta nomine Vaningius seu Varingonius, cui Præfecturam Caletensem dedit, quia venatione in illius Regionis Silvis admodum delectabatur. Vaningius in illo nemore Monasterium Fecanense, consentiente Rege & multa Beneficia conferente, fundavit. Virginibus fuit traditum, & pri- *Act. Ben. t.* 1. *p.* 971.

Sæculum VII. A. C. 658.

ma illud S. Hildemarchia rexit, quæ postquam aliquamdiu cuidam Monasterio in Burgundia præfuisset, Rothomagum veniens, S. Wandregisili Disciplinæ se subjecerat. Hæc igitur S. Audoëni consensu novello Monasterio præficitur, quo trecentæ sexaginta sex Moniales congregatæ, Officium Divinum perpetuo cantantes. Mortuo Erchinoaldo Franci Dignitatem Majoris Domus sub Rege Clotario Ebroino dederunt, qui cum uxore Leutrude & filio Bovone Monasterium Dominæ Nostræ Suessione fundavit, ubi deinde Episcopi Drausini seu Drausionis cura magna puellarum Congregatio extitit. Prima Abbatissa fuit Etheria, ex Monasterio Juvariensi evocata.

p. 542.

Fredeg cont. c. 91.

Hist. N. D. Suess. Vita S. Drausc. c. 2. *Boll. to.* 6. *p.* 408.

Landelinum ex nobili Francorum familia in Territorio Cameracensi natum parentes S. Auberto Episcopo suo & pueri Patrino, litteris imbuendum tradiderant; sed cum ad ætatem pervenisset ordinibus suscipiendis aptam, & S. Præsul eum Tonsura Clericali initiare vellet, juvenis ab aliquibus propinquorum suorum ab illo proposito abstractus, relicto Monasterio in tantam vitæ licentiam ruit, ut cædibus & latrociniis se se polluueret. Postea vero subita socii morte commotus se convertit, ad S. Aubertum venit, & ad ejus genua provolutus pœnitentiam petiit. S. Episcopus Landelinum

Act. to. 2. *p.* 873.

S. Landelinus.

num in Monasterium inclusit, eumque ibi in habitu sæculari commorari jussit; postquam vero peccata sua longo tempore expiasset, statuens Sæculo valedicere, Tonsuram expetiit, quam S. Aubertus libenter dedit. Sæculum VII A. C. 658.

Post hæc Landelinum Romam profectum, & inde reversum S. Episcopus Diaconum ordinavit. Inde dispicimus, jam tunc antiquam Disciplinam non fuisse observatam, ut ab Ordinibus arcerentur, qui post Baptismum graviorum criminum reos se feciſſent. Imo Landelinus etiam ad Presbyteratum promotus ad Prædicationem Verbi Divini incubuit, & impetrata S. Episcopi licentia fundavit ad Sabim celeberrimum Monasterium tunc Laubacum, & posterioribus temporibus Lobesium dictum, quod S. Ursmarus ejus Discipulus perfecit. Hæc Fundatio ad annum circiter 654. refertur. S. Landelinus fundatis in eadem Regione tribus aliis Monasteriis anno 686. decimo quinto Junii; quo die Ecclesia ejus memoriam colit, mortalitatem exuit. *Mart. Rom. 15. Jun.*

Sub idem tempus S. Guilanus, S. Amandi Discipulus, S. Auberti consensu accedente fundavit Monasterium, ab ejus Nomine dictum, cujus Ecclesiam hi duo Præsules dedicarunt. Iisdem impellentibus factum, quod Optimatum aliquis, nomine Maldegarius, & cognomento

Sæculum VII A. C. 658. p. 672.

Vincentius, relicta Uxore Valdetrude, Regis Consanguinea, in Monasterio Altomontensi a se fundato sub Regula S. Monachi Habitum induerit. Haud multo post tempore Valdetrudis quoque relicto Mundo, eodem S. Guilano Auctore, in montem se recepit, qui dicebatur Castri locus, quia olim Romani ibi castra metati fuerant, ibique Monasterium Mulierum fundavit, cujus originem ad annum circiter 656. referunt.

Hoc Monasterium Civitatis Montium, Hannoniæ Metropolis, principium fuit. S. Aldegundis Valdetrudis Soror illius hortatu animata, servata Virginitate, cum oblatas clarorum virorum nuptias, sæpius repulisset, in Silvam illius Regionis *Melbode* dictam se abdidit, ubi velamine Monastico e manibus S. Amandi & S. Auberti accepto duplex Monasterium virorum fœminarumque fundavit, unde sequentibus temporibus urbs Malobodium ad Sabim originem duxit. Ecclesia S. Aldegundis memoriam trigesimo Januarii celebrat.

Mart. Rom. 30. *Jan.*

Eodem tempore in Francia vitam degebant duo Anachoretæ celebratissimi S. Jodocus, & S. Fiacrius. S. Jodocus Frater Judicaelis, Regis Minoris Britanniæ, & Francorum Clientis, respuit oblatum sibi Regnum a Fratre Sæculum relicturo. Judicael nihilominus in Monasterio

Fredeg. c. 78. Act. to. 2. p. 565.

nasterio S. Joannis de *Gael*, & hodie de *S. Meen* dicto, Cucullum induit, & sancto fine quievit. Jodocum multas Franciæ Civitates peragrantem in Territorio Pontivensi Dux quidam, nomine Haymonius, distinuit, & sui Oratorii Presbyterum ordinari curavit, ubi ministravit annis septem. Tum ad Deserta confugiens sæpe mutavit Sedem; at in loco ultimo Monasterium celebre, quod ejus Nomen gerit, fundatum est. Anno circiter 668. obiisse fertur, eumque Ecclesia 13. Dec. honorat. S. Fiacrius, a veteribus *Fevre* appellatus, Natione Scotus, id est, Hibernus, in Franciam delatus, in Diœcesi Meldensi substitit, ubi S. Faro, qui illius Gentis homines amabat, ei locum in Silvis, *Breuil* dictum, ad commorandum assignavit. Ibi constructo S. Virginis Oratorio, & ædificata domo, in quam hospites suscipiebat, multa patravit miracula, hodieque ejus Cellula peregrinationibus illorum, qui ulceribus affliguntur, celebratur. Obiit anno circiter 670. & Defuncti Reliquiæ in Ecclesia Cathedrali Meldensi asservantur. Ecclesia vero S. Fiacrii memoriam trigesimo Augusti colit.

Sæculum VII A. C. 658.

Mart. Rom. 13. *Dec.*

Act. to. 2. p. 598.

Mart. Rom. 30. *Aug.*

§. XXXI.

S. Maximi Obitus.

In Oriente cum S. Maximus & duo Anastasii

Sæculum VII A. C. 662.

ſtaſii illius Diſcipuli ad exilium in Regione Lazenſium fuiſſent damnati, octavo die Junii, Indictione quinta anno 662. illo pervenerunt, & ſtatim ſeparati ſunt. Imo paucula neceſſaria, quæ habebant, etiam filum & acus erepta.

Sup. n. 20.

Act. S. Maximi p. 67.

Quia S. Maximus equo uti non poterat, nec vehiculorum publicorum jactationem ferre, feretrum ex vimine contexendum fuit, quo, tanquam in lectulo, ad Arcem, quæ *Schemari* dicebatur, Alanorum Regioni propinquam devectus eſt. Duo Anaſtaſii primum in alias Arces incluſi; ſed paucis diebus elapſis iterum protrahuntur, & Anaſtaſius Monachus Sumam deducitur, cum vero vires omnes toleratis Conſtantinopoli tormentis, & itineris labore eſſent exhauſtæ, vigeſimo quarto Julii eodem anno 662. expiravit. S. Maximus ubi Arcem *Schemari* intravit, prædixit obitus ſui diem, qui dies Sabbati, decimus tertius Auguſti, Indictione quinta, eodem anno 662. fuit. Ejus memoria eodem die ab Eccleſia colitur.

Hypomneſt. n. 6.

Mart. Rom. 13. Aug.

Non exiguus numerus Librorum a S. Maximo conſcriptorum ab interitu vindicatus ad nos usque pervenit; ſunt vero aliqui Dogmatici & Theologici, aliqui Morales & pii. Occurrunt Reſponſa ad multas Scripturæ Quæſtiones; at, dum eas explicat, ſæpiſſime ad ſenſum

sum allegoricum convertitur, cumque ipse Scripta sua relegens adverteret, has Allegorias esse obscuras, addidit Scholia seu Commentarios, quos ad intelligendum Textum esse necessarios dicit. Tractatus ejus Morales in Articulos dividuntur, quorum alter alteri non connectitur. Theologiæ Partes principales elucubravit, Trinitatem in quinque Dialogis, qui olim S. Athanasii partus esse putabantur, & Incarnationem in omnibus aliis Operibus suis, præsertim in Quæstione de duabus Voluntatibus; quippe singulari Dei Providentia ad defendendum hunc Fidei Articulum missus fuisse videtur. In Disputatione adversus Pirrhum, S. Maximi in argumentando Methodum & sublimis scientiæ specimen vidimus.

Sæculum VII A. C. 662.

tom. 2. p. 381.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 36.

De iisdem Quæstionibus agit in Epistolis ad diversos directis & speciatim ad Maximum Presbyterum in Cypro. In aliqua Epistolarum ad hunc Presbyterum dicit, Byzantinos S. Martinum Papam vituperasse, quod in suis Epistolis Synodicis affirmaret, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. *Romani*, inquit S. Maximus, *afferunt Textus Patrum Latinorum & S. Cyrilli Alexandrini in ejus Commentario in S. Joannem, quibus demonstrant, se non affirmare, Filium*

tom. 2. p. 70.

Sæculum VII A. C. 562.

esse Principium Spiritus Sancti; (*) *sciunt enim, Patrem esse unicum Principium utriusque, Filii per Generationem, & Spiritus Sancti per Processionem; sed id solum volunt probare, quod Spiritus S. etiam a Filio procedat, & hac ratione Unitatem & inseparabilitatem Substantiæ stabilire.*

S. Maximus in Opera, quæ S. Dionysio Areopagitæ tribuebantur, commentatus est, nec de eorum Auctore dubitasse videtur. Porro Hierarchiæ Ecclesiasticæ S. Dionysii Exemplar imitatus, & eandem secutus Methodum, Mystagogiam suam scripsit, quæ est Allegorica explicatio Missæ, saltem ad hoc utilissima, ut de Quæstione facti possimus reddi certiores, & inspicere, an Liturgia Græca jam illis temporibus eadem, ac hodie, fuerit.

to. 2. p. 489.

§. XXXII.

Ali & Moavia Califæ.

Interim Musulmanni prospera Fortuna pugnabant. Cum Othmanus Califa odium

(*) Imo Filius est Principium Spiritus Sancti, quia Pater & Filius spirantes constituunt unum Principium Spirati seu Spiritus Sancti. Sed hæc S. Maximi ætate necdum tam clare a Doctoribus fuerant explicata, & sufficiebat credere, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere.

odium suorum in se concitasset, quod ærarii publici opes in Propinquos profunderet, Seditione in eum commota, Medinæ in Domo sua obsidetur, irrumpunt rebelles, Principem trucidant, & Alcoranus, quem circa pectus gerebat, ejus sanguine maculatur. Id factum anno Hegiræ 35. JEsu Christi 655. Othmanus annis duodecim regnaverat, & vitæ annum octogesimum secundum numerabat. Illico ejus inimici, *Ali*, filium *Abutalib*, propinquum & generum Mahometis Califam salutant. Illi vero, quibus mors Othmano illata non probabatur, contra *Ali* arma corripiunt, excitati ab Aicha Mahometis uxore, qua eidem olim nulla carior, & hinc Musulmannorum Mater vulgo appellabatur. Ergo bellum cruentum exortum est, & sæpius ferociter dimicatum. *Ali* Adversarios ducebat Moavia, qui jam diu in Syria imperabat, ab Abubecro anno Hegiræ decimo tertio, JEsu Christi 634. illuc missus. Tandem Ali & Moavia anno 660. Hegiræ 40. pacem inierunt, ea conditione, ut Ali in *Irac*, id est, in Arabia, & Oriente, Moavia autem in Syria & Occidente imperaret.

Sæculum VII A. C. 662.

Elmacin.

Theoph. an. 14. *Const. p.* 287.

Verum Ali eodem anno a quodam Cavaregiano occiditur. Hoc nomine vocati sunt illi Musulmanni Schismatici, qui ab Ali defecerunt, quamprimum cum Moavia

Sæculum VII A. C. 662.

Moavia de pacis conditionibus agere cœpit, quod nullatenus ferendum crederent, ut præcipuus Religionis suæ Articulus de Successione legitima posterorum ex Propheta genus ducentium, & Prærogativa illorum, quos *Imam* (id est Fideles) appellabant, contemneretur. Ali interfectus est, orationem peragens, annos natus circiter sexaginta, cum annos quinque, sed nunquam in pace, regnasset. Eum Sectatores sui tanquam Martyrem coluerunt, nam locus Sepulturæ ejus prope Cufam, qua Occidentem spectat, hodieque *Mesched-Ali*, Martyrium *Ali*, vocatur, atque Musulmannis frequentissimæ Peregrinationis terminus est. Imo Secta non temnenda reperitur, quæ hunc Ali ut Creaturam Dei post Mahometem perfectissimam, & solum legitimum ejus Successorem veneratur. Dicunt enim Abubecrum, Omarum, & Othmanum non nisi ipso connivente regnasse; at econtra Usurpatores impii ab ipsis habentur Moavia & omnes Califæ succedentes, & neminem legitimis *Imams*, nisi Ali, & Fatimæ Uxoris ejus posteros accensent. Hæc Secta hodie in Persia Dominatum obtinet.

Ali sublato, Filius ejus *Hacen* Cufæ Califa proclamatur; sed sex mensium solummodo Regnum fuit; nam anno sequente, Hegiræ quadragesimo primo,

JEsu

JEsu Christi 661., imperio cessit, illud relinquens Moaviæ, a quo nihilominus post octo annorum spatium veneno interemptus est. Ita Moavia, Filius *Abousophian*, quinquaginta quatuor circiter annorum vir solus Califa salutatur. Is, si initium ducatur a Mahomete, septimus, sed ex familia *Ommia*, primus, Regni sui Sedem elegit Damascum, Syriæ Caput, in qua Civitate jam annis viginti quatuor versabatur, & inde vastissimum Imperium, cujus termini erant Oceanus, Indiæ, fluvius *Balc* seu Gihon, qui apud veteres Oxus dicebatur, montes Armeniæ & Ciliciæ & Mare Mediterraneum, moderabatur.

Sæculum VII A. C. 662.

Moavia.

Jam anno Hegiræ 31. JEsu Christi 651. Isdegerdes, ultimus Persarum Rex, occisus, & istud Imperium deletum, postquam ab anno 226. JEsu Christi, quo *Ardchir* seu Artaxerxes Parthorum potentiam fregerat, stetisset. Cum Regno Persarum abolita fuit Religio Magorum, ignem adorantium, nam, qui Musulmannorum Religionem profiteri recusarunt, in Indias migrarunt, & adhuc hodie quosdam in illis Regnis reperire est, qui *Parsis* seu Persæ appellantur. Inde videmus, quod illa tempestate, qua peremptus est Othmanus, Musulmannorum Imperium totam Arabiam, Persiam, Corasanam, Diarbeziram, *Irac*, nempe apud veteres

Abulfar. p. 116.

Sup. Lib. V. §. 50.

Sæculum VII A. C. 663.

teres Mesopotamiam & Chaldæam, Syriam, Palæstinam, Ægyptum, & magnam Africæ partem fuerit complexum. Rapidissimum Victoriarum cursum bella quidem domestica aliquamdiu retardarunt, sed mox ubi pax rediit, & adhuc Moavia imperante, Musulmanni rursus victricia arma circumferre cœperunt. Anno Constantis 21. JEsu Christi 662. in Ditiones Romanorum penetrantes, abstractis multis captivorum millibus agros vastos desertosque effecerunt. Anno altero parte Siciliæ subacta Incolas ultro sequentes ad colendos Urbis Damasci agros transtulerunt.

Theoph. an. 21. 22. Const. p. 289.

Tot casus adversi haud dubie Constantem Imperatorem impulerint, ut urbem Constantinopolim fugere statueret. Fratrem habebat, nomine Theodosium, quem, cum ei aliquando irascceretur, Tonsura Clericali initiari, & a Patriarcha Paulo Diaconum ordinari jussit; exinde etiam de manu ejus, cum Sancta Mysteria peragerentur, Communionem Calicis accepit. Hic Constante jubente anno Regni ejus decimo octavo, JEsu Christi 659. interfectus est; at perpetrato facinore sæpe Frater Regi in somnio objiciebatur, Diaconi habitu calicem sanguine plenum sibi porrigens, & dicens: *Bibe Frater!* quo viso consternatus in Siciliam trajicere animo constituit.

Constans Parricida.

Bien-

Biennio inde elapso, nempe anno 661. uxore & tribus filiis Constantino, Tiberio, & Heraclio Constantinopoli relictis expeditam navem, quas *Dromones* græco nomine appellabant, conscendit & paulo provectus converso ad urbem Constantinopolim vultu expuit, extremam indignationem professus. Sæculum VII A. C. 663. *Theoph. an. 20. p. 289. & an. 27. p. 292.*

Enimvero oderant Constantinopolitani cives Constantem, quod Monothelita esset, quod Sanctum Martinum Papam & S. Maximum Orientis Doctorem occidisset, duos Anastasios, ejus Discipulos, & plures alios Catholicos persecutus fuisset. Quam ob rem ipse Sedem Imperii Romam transferre meditabatur, & eo consilio misit, qui uxorem & liberos accerserent, sed obstitere huic profectioni Byzantini.

§. XXXIII.

Constans Imperator Romæ.

Constans Tarentum appulsus, inde Neapolim movit, cumque Beneventum potestati Longobardorum eripere frustra tentasset, Romam iter ingreditur, quo quinto Julii die Mercurii, Indictione sexta, anno 663. pervenit. Vitalianus Papa cum omnibus Clericis usque ad sextum ab Urbe lapidem, seu duas Leucas obviam processerat. Eadem die Imperator ad Ecclesiam S. Petri se conferens, oravit, *Anast. in Vital. Paul. hist. Longob. Lib. V. c. 6. 7. & 6.*

Sæculum VII A.C. 663.

oravit, & donum obtulit. Die Sabbati ad S. Mariam ivit, obtulitque. Die Dominico ad S. Petrum proceſſit cum omnibus ſuis, & exierunt Clerici obviam cum cereis. Imperator obtulit Pallium auro textum, & celebrata eſt Miſſa. (*) Sequente Sabbato venit in ædes Lateranas, lavit ſe, & pranſus eſt. Die Dominico Statio fuit ad S. Petrum, & Miſſa celebrata Imperator & Papa ſibi invicem valedixerunt. Itaque Imperator, duodecim dies Romæ moratus, æs omne, quo Civitas decorabatur, atque etiam tegulas æreas S. Mariæ Martyrum, quæ Eccleſia olim *Pantheon* vocabatur, ablatum

(*) Si Conſtans Imperator in alterum S. Ambroſium incidiſſet, conjectura eſt, ipſum a S. Miſſæ Sacrificio, ab oblatione & ingreſſu ad Eccleſiam arcendum fuiſſe. Sed non inepte Palatius ad hunc locum ita diſſerit: *Admirantur non nulli nimiam Pontificis lenitatem tanta pompa Imperatorem excipientis, qui S. Martinum relegaverat, fratrem occiderat. Non ſic Cenſura exigebat Canonica. Ab Eccleſia potius arcendus erat, qui totum Orientem perfidia ſua ab Obedientia ſubtraxerat Orthodoxa.*

Sed hi non conſiderant opportunam Vitaliani diſpenſationem erga illum, qui Eccleſiæ reconciliatus apparere volebat, & cujus etiam ſola fictione, totius Orientis unio ſperabatur, quæ ſub ejus Filio Conſtantino accidit Pogonato.

tum Constantinopolim devehi jussit. Roma excedens die Lunæ, decimo septimo Julii, Neapolim reversus est, & inde Regium. Tum in Siciliam trajiciens Insulam attigit mense Sept. eodem anno 663. & Syracusis commoratus est. Sæculum VII A. C. 663.

§. XXXIV.

Ecclesia Anglicana.

Haud multo post hæc tempore Vitalianus Papa Epistolas Osuini Regis Nordhumbrorum accepit, cujus rei causam repetere expedit. Quæstio de celebrando Paschate in Anglia vehementer agitabatur; nam ex Regno Cantii, & ex Galliis advenæ affirmabant, Hibernos Pascha contra usum Ecclesiæ Universalis celebrare. Quidam nomine Romanus ceteris ferventius veram opinionem tuebatur, quia, licet esset Natione Hibernus, Ecclesiasticæ tamen Disciplinæ Regulas in Gallia & in Italia didicerat. Is contra Finanum Episcopum Lindisfarnensem disputans multis auscultantibus vel veritatem persuasit, vel saltem eos ad eam indagandam excitavit; Finanum vero, virum inflexibili ingenio, non tantum ad agnoscendam veritarem adducere non potuit, sed etiam exacerbavit, ita ut aperte bonæ causæ repugnaret. Jacobus, S. Paulini Diaconus, Archiepiscopus Eboracensis, Pascha illo die, quo *Beda III. hist. c. 9.*

Sæculum VII A. C. 663.

Ecclesia Catholica, cum multis ipsum hujus rei Auctorem sequentibus, celebrabat. Idem Regina Nordhumbrorum observabat, habens apud se Presbyterum illum Romanum, qui ex Cantio advenerat. Hinc sæpe accidebat, ut Pascha uno anno diversis temporibus celebraretur; quippe quando Regi erat Dies Paschæ, Regina Dominicam Palmarum agebat. Quamdiu S. Aidanus inter vivos fuit, viri ardens Charitas & præclaræ Virtutes effecerunt, ut hæc Rituum diversitas utrinque dissimularetur; sed mortuo Finano, qui S. Aidano successerat, Colmanus Episcopus Lindisfarnensis electus est, cumque etiam ipse ex Hibernia advenisset, quæstiones de Paschate & aliis Disciplinæ articulis denuo moveri cœperunt. Multos tanta dissensio terruit, metuentes, ne ideo nomen Christiani immerito gererent. Rex ipse Osuinus circa hanc quæstionem non solum ab uxore, sed etiam a filio Alfrido dissentiebat; nam Rex ab Hibernis eruditus est baptizatus, quorum etiam linguam addidicerat, nihil salubrius esse posse existimabat, quam quod ipsi docebant; at Princeps Regius a Wilfrido viro doctissimo, qui Disciplinæ Doctrinam Romæ & in Gallia hauserat, instructus, sibi persuasum habebat, illud, quod ipse a Magistris accepisset, omnibus Hiberno-

Sup. n. 12.

bernorum Traditionibus esse præferendum. Sæculum VII A. C. 663.

§. XXXV.

S. Wilfridi initia.

Wilfridus anno circiter 634. in Regione Nordhumbrorum natus, anno vitæ decimo quarto Monasterium Lindisfarnense adiit, nolens tamen se voto obstringere. At jam tunc deprehendit, Disciplinam Hibernorum in hoc Monasterio versantium esse imperfectam. Igitur illis consentientibus discessit, in Franciam & Italiam iturus, ubi disceret, quæ in celeberrimis Monasteriis observabantur. Ut suæ Devotioni & Pietati satisfaceret, itinere ad urbem suscepto, S. Petri Sedem invisit, sperans, se remissionem peccatorum suorum impetraturum; & inter primos ex Anglis habetur, qui ad hanc peregrinationem animum adjecerunt. Sed ante hæc omnia, cum primum e suo Monasterio discessisset, venit in Regnum Cantiorum, ubi Ritus Ecclesiæ Romanæ edoceri cœpit, didicitque Psalterium secundum antiquam versionem, cum illud antea secundum versionem S. Hieronymi didicisset. In illa Regione Wilfridus sibi socium adscivit juvenem nobilem, Popularem suum, nomine Biscop Baducing, & postea Benedictum cognominatum, aliquot annis se

Act. SS. Ben. to. 3. p. 170 &c. to. 5. p. 676. vit. per Eddium.

Bed. V. hist. c. 20.

Sæculum VII A.C. 663.

natu majorem, qui etiam Romam proficiſci animo conſtituerat. Tunc annus Chriſti quinquageſimus agebatur.

In Franciam delati Lugdunum pervenerunt, ubi Delfinus, alio nomine Annemundus, Wilfridi amore usque adeo captus eſt, ut juveni advenæ neptem ſuam conjugem dare, & eidem pinguem Præfecturam procurare vellet. At Wilfridus a propoſito ſe totum Deo conſecrandi dimoveri ſe non paſſus, ſuſceptum iter proſecutus eſt.

Romæ conciliavit ſibi amicitiam Bonifacii Archidiaconi, piiſſimi & doctiſſimi viri, cui Papa Auctore volupe fuit, Wilfridum juvenem, tanquam filium inſtruere. Igitur quatuor Evangelia ei explanavit, rationem inveniendi Diem Paſchalem contra errorem Britonum & Hibernorum, & plures alias Diſciplinæ Eccleſiaſticæ Regulas edocuit. Tandem in conſpectum Pontificis adduxit, qui juveni manuum impoſitione & oratione conſueta Benedictionem impertitus eſt. Wilfridus Roma abiens, & ferens ſecum Reliquias, Lugdunum ad Archiepiſcopum rediit, quem patris loco habebat.

Annis tribus ibi verſatus, & ex doctiſſimorum virorum conſortio plurimum in Scientiis proficiens, Tonſuram modo Romano in Coronæ formam a S. Epiſcopo Delfino accepit; cumque Vir Sanctus eundem

dem Hæredem ſuum ſcribere cogitaret, haud diu poſt Cabilloni ad Ararim, jubente Ebroino, ut creditur, anno 657. interfectus eſt. Sequebatur Archiepiſcopum Wilfridus ad locum ſupplicii, animo cum ipſo moriendi; ſed liber dimiſſus, poſtquam Patri ſuo ſpirituali juſta perſolviſſet, in Angliam multis Reliquiis onuſtus rediit. S. Delfinus ſeu Annemundus aut potius Hannemundus Lugduni honore Martyribus debito 29. Sept. colitur, & nomine Gallico Saint Chaumont notiſſimus eſt. Is Abbatiam Virginum S. Petri Lugduni fundavit.

Sæculum VII
A. C. 663.
S. Delfinus Martyr.
vid. Coint. an. 654. n. 14.

S. Wilfrido in Angliam reverſo, ad Alfridum Principem in Nordhumbria cum Rege Patre regnantem referunt, Roma adveniſſe Dei Servum, in Diſciplina Eccleſiæ S. Petri verſatiſſimum, qui certum celebrandi Paſchatis tempus doceret. Hunc ergo ad ſe accerſitum Alfridus tanquam Angelum excipit, genua flectit petitque benedictionem; tum, de variis Ritibus Eccleſiæ Romanæ interrogatum, in nomine Dei & S. Petri obteſtatus eſt, ut maneret, & ſe populumque ſuum informaret. S. Wilfrido conſentiente, ſuavi amicitiæ nexu juncti ſunt. Princeps S. Wilfrido dedit Monaſterium, quod *Ripe* ſeu *Repon* dicebatur, ejectis Monachis obſtinatis, qui Sedem mutare maluerunt, quam Hibernorum morem

Eddi c. 7.

Bed. III. c. 25.

Sæculum VII A. C. 664.

dimittere. Wilfridus ea, quæ a Principe munificentissimo accipiebat, largiter effundebat in egenos, eximiis virtutibus omnium animos rapiebat, & Prophetiæ dono præditus habebatur a cunctis.

Sub illud tempus Agilbertus Episcopus Saxonum Occidentalium ad Regem Osuinum & Alfridum Principem invisit. Hic Episcopus in Gallia natus, cum in Hiberniam navigasset, ut ibi Sacræ Scripturæ studio se dederet, & longo tempore ibi fuisset commoratus, postea in Saxoniam Occidentalem profectus Prædicationi Verbi Divini vacavit; ejus vero Doctrina & ingenium tantopere Regi placuerunt, ut eundem ad Sedem Episcopalem in illa Regione erigendam invitaverit. Itaque Agilbertus diutissime in illa Provincia permansit. Cum igitur in Nordhumbriam venisset, Princeps Wilfridi Abbatis merita apud eum commemoravit, rogavitque Episcopum, ut eum Presbyterum ordinaret, quo eum semper apud se retinere posset. Respondit Agilbertus, tam præclaræ virtutis virum mereri, ut ad Dignitatem Episcopalem eveheretur; sed ut desiderio Principis obtemperaret, eum Presbyterum in Monasterio Riponensi ordinavit. Talis fuit Wilfridus Abbas, cujus Auctoritate præcipue nixus Princeps Disciplinam

Eddi. c. 9. Bed. III. c. 7.

nam Romanam contra antiquas Hiber- Sæculum VII
norum consuetudines tuebatur. A. C. 664.

§. XXXVI.

Collatio de Paschate.

Ut Disputationi de Paschate tandem finis imponeretur, statutum, in Monasterio *Streneshal*, cui S. Hilda Abbatissa præerat, Colloquium instituere. Advenit Rex cum Principe Filio. Adfuerunt Episcopi tres, Colmanus, Agilbertus, & *Cedde*. Cum Colmano erant Clerici ejus Hiberni. Agilbertus socios adduxerat Presbyteros Agathonem, Romanum, & Wilfridum, & Jacobum Diaconum. *Cedde* Episcopus, ab Hibernis ordinatus ex eorum parte stabat, & eorum sermonem interpretabatur. S. Hilda cum sua Congregatione in eadem erat sententia. *Bed.* III. *hist* 6. 25. *Sup. n.* 3.

Itaque Rex Osuinus Collationis initium fecit, dicens; cum omnes eidem Domino servirent, & idem Regnum Cœleste expectarent, necessarium esse, ut omnes eandem vivendi normam, & easdem Cæremonias amplecterentur. Unum supereſſe Remedium, serio examinare, quæ Traditio magis veritate niteretur. Tum Colmano Episcopo suo præcepit, ut primus loqueretur. Ille, *a majoribus meis*, inquit, *qui me huc miserunt, consuetudinem accepi, quam servo. Om-*

Sæculum VII A. C. 664.

nes quoque Patres noſtri eam ſervarunt. Ne vero quis hunc morem temnendæ originis eſſe putet, legimus, eum obſervatum fuiſſe a S. Joanne Evangeliſta, dilecto Domini Diſcipulo, & ab omnibus, quas regebat, Eccleſiis. Illico Rex juſſit, ut Agilbertus reſponderet; at ille: *Rogo, ut Wilfrido Diſcipulo meo pro me loqui liceat. Melius, quam ego per interpretem, ipſe linguæ Anglorum gnarus opinionem noſtram explicabit.* Tunc igitur Wilfridus jubente Rege, loqui exorſus eſt in hunc modum: *Paſcha celebramus illo die, quo illud obſervari vidimus Romæ, ubi S. Petrus, & S. Paulus Apoſtoli fuerunt, docuerunt, martyrium paſſi, & ſepulti ſunt. Id ipſum vidimus obſervari in Gallia, quo trajecimus, ut ibi eruditemur. Id ipſum in Africa, Aſia, Ægypto, Græcia, & toto terrarum orbe, quo usque propagata eſt Eccleſia, non obſtante Nationum & Linguarum diverſitate obſervari ſcimus; ſoli Picti, & Britones, in aliqua ultimarum Oceani Inſularum parte poſiti, obſtinato animo contrarium agunt.*

Colmano conſtanter S. Joannis Auctoritatem opponente, Wilfridus reſpondit: *S. Joannes Legem Moyſis ad litteram obſervabat, quia Eccleſia adhuc dum in quibusdam articulis judaizabat, nec Apoſtoli poterant protinus rejicere omnes*

Legis

Sæculum VII
A. C. 664.

Legis Cæremonias, Deo Auctore introdu-
ctas. Hodie vero postquam lux Evange-
lii toti Mundo orta est, non amplius est
necessarium, nec Fidelibus licitum, cir-
cumcidi, aut Deo Sacrificia cruenta of-
ferre. Ergo S. Joannes, secundum Le-
gem, Paschа celebrare incipiebat vespere
diei decimi quarti mensis primi, nec ei
cura erat, an ille dies Sabbati vel alius
in septimana esset. At S. Petrus, Romæ
prædicans, & memor, Dominum Nostrum
Die Dominico resurrexisse, intellexit,
ita Paschа celebrari oportere, ut semper,
secundum Legem, Luna decima mensis
primi expectaretur, & vespere initium
fieret, quod S. Joannes observabat. Tunc
vero, si Dies sequens esset Dominicus, illo
ipso vespere Paschа celebrare incipiebat,
sicut hodieque solemus; si autem Dies Lu-
nam decimam quartam proxime sequens,
non esset Dies Dominicus, expectabat vi-
gesimam primam, & incipiebat celebra-
re Paschа vespere Sabbati præcedentis.
Hic mos in Asia post obitum S. Joannis
ab omnibus Successoribus ejus & a tota
Ecclesia Universali fuit observatus. Ex
Historia Ecclesiastica quoque discimus, a
Concilii Niceni Patribus fuisse declara-
tum; hoc esse verum Paschа, & solum,
quod Fideles observare deberent. Quod
non sic accipiendum, ac si Concilium rem
novam præcepisset, sed quod consuetudi-

v. Sup. L. III. n. 43. Lib. IV. n. 43. 44. L. XXI. n. 29. Aug. ep. 82. n. 15.

Quæstio de Paschate.

Sup. L. XI. §. 14.

Sæculum VII A. C. 664.

nem antiquam confirmaverit. Hinc satis liquido constat, vos nec S. Joannem, nec S. Petrum, nec Legem nec Evangelium sequi; nam S. Joannes Legi inhærens, Diem Dominicum non observabat, quod tamen vos facitis, & S. Petrus Pascha celebrabat a Luna decima quinta usque ad vigesimam primam, cum vos econtra illud celebretis a decima quarta usque ad vigesimam, sæpe incipientes vespere Lunæ decimæ tertiæ, quod nec in Lege nec in Evangelio præscribitur, & vigesimam primam penitus excluditis, quam expectari Lex præcipit.

Sup. L. VIII. *c.* 5.

Tum Colmano Auctoritatem doctissimi Anatolii, S. Columbani & Successorum ejus, qui miraculis claruerant, afferenti, Wilfridus respondit: *Quid nobis objicitis Anatolium, cujus Regulas contempsistis, & novendecim annorum Cyclum non recepistis? Quod spectat ad Patrem vestrum Columbanum & ejus Sectatores, possem respondere; in die Judicii multos dicturos ad Dominum Nostrum, se in Nomine ejus Virtutes multas fecisse, & Dominum responsurum: Quia nunquam novi vos. Sed Deus avertat! ut de Patribus vestris hæc dicam. In iis, quæ ignoramus, præstat bonum credere quam malum. Itaque non nego, fuisse Dei Servos Cælo gratissimos; eosque simplicitate rustica bona tamen intentione*

Matth. 7. 22.

Sæculum VII A. C. 664.

ne Deum amasse. Nec credo hanc diversitatem in celebrando Paschate ipsorum Sanctitatem obscurasse, quia nemo fuit, qui eis perfectiores Regulas demonstraret, & credo, ipsos has Regulas secuturos fuisse, sicut mandata Dei servarunt, quæ cognoverunt. Ex his apparet, Wilfridum nesciviſſe, S. Columbanum hac de re satis fuisse admonitum. Deinde prosequitur: *Vos vero, sine dubio, peccatis, si, postquam Sacræ Sedis, seu potius Ecclesiæ Universalis, quæ Scripturæ Auctoritate nititur, Decreta audivistis, ea spernitis. Ut ut Sancti fuerint Patres vestri, num eorum opinio totius orbis terrarum Sententiæ præferenda est? Virorum paucorum, in angulo remotissimæ Insulæ habitantium? Sanctissimus sane fuerit Columbanus, an ideo in comparationem adduci potest cum Apostolorum Principe, ad quem dixit Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam. Et: tibi dabo claves Regni Cælorum?*

Sup. Lib. XXXV. §. 43.

Matt. 16. 18.

Ad hæc dixit Rex: *Estne hoc verum, Colmane! quod Dominus hæc ad Petrum dixerit?* Colmanus: *Verum est, Domine!* Et Rex: *An ostendere potes, Columbanum vestrum æqualem accepisse potestatem?* Colmanus: *Non accepit.* Tum Rex ulterius: *An utrinque affirmatis, hoc*

Sæculum VII A. C. 664.

hoc principaliter ad Petrum fuisse dictum, & Dominum ei claves Regni Cælorum tradidisse? Responderunt: *Affirmamus.* Tandem Rex concluſit in hunc modum: *Et ego dico vobis, nolle me huic Cæli Janitori adversari; absit! sed mandatis ejus ex totis viribus meis obediam; ne, cum ad portam Regni Cælorum pervenero, nemo sit, qui mihi aperiat, si Clavigerum mihi infensum habuero.* Huic Regis sermoni tota Congregatio applausit, omnesque meliorem consuetudinem amplexi sunt.

§. XXXVII.

Res Ecclesiæ Anglicanæ.

Collatione finita cuncti in diversa abeunt. Agilbertus ad suos reversus est. Colmanus, videns opinionem suam contemptui haberi, in Hiberniam revehitur cum quibusdam sponte sequentibus inter suos deliberaturus, quid sibi faciendum esset. Cedde seu Cedda damnata Hibernorum sententia Sedem suam repetiit, nihil dubitans, consuetudines Catholicas esse tenendas. Hæc Collatio habita est anno 664. qui erat Regis Osuini vigesimus secundus, & trigesimus, ex quo Hiberni in Anglia Episcopatum susceperant; nam S. Aidanus annis septendecim, Finanus decem, & Colmanus tribus, Episcopatum tenuerunt.

Bed. III. c. 26.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 19.

runt. Post Colmani abitum Episcopus Nordhumbriæ creatus est Tuda, qui apud Hibernos Meridionales litteris imbutus, & Episcopus ordinatus, Tonsuram ejusdem formæ, ac ipsi gerebat, sed Diem Paschæ cum Catholicis observabat. Is vero eximiis virtutibus ornatus, post breve temporis spatium, magnum sui desiderium reliquit, pestifera lue, quæ hoc anno 664. in Anglia grassabatur, extinctus. Eodem anno die tertio Maji circa horam quartam vespertinam Sol Eclipsin passus est. Sæculum VII A. C. 664. c. 27.

Colmanus in patriam rediens partem ossium S. Aidani secum tulit, altera parte in Ecclesia, cui præfuerat, relicta. Postquam discesserat, patuit, quantum ipse & ejus Antecessores ab omni habendi cupiditate alieni fuerint; quippe, sola Ecclesia excepta, nihil præter ædificia ad societatem civilem simpliciter necessaria inventum. Non pecuniam, non greges habebant, &, si quæ a divitibus donata accepissent, ea protinus in manus pauperum erogabant. Nullo etiam indigebant ad excipiendos Magnates, qui nullum alium in finem ad Ecclesiam accedebant, quam ad orandum & Verbum Dei audiendum. Ipsum Regem ad Ecclesiam euntem non plures quam quinque vel sex viri comitabantur, &, si aliquando mensæ accumbebant, illis cibis c. 26.

erant

Sæculum VII A. C. 664.

erant contenti, qui fratribus quotidie apponebantur. Magna eos populus veneratione prosequebatur, & quocunque Clericus vel Monachus procederet, magno gaudio excipiebatur. Qui in via venienti occurrebant, inclinato capite Benedictionem expectabant. Si quando Presbyter in Oppidum perveniebat, ab incolis circumfundebatur salutarem Doctrinam audire petentibus; Presbyteri vero & Clerici nunquam accedebant, nisi ut prædicarent, baptizarent, ægrotos inviserent, verbo, ut animas curarent. Ceterum non nisi a Principibus compulsi fundos recipiebant, in quibus Monasteria ædificarentur. Hæc aliquamdiu Ecclesiarum in Nordhumbria Disciplina fuit.

c. 28. Tuda defuncto, Alfridus Princeps cupiens, ut in ejus locum Wilfridus Presbyter ordinaretur, misit eum ad Franciæ Regem, qui eundem misit ad Agilbertum Episcopum Parisiensem, illum ipsum, qui in Anglia commoratus Wilfridum Presbyterum ordinaverat. Quippe post Collationem Streneshalensem Agilbertus ex Anglia migraverat sequenti ex causa. Cum Rex, qui eum distinuerat, etiam alium Episcopum suæ linguæ, scilicet Saxonicæ, habere vellet, & quodam advocato, cui nomen Owinus, antea in Gallia ordinato, Provinciam

c. 7.

Ecclesiæ in Anglia.

vinciam ſuam Saxoniam Occidentalem in duas Diœceſes diviſiſſet, ut novus Epiſcopus in Civitate Venta Belgarum, quam tunc Saxones Vintaceſtir, & hodie Angli Wincheſter dicunt, ſedere poſſet, offenſus eſt Agilbertus, quod Rex ſe inconſulto iſta molitus fuiſſet, & in Galliam rediit, ubi ei Epiſcopatus Pariſienſis, ut conjicere licet poſt obitum Sigobrandi, obtigit. Igitur Agilbertus Wilfridum Presbyterum perhumane exceptum, duodecim aliis Epiſcopis in ſocietatem ſolemnitatis adhibitis, Compendii magna pompa ordinavit; nam pro more tunc in Gallia vigente in Sede aurea a manibus Epiſcoporum portatus eſt. Wilfridus annum ætatis numerabat trigeſimum, atque annus Chriſti 664. volvebatur; antequam autem e Gallia ſolveret, Rex Oſuinus filii molimen antevertere, & alium Epiſcopum Eboracenſem, qui Hibernus natione eſſet, & ipſorum Ritus noviſſet, ordinari voluit. Ad hoc munus delegit Ceaddam, Epiſcopi Ceddæ Fratrem, Presbyterum & Abbatem Leſtingenſem, ſcientia Scripturarum, & morum pietate inſignem, atque in Regnum Cantii miſit a Deusdedit Archiepiſcopo Cantuarienſi ordinandum; ſed cum illo pervenit, paulo ante vita functus fuerat Archiepiſcopus, & necdum Succeſſor electus.

Sæculum VII
A. C. 664.

v. Coint. an. 664. 8.

Sup. n. 33.

Bed. III. c. 28 V. c. 20.

Sup. n. 4.

Quare

Sæculum VII A. C. 664.

†Wincheſter

Quare Ceadda iu Saxoniam Occidentalem delatus, ordinatus eſt ab Epiſcopo Vintonienſi † Owino, qui ſolus tunc erat in Magna Britannia Epiſcopus Canonice ordinatus.

Ceadda S. Aidani Diſcipulus, ejusque virtutum imitator erat.

Wilfridus in Angliam reverſus ſuper Ordinatione Ceaddæ, etiamſi contra Canones pugnaret, litigare nolens, ad ſuum Monaſterium Riponenſe ſe recepit, ubi tribus annis fuit. Hoc temporis ſpatio Rex Merciorum ſæpe Wilfridum invitabat, ut ad ſe veniret, & multas functiones Epiſcopales exerceret. Agros quoque dono dedit, in quibus Monaſteria fundavit. Egbertus quoque Rex Cantiorum ad ſe accerſitum rogavit, ut ibi Sede Cantuarienſi vacante aliquot Presbyteros & Diaconos ordinaret. Ita Wilfridus, etiam Sede ſua pulſus, utilem laborem ad ſtabiliendam in Anglia Diſciplinam impendebat, & illius præcipue curæ adſcribendum, quod omnes Hiberni ibi commorantes, vel Conſuetudines Eccleſiæ Catholicæ amplexi fuerint, vel in patriam ſuam redierint. Wilfridus Regulam S. Benedicti ſecum attulerat, & Cantores duos *Eddi* & *Eona* cum Cæmentariis, & omnis generis Opificibus ad conſtruendas Eccleſias neceſſariis.

Ceollach

Ceollach (*) cum brevi tempore Mer- Sæculum VII.
ciorum Episcopus fuisset, in Insulam A. C. 664.
Hiam, in qua præcipuum Hibernorum *Bed. III. hist. c. 21.*
Monasterium erat, reversus, Successorem habuit Trumherum, Natione Anglum, sed ab Hibernis Episcopum ordinatum. Illa tempestate Saxones Orientales Merciorum Regibus parebant, quamvis duos haberent Regulos. Horum alter prætextu a peste, quæ anno 664. Angliam de- Pestis in
pascebatur, quæsito cum subdito sibi po- Anglia.
pulo Christianam Religionem abjecit. Ergo Templa prius deserta restaurant, & Idola adorant, quasi opem in illa calamitate afferre potuissent. Alter vero Regulus Fidelis Deo permansit. Merciorum Rex, amborum Dominus, hac re comperta, misit Episcopum Jarumanum, Trumheri Successorem, qui Apostatas ad fidem reduceret; & profecto ejus conatum uberrimi fructus secuti sunt, quippe tam Regem quam populum relapsum convertit. Tum denuo Templa & aras demoliri, Ecclesias aperire, & fidem JEsu Christi palam confiteri. His perfectis Episcopus, & Presbyteri, quos laboris socios habuerat, ingenti gaudio ad suos reversi sunt.

A tem-

(*) De hoc *Ceollach* Fleurius nullibi alias quidquam.

Sæculum VII A.C. 664. c. 29.

A tempore Collationis Streneshalensis Osuinus Rex intellexerat, Sedem Romanam Ecclesiæ Catholicæ Centrum esse. (*) Itaque, cum Sedes Cantua-

rien.

(*) Ja! dieses zur Behauptung der Einigkeit und Sichtbarkeit der Kirche JEsu Christi so nothwendige Centrum ist eine Nuß, die noch kein Protestant hat zerbrechen können. Ein jeder Katholick, welcher nur so gelehrt ist, daß er von seinem Glauben und seiner Kirche Rechenschaft geben kann, empfindet eine so angenehme als unschuldige Ergötzung, wenn er lieset, wie sehr sich der Herr Johann Lorenz Mosheim quälet eine erträgliche Antwort zu finden auf die von ihm so genannte trotzige Frage der Katholicken: Wo war euer Glaube? Wo war eure Gemeinde vor Luther? Wir wollen ihn selbst reden hören aus seinem Buche: Versuch einer unpartheyischen und gründlichen Ketzergeschichte Helmstädt 1746. in der Vorrede zu der Geschichte der Schlangenbrüder der ersten Kirche, oder der sogenannten Ophiten. Auf der 28. Seite. Da saget er: Eine andere Ursach, wodurch viele so geblendet werden, daß sie die richtige Straße in der Geschichte der Ketzer der mittlern Zeiten verlassen, ist die Begierde, eine unverrückte und nie unterbrochene Folge der wahren Evangelischen Kirche von der Apostel Zeiten an bis auf Luther darzustellen. Die Römische Kirche, die keinen Schutz für ihre Lehren und Gebräuche, welche die Protestirenden verwarfen, in der Offenbarung

antref-

rienſis vacaret, Oſuinus & Egbertus Rex Cantii communicatis conſiliis ad Eccle- Sæculum VII A.C. 664.

antreffen konnte, meynete die Wahrheit, und Göttlichkeit derſelben durch ihr Alter zu erweiſen. Unſere Kirche, hieße es, unſer Glaube, unſer Gottesdienſt fangen ſich zu den Zeiten der Apoſtel an .... daher die trotzige Frage .... Wo war eure Gemeinde? Wo war euer Glaube vor Luther? Dieſe Frage ſchreckte viele; und man hielt es daher für nöthig, dieſelbe gründlich zu beantworten. Erſtlich, daß die Römiſche Kirche keinen Schutz für ihre Lehren und Gebräuche in der Offenbarung antreffen konnte, iſt ein falſches und niemal erwieſenes Vorgeben. Vielmehr haben alle Lehren der Römiſchen Kirche in der Schrift ihren richtigen Grund. Allein von dieſer Frage iſt hier eigentlich die Rede nicht. Sondern laſſet uns die Antwort hören auf die Frage: Wo war euer Glaube und eure Kirche?

Herr Mosheim ſaget ferner: Mit den erſten ſechs hundert Jahren .... ward man in einer kurzen Zeit fertig. Man überführete die Römiſch Katholiſchen durch die klärеſten Zeugniße der vornehmſten Lehrer, daß die alte Kirche in den vornehmſten und wichtigſten Stücken eben das geglaubet hätte, was die Evangeliſchen lehreten. Dieſes kann der Herr Mosheim auch nicht darthun; denn die Herren Proteſtanten ſind von der Lehre der alten Kirche abgewichen in den Artickeln von der Rechtfertigung, von der Gnade, von der Freyheit

Sæculum VII A. C. 664.

siæ Anglicanæ emolumentum S. Presbyterum, nomine Vigardum, in Angliana-

tum

vit. S. Ben. Biscopi. to. 2. Act. p. 1002.

heit des menschlichen Willens, von der Gegenwart Christi im Abendmal ꝛc. Und wenn sie auch in einigen vornehmsten und wichtigsten Stücken eben das geglaubet hätten, was die alte Kirche geglaubet hat, so wäre doch dieses nicht genug gewesen, wenn sie in der That Rechtglaubige seyn wolten; sondern sie hätten nebst dem die Einigkeit der Kirche beybehalten müssen. Denn die Ketzer haben auch zu allen Zeiten in einigen vornehmsten und wichtigsten Stücken dasjenige, was die Römische Kirche, geglaubet. Das ist die Antwort für die erste sechs hundert Jahre. Nun kömmt eine Antwort auf unsere nach dem Geständniße der Protestanten selbst erschreckliche Frage: Wo war eure Kirche? Herr Mosheim saget: bey den folgenden neun hundert Jahren . . . . Man wieſe, daß zu allen Zeiten hin und wieder einige aufgeklärete, und in der Schrift erfahrne Männer einen Theil der Wahrheit eingesehen und frey bekannt hätten . . . . Man trat also der Sache näher, und berief sich auf die abgesonderten Gemeinen . . . . Ihr wollet unsere Väter und Vorläufer (sagten die Protestanten) sehen; da sind sie. Wir leberen, ehe wir noch gebohren wurden, in den gottseligen Waldensern, Albigensern, Katharern, Aposteln, Wikleffiten, Fratricellern und vielen andern . . . . Scheltet diese Leute, so lange als ihr wollet

für

tum, Clericis Ecclesiæ Cantuariensis ad-
scriptum, a Romanis, S. Gregorii Disci-
pulis

für falsche Propheten, für Ketzer, für Abtrünnige; wir erkennen sie für unsere Brüder. . . . . Meines Erachtens (saget hier der Herr Mosheim) wäre nichts verlohren worden, wenn man sich gefürchtet hätte, die Ketzer zu Hülfe zu rufen, und in die Brüderschaft der Evangelischen aufzunehmen. Das ist gut! Hier haben wir das Zeugniß des Herrn Mosheim, daß diese Leute Ketzer gewesen sind, und daß die Protestanten solche für ihre Glaubensbrüder angenommen haben. Itzt wissen wir, wo die Kirche des Doctor Luther vor dem Doctor Luther gewesen sey. Allein, diese Antwort gefället dem Herrn Mosheim nicht. Er saget: Man hätte sich, wie mich dünket, leichter, kürzer und sicherer aus der Schwürigkeit herauswickeln können. Wäre es nicht genug gewesen, wenn man kurz geantwortet hätte: War unsere Kirche vor Luther nicht da, so war doch unser Glaube da. Ey! Herr Mosheim! ein Glaube, ohne Kirche! Aber er redet ferner: Er stand in den Büchern der Propheten und der Apostel, die kein Pabst verwerfen kann. Diese Antwort des Herrn Mosheim ist eben so schwach als die vorige. Denn wenn keine Kirche da war, so ist kein Protestant im Stande zu erweisen, daß sein Glaube in den Büchern der Propheten und Apostel enthalten sey, weil dieses ohne Zeugniß und Auctorität einer Kirche

Sæculum VII A. C. 664.

pulis, eruditum selegerunt, miseruntque Romam Archiepiscopum ordinandum, qui deinde Episcopos in omnibus Anglorum Ecclesiis ordinare posset; nam Rex Egber-

che nicht kann dargethan werden. Auf die Schrift haben sich alle Ketzer bezogen; weil sie aber nicht haben darthun können, daß sie den wahren Verstand der Schrift begriffen, waren sie Ketzer. Ferner saget Herr Mosheim: Hat es der HErr erlaubet, daß dieser Glaube mit der Schrift eine geraume Zeit ist vergraben worden, und keine sichtbare Anhänger gehabt hat, so hat er es sonder Streit aus heiligen und gerechten Ursachen erlaubet. Von uns kann es niemand als ein Unsinniger fordern, daß wir von GOttes Wegen und Regierung Rede und Antwort geben solten. ꝛc. Wenn der HErr erlaubt hätte, daß der Glaube und die Schrift neun hundert Jahr lang wären vergraben gewesen, und keine sichtbare Anhänger gehabt hätten, so bestünde das Versprechen JEsu Christi nicht, & Portæ Inferi non prævalebunt adversus eam. † Denn ein Glaube, welcher neun hundert Jahre keine sichtbare Anhänger gehabt hätte, würde ein neun hundert Jahre lang von der Hölle überwundener und vertilgter Glaube seyn wider das Versprechen JEsu Christi. Das ist nun die Antwort des Herrn Mosheim, welcher unter den Herrn Protestanten ein Geist der ersten Größe ist, und weil er nichts bessers antworten kann, so müssen diejenigen unsinnige Leute seyn, welche die Frage an die Herren Protestanten stellen: Wo

† Matth. 16. v. 18.

war

Egbertus vehementi desiderio tenebatur habendi Episcopum suæ Gentis, a quo lingua patria erudiretur. Vigardus Romam pervenit, & Vitaliano Papæ Epistolas, & utriusque Regis dona, nempe magnam vasorum aureorum & argenteorum vim reddidit. Sed ecce! post breve temporis spatium exorta feralis pestis ipsum, & ferme omnes itineris socios sustulit. Tum Papa suos ad consilium adhibuit, quem Archiepiscopum in Angliam mitteret, & interim, datis ad Osuinum Responsoriis, zelum ejus laudavit, exhortans, ut constans esset, & Ecclesiæ Romanæ Traditiones tam ad Quæstionem de Paschate, quam ad alios Ritus pertinentes, observari curaret. Tandem subjungit: *Reliquias tibi Beatorum Apostolorum SS. Petri & Pauli, & Martyrum S. Laurentii, Sanctorum Joannis & Pauli, Sancti Gregorii, & S. Pancratii, selectissimæ quoque Conjugi tuæ Crucem, in qua Clavis aurea de vinculis S. Petri includitur, mittimus.*

Sæculum VII
A. C. 664.

Bed. L. IV. c. 1.

III. c. 29.

war euer Glaube? Wo war eure Kirche vor Luther? Ich überlasse aber dem Leser das Urtheil, ob nicht vielmehr die Herren Protestanten uns Katholicken auf diese für sie in der That erschreckliche Frage noch bis auf diesen Tag eine zureichende Antwort schuldig verbleiben?

Sæculum VII
A. C. 665.

§. XXXVIII.

S. Anastasii Apocrisiarii Obitus.

Anastasius Apocrisiarius, S. Maximi Discipulus, a Magistro suo & altero Anastasio avulsus in plures Arces relegatus, & septem mensibus per totam Lazensium Regionem circumductus est. Pedibus incedere cogebatur, seminudus, & propemodum fame sitique emortuus. Tandem viro illo, qui illi Regioni præfuerat, pulso, ejus Successor Gregorius Virum Sanctum humane habuit, misitque in Monasterium, ubi ei omnia ad vitam necessaria largiter suppeditabat. Anastasium invisit Stephanus, Ecclesiæ Jerosolymitanæ thesauro præfectus, qui Lazicam & Provincias vicinas peragrabat, ubique prædicans, quæ esset Doctrina Catholica, & Monothelitarum Hæresis, & calumnias in Anastasium confictas diluens; sed vir bonus in hoc itinere primo die Jan. Indictione octava, anno 665. naturæ concessit. Ex hoc tertio Exilio Anastasius datis ad Theodosium, Presbyterum Gangrensem, & Jerosolymæ Monachum litteris omnia narrat, quæ sibi hucusque evenissent, rogatque, ut sibi Acta Concilii Romæ sub S. Martino Papa celebrati mitteret; quippe, ut etiam in exilio Romanæ Ecclesiæ prodesset, Doctrinam Catholicam omnibus notam

Epist. ad Theod. Act. S. Max. p. 68

tam facere satagebat. Cum ista Epistola misit sua ex parte Theodosio Textus ex S. Hippolyto Episcopo Portuensi prope Romam & Martyre, quibus duæ in JEsu Christo Voluntates, & duæ Operationes asserebantur. Sæculum VII A. C. 665.

Hanc vero Epistolam, quis crederet? ipse Anastasius industria, quæ prodigio similis fuit, exaravit; nam cum manu dextra truncatus fuisset, brachio suo funiculis jungi jussit duos bacillos, quibus calamum tenebat, atque hac arte plura alia scripsit. Tandem ad Cœlestia migravit in Arce Thusuma ad radices montis Caucasi, editis in vita non paucis miraculis, multisque ad veram Fidem conversis. Duos reliquit Discipulos Theodorum & Euprepium fratres, pistoris Cæsarei filios, qui cum Anastasius primo in exilium Trapezuntum migrare juberetur, Romam fugituri, prope Abydum comprehensi, & Constantis Typo subscribere recusantes, bonis suis & Dignitatibus privantur, flagris cæduntur, & Chersonam in exilium mittuntur. Euprepius natu minor ibidem vigesimo Octobris Indictione decima quarta id est anno 670. vitam posuit. Theodorus aliquot annis superstes Theodosio Gangrensi Presbytero ad se invisenti Reliquias S. Martini Papæ in eodem loco vita functi scilicet Partem Orarii ejus, & ex ejus *Hypomnest. p. 80.*

Sæculum VII A. C. 666.

sandaliis alterum donavit. Miracula quoque, quibus ejusdem Sepulchrum celebrabatur, enarravit.

§. XXXIX.

Concilium Emeritanum.

to. 6. Conc. p. 497.

In Hispania duodecim Episcopi Provinciæ Lusitanæ, Emeritæ Urbe Metropoli, sexto Nov. Recesuinti Regis anno decimo octavo, æra 704. seu anno sexcentesimo sexagesimo sexto, in Synodo congregati viginti Canones condiderunt.

c. 3. In primo Fidem suam profitentur. Deinde præcipitur, ut, Rege in castra profecto, singulis diebus Sanctum Sacrificium

c. 5. pro ipso & toto exercitu offerretur. (*) Episcopus, si in propria Persona ad Con-

c. 7. cilium ire nequeat, non Diaconum mittat, sed Archipresbyterum suum, aut saltem Presbyterum, qui post Episcopos sedere, & pro illo, qui eum misit, re-

c. 8. spondere possit. Episcopus, si a Concilio abfuerit, in Cellula includatur ad certum tempus, & Pœnitentiam agat. Quilibet Episcopus in Ecclesia sua Cathe-

Sup. Lib. XXXVIII. §. 20. drali Archipresbyterum, Archidiaconum,

(*) Ejusmodi exemplis convincuntur Protestantes; non tantum JEsu Christi Corpus in commemorationem Redemptionis nostræ sumere, sed etiam ad impetrandas novas a Deo Gratias in Missa illud offerre, antiquissimam Fidelium consuetudinem esse.

num, & Primicerium habeat. Hi tres nimirum, ut supra adnotavi, omnium Clericorum Principes erant. Episcopus Presbyteros & Diaconos, quos ad se sublevandum idoneos existimaverit, e Parochiis evocare, eorumque opera in Ecclesia Principali seu Cathedrali uti possit; ipsi tamen omnem curam illarum Ecclesiarum, e quibus evocati fuerint, non dimittant, sed reditus percipiant, consentiente Episcopo, Presbyteros vices suas subituros constituant, eisque pensiones annuas præbeant. Hic videmus, unde Canonici, Parochi primitivi, originem duxerint. Episcopus Bona Ecclesiæ Clericis bene meritis concedere valeat, ut hoc exemplo etiam alii trahantur.

Sæculum VII
A. C. 666.

c. 12.

c. 13.

c. 20. 21.

Oblationes, quæ sub Missam Ecclesiæ fiunt, in tres partes dividantur. Pars prima Episcopo, secunda Presbyteris & Diaconis, tertia Subdiaconis & Clericis inferioribus detur. Episcopi non amplius tertiam partem redituum ex Parochiis accipiant, sed ad sarta tecta impendatur, & si Parochiæ inopia laborent, Episcopus suis sumptibus ædificia reparet. Presbyteri pro Baptismo parvulorum nihil exigant; si vero aliquid ultro oblatum fuerit, accipere liceat. Presbyteri in Parochiis Clericos ex Servis Ecclesiarum suarum sibi eligant, eisque pro modo

c. 16.

c. 9.

c. 18.

Sæculum VII A. C. 667.

modo redituum stipendia dent. In quibusdam casibus plures Ecclesiæ unius Presbyteri curæ committuntur, quia singulæ Presbytero sustentando non sufficiunt. Si res ita se habeat, Presbyter omnibus Dominicis in singulis Ecclesiis Sacrificium offerat, & pro Fundatoribus oret.

Ex his dispicimus, uni Presbytero, id postulante necessitate, plures Missas una die celebrare licuisse. Hæc mihi Canones Concilii Emeritani legenti notatu digna visa sunt.

§. XL.

S. Ildephonsus Toletanus.

Sanctus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus, illa ætate maximum Ecclesiæ Hispanicæ Decus, extinctus est sub initium anni sequentis, Recesuinti Regis decimo nono, nempe 667. vigesimo tertio Jan. quo die Ecclesia ejusdem Memoriam colit. Is adhuc Juvenis de Bonis suis Monasterium Virginum fundavit, & se ipsum in Monasterio Agaliensi, cujus Abbas fuit, Deo consecravit. Inde invitus jubente Principe Toletum reductus, & Eugenio II. anno 658. vita functo Episcopus ordinatus, Sedem tenuit annis novem & duobus mensibus, & in Ecclesia S. Leocadiæ infra pedes Antecessoris sui sepultus est. Multa S. Ildephonsus

Mart. Rom. 23. *Jan.*

Julian. to. 2. Act. SS. Ben. p. 516.

Sæculum VII
A. C. 667.

phonſus reliquit ingenii ſui Monumenta, quæ in quatuor partes dividebantur. Prima præter alios complectebatur Tractatum de Virginitate Sanctæ Virginis, qui ſolus nobis ſupereſt, & Tractatum de Proprietate Divinarum Perſonarum. Pars ſecunda ejus Epiſtolas continebat, Tertia Miſſas, Hymnos, & Sermones, in quarta varia opuſcula, atque etiam Epitaphia & Epigrammata partim ligata partim proſaica oratione concinnata legebantur. Idem S. Iſidori Catalogum de Viris illuſtribus continuavit. Alius quoque Tractatus de Virginitate S. Virginis, & duodecim Sermones in quædam Virginis feſta S. Ildephonſo a quibusdam tribuuntur, quæ ipſius eſſe, Eruditi ſibi perſuadere non poſſunt.

Bibl. PP. Paris to. 8. p. 264. v. Lab. Scr. Eccles. to. 1. p. 505. Dupin. to. 7. p. 110.

§. XLI.

Cauſa Joannis Lappenſis.

Eodem anno 667. 19. Dec. Joannes, Epiſcopus Lappenſis in Inſula Creta, Romæ Vitaliano Papæ in Eccleſia S. Petri Libellum obtulit, quo eum obteſtabatur, ut ſibi jus ſuum tribueret, & Sententiam contra ſe & alios Cretæ Episcopos a Paulo Archiepiſcopo & Metropolita ſuo latam reſcinderet. Poſt aliquot dies, cum Papa Concilium ad examinandam hanc Cauſam convocaſſet, lecta ſunt Acta Concilii Cretenſis a Paulo trans-

Epiſt. 1. Vital. to. 6. Conc. p. 445.

Sæculum VII A. C. 667.

transmissa, atque Libello supplici consentanea inventa; Patribus vero Concilii visum, sententiam contra Joannem non secundum timorem Dei & Canones fuisse latam, & inprimis indignabantur, quod in carcere fuisset custoditus, unde in Curiam Archiepiscopi deductus, ea, quæ Archiepiscopus cupiebat, dicere fuisset compulsus, & postea denuo missus in carcerem. Præterea contra Canones & Leges ab eo petierant, ut vades daret. Tandem Joannes Litteras (*) ad Papam poposcerat, quas Paulus Archiepiscopus tanquam contra fas petitas dare renuerat.

Itaque Concilium Romanum Judicium & Sententiam Concilii Cretensis contra Joannem Lappensem latam irritavit, eum innocentem pronunciavit, præcepitque, ut damnum omne, quod ipse & Ecclesia ipsius tulissent, repararetur. Hoc modo absolutum Papa Missæ suæ cum ceteris Episcopis adesse voluit. Tum litteris ad Paulum Archiepiscopum datis Judicii Romani Sententiam significat, jubetque, ut exequatur. *Mox ubi hæc mandata perlegeris*, inquit Papa, *ea statim illi, qui defert, reddes, quo Joanni Episcopo & Ecclesiæ ejus securitas præstetur.* Joanni Episcopo per Siciliæ littora,

(*) Hodie Apostoli dicuntur.

tora, ubi Cæsar morabatur, in patriam re- Sæculum VII
dituro Papa duas tradidit Epistolas com- A. C. 668.
mendatitias, unam ad Vaanum Cubicu- *ep.2.4.*
larium & Chartularium Imperatoris, alteram ad Georgium Episcopum Syracusanum. Prima 27. Jan. 668. Indictione undecima data est.

§. XLII.

Constantis Fata. Constantinus Pogonatus Imperator.

Constans Imperator jam toto quadrien- *Anast. in*
nio Syracusis versatus subjectos sibi *Vital.*
populos, innumeris exactionibus tam agrorum possessores secundum tabulas, quas habebat, quam ceteros habitatores impositio censu viritim præstando vexabat. Nec illi exempti, qui rem maritimam curabant. A maritis uxores, a parentibus liberi abstrahebantur, nemo ab injusta vi satis securus degebat. Vasa Sacra & Ecclesiarum thesauri diripiebantur. Tandem decimo quinto Julii, hujus anni 668. Indictione undecima cum Imperator Syracusis Balneum, quod *Daphne* vocabant, esset ingressus, Andreas *Theoph. an.*
Troili filius Principem quasi obsequii *27. p. 292.*
causa secutus, corpus sapone odorato purgantis capiti situlam ter quaterque impingit, effugitque. Tum postquam foris excubantibus mora nimis longa visa est,

Sæculum VII A.C. 668.

est, intrant, & Imperatorem in balneo exanimem vident. Hic Constantis Imperatoris, anno Regni sui vigesimo septimo, exitus fuit. Ipsius corpore terræ mandato, Syracusis quidam Armenus spectabili corporis habitu, cui nomen Mezizi, seu Mezzeti, Imperator proclamatur; sed Constantinus Constantis filius primogenitus, accepto de morte parentis sui nuncio, Constantinopoli cum Classe in Siciliam adveniens, Mezetum captum, ceterosque parentis sui percussores capite plectit. Tum rebus in Occidente compositis Constantinopolim reversus cum duobus Fratribus Tiberio & Heraclio imperavit. Hic Constantinus Pogonatus appellatus est, quod imberbis Constantinopoli profectus cum barba rediisset. Ceterum regnavit annis septendecim.

Anast. in Adeod.

Interim Constantinopoli novus Patriarcha Sedem tenebat; nam Petrus, postquam sedisset annis duodecim & septem mensibus, anno 660. fatis functus Successorem habuit Thomam Diaconum & Chartophilacem seu Tabularii Ecclesiæ Constantinopolitanæ Custodem, qui annis duobus & mensibus septem Episcopatum obtinuit. Scripsit, ut mos erat, Epistolam Synodicam ad Vitalianum Papam; sed eam ob continuos sub ejus Pontificatu Saracenorum incursus mittere non

Sup. n. 16. Theoph. an. 10. p. 289. Niceph. Chr. Conc. 6. Act. 14. p. 964. Theoph. an. 1. p. 193. &c. & an. 5. p. 294.

non potuit. Hi primo Constantini regnantis anno irruptione in Africam facta octoginta millia hominum in captivitatem abstraxerunt, & anno sequente Cyzicum occuparunt, unde ipsam Civitatem Constantinopolitanam lacessebant. Sæculum VII A. C. 668.

Illa tempestate quispiam, Callinicus nomine, ignem Græcum, qui sub unda ardebat, ad consumendas Saracenorum naves invenit.

§. XLIII.

S. Theodorus Cantuariensis.

Vitalianus Papa virum quærens dignum, qui Archipræsulatu in Anglia emineret, ex Monasterio Niridano prope Neapolim Adrianum Abbatem in Africa natum, virum in sacris litteris doctissimum in Disciplina Monastica & Ecclesiastica exercitum, & præterea linguæ græcæ & latinæ gnarum accersivit. Adrianus respondit, se quidem tanto honore esse indignum, sed notum sibi esse virum, quem Doctrina & ætas ad suscipiendum Episcopatum se magis idoneum faceret. Fuit is Monachus, nomine Andreas, quem omnes, qui eum noverant, dignum quidem censuerunt; at infirmitates corporis obstabant, quo minus tantum onus subire posset. Ergo iterum Adrianum urgent, ut Munus acceptaret. *Bed. IV. hist. c. 1.* *Sup. n. 7.*

Sæculum VII A.C. 668.

Ille moram petiit, ſperans, interim virum alium inveniri poſſe.

Tunc Romæ verſabatur Monachus nomine Theodorus, natus Tarſi in Cilicia Litteris Divinis humanisque Græce & Latine inſtructiſſimus, optimis moribus, & ætate venerabilis, nam annum vitæ ſexageſimum ſextum numerabat. Hunc Adrianus ſibi notiſſimum Papæ obtulit, & perſuaſit, ut Epiſcopus ordinaretur; addidit vero conditionem Pontifex, ut Adrianus in Angliam proficiſcentem comitaretur, & dux eſſet itineris, qui bis antea in Galliam navigaſſet. Id quoque Papa præcepit, ut unacum Theodoro erudiendis Anglis inſudaret, & curam gereret, ne quidquam Fidei contrarium in illam Eccleſiam introduceret, cujus culpæ reos Græci non nunquam ſe faciebant.

Theodorus Subdiaconus ordinatus quatuor menſes deinde expectavit, donec creſcerent capilli ſui, & in formam coronæ tonſurari poſſet; nam Monachi Græci toto capite raſo incedebant, jactabantque, ſe hac in re S. Jacobum & S. Paulum Apoſtolos imitari. Tandem Vitalianus Papa Theodorum Die Dominico, vigeſimo ſexto Martii anno 668. Epiſcopum ordinavit.

S. Benedictus Biscopius tunc Romæ verſabatur, quo jam tertio venerat; nam poſt

Sæculum VII
A C. 668.

post primum iter cum S. Wilfrido, susce-
pit & alterum cum Alfrido Regis Osuini
Filio, ex quo redux in Insulam Lerinen-
sem trajecit, ibique Tonsura initiatus,
Disciplinam Monasticam amplexus est.
Postquam ibi annis duobus fuisset com-
moratus, tertio Romam profecto Vita-
lianus Papa, cui S. Benedicti merita per-
specta erant, recens ordinatum Episco-
pum Theodorum commendavit, jussit-
que, ut peregrinationis, quam suscepe-
rat, proposito majoris utilitatis causa
dimisso, in patriam rediret, illo Theodo-
rum comitaretur, cui Dux esset, & Inter-
pres. Obediit Biscopius Pontificis præ-
cepto, & in Angliam navigaturus cum
Episcopo Theodoro, & Adriano Abbate
27. Maj. anno 668. Roma excessit.

vit. per. Be. c. 2. Act. p. 1003. Sup. n. 35.

Cum itinere maritimo Massiliam ap-
pulissent, & inde terrestri Arelatem per-
veniissent, Papæ Epistolis Joanni Archi-
episcopo redditis, apud eum commorari
rogati sunt, donec iter suum prosequen-
di licentiam ab Ebroino, Majore Domus,
obtinuissent. Hac accepta Theodorus
Parisios venit ad Agilbertum Episcopum,
qui diu in Anglia versatus eum consilio
juvare poterat. Humanissime ab eo ex-
ceptus diu in ejus Domo mansit. Adria-
nus primo ad Emmum seu Emmonem
Archiepiscopum Senonensem, deinde
Meldas ad S. Faronem divertit, & diu ibi

Sæculum VII A. C. 669.

fuit, quia hyems proxima proficiſci vetabat. Idem hic eſt Emmon qui ante aliquot annos Monachis S. Petri † Privilegium conceſſerat, celebrato triginta Epiſcoporum Concilio, cui ſuæ Provinciæ Epiſcopi, ut S. Audoenus, S. Faro, S. Eligius & S. Amandus interfuere. Egbertus Rex Cantiorum, comperto, Epiſcopum, quem ſibi mitti a Papa poſtulaverat, eſſe in Francia, illico Optimatum aliquem miſit, venientem excepturum, qui obtenta ab Ebroino licentia Epiſcopum ad portum *Quentavic*, qui hodie S. Jodoci in littore nominatur, deduxit. Theodorus cum in morbum incidiſſet aliquanto tempore ibi acquievit; mox ubi convaleſcere cœpit, in Angliam cum Benedicto Biſcopio delatus, anno poſt Ordinationem ſuam ſecundo, Die Dominica, vigeſima ſeptima Maji, anno 669. Sedis ſuæ Cantuarienſis poſſeſſionem adiit, atque hanc Eccleſiam annis viginti & uno, tribus menſibus, & diebus viginti ſex rexit; Benedicto autem ſtatim Regimen Monaſterii S. Petri commiſit.

† Le vif de Sens.

to. 6. Conc. p. 534.

c. 1. vit. Ben. Biscop.

Adriano aliquamdiu in Francia detento ab Ebroino, qui eum Imperatoris mandata in Francorum Regni perniciem cuſa ad Reges Angliæ deferre ſuſpicabatur, ubi ſatis exploratum fuit, nullas ipſum habere ab Imperatore litteras, permiſſum eſt Theodorum ſequi in Angliam, a quo,

a quo, postquam advenit, Monasterio S. Petri, quod duobus annis Benedictus moderatus fuerat, præesse jubetur; quippe, cum Roma discederent, Papa Theodoro præceperat, ut Adriano locum in sua Diœcesi assignaret, ubi cum suis commode habitare posset. Sæculum VII A. C. 669.

§. XLIV.

S. Leodegarii initia.

Eodem anno 669. in Francia Rege Clotario III. juvene, postquam regnasset annis ferme quatuordecim, vita functo, Theodoricus III. Frater ejus in Regno Neustriæ & Burgundiæ successit; at brevi post tempore Franci, Seditione in Ebroinum, qui sub Theodorici nomine regnabat, commota, Childericum II. Austrasiæ imperantem solum Franciæ Regem sub Wulfoadi, Majoris Domus ejus cura proclamant. *Fredeg. cont. in n. 93. 94.*

Legerius, seu Leodegarius Episcopus Augustodunensis, quo tunc temporis inter Optimates Franciæ nullus potentior, ex primis illius Gentis stirpibus natus, puerulus mittitur ad Aulam Regis Clotarii II. qui eum post breve tempus ad Didonem Episcopum Pictaviensem, Propinquum ipsius litteris imbuendum misit. Episcopus Leodegario quemdam Presbyterum, Magistrum peritissimum, dedit, & elapsis aliquot annis juvene[m] *vit. auct. Urs. to. 2. Act. Ben. p. 669.*

Sæculum VII A. C. 669.

in Domo sua versari voluit, ut exemplo suo & hortatu ejusdem morum integritatem custodiret; quippe, si ipse naturæ concederet, ei Episcopatum destinabat. Annos natum viginti Diaconum ordinavit, & post non longum temporis spatium Archidiaconi Officium tribuit, totius Diœcesis Regimen ipsi committens. Erat Leodegario justa statura, forma eximia, virilis prudentia & eloquentia victrix, quibus donis omnium hominum animos sibi conciliabat. Cum, S. Maxentio mortuo, Episcopus ejus Propinquus illius Abbatiæ Regimen ei contulisset, per annos sex sapientissime præfuit, & Monasterium multis Bonis locupletavit.

S. Viri fama in Regiam Clotarii III. & S. Batildis matris ejus pervaserat; hinc eum sibi mitti ab Episcopo Pictavienſi Propinquo ipsius petierunt. Ille in Aula haud diu versatus Regis, Reginæ, Episcoporum, Optimatumque animos sibi rapuit; omnes Episcopatu dignum judicabant. Exinde Ferreolo Episcopo Augustodunensi defuncto, qui hanc Sedem ambiebant, eo furore accensi sunt, ut in cædes prorumperent. Unus occisus, alter tanquam parricidii Auctor relegatus est, atque Ecclesia Augustodunensis annis ferme duobus vacavit. Tandem ut scandalorum finis esset, S. Batildis

vit. Anon. ibid. p.681.

S. Leodegarius Episcopus Augustodunensis.

dis Regina circa annum 659. Leodegarium ad illam Sedem Episcopum ordinari curavit. Ipse sua præsentia turbas composuit, animosque tum hortatu tum minis adhibitis sedavit. Ceterum nihil antiquius habuit quam pauperes alere, & Ecclesias exornare, quibus vasa pretiosa donavit, aureis lacunaribus decoravit, Baptisteria in formam augustiorem extruxit, & Corpus S. Symphoriani transferri jussit. Imo Civitatis muros quoque restauravit. Præterea Clericos suos sollicite erudiebat, & populo suo Verbum Dei assidue prædicabat. Sæculum VII A. C. 669.

S. Leodegarius decennium in Episcopatu exegerat, cum Rex Clotarius III. naturæ concessit. Hoc nuncio percepto strenue ad Regiam profectus est, de electione novi Regis cum ceteris Proceribus deliberaturus. Pars Optimatum Childericum Regem expetebat, qui habita ætatis ratione Regnum suum Austrasiæ bene moderari dicebatur. Econtra Ebroinus Regi Theodorico favebat, qui etiam aliquamdiu regnavit, cum autem Ebroinum avaritia & crudelitas omnibus invisum redderet, Franci insolentem exosi Dominum, nam ipse sub umbra Regis Theodorici regnabat, omnes se se Childerici imperio subjecerunt. Tunc vero Ebroinus desertum se sentiens ad Ecclesiam confugit, & Regem flagitavit, *vit. Urs. p. 700.*

Sæculum VII A. C. 669.

ut sibi vitam servaret, liceretque in Monasterium se recipere. Non nullis Episcopis & præcipue Leodegario, quamvis eum Ebroinus impiis consiliis semper adversum odisset, veniam rogantibus, Rex supplici pepercit, & ille abscissis capillis in Abbatia Luxovienſi Cucullum induit. Rex Theodoricus quoque attonsus, & in Abbatiam S. Dionysii inclusus. S. Leodegarii sub auspicia Regni Childerici II. maxima Auctoritas fuit, & Titulo Majoris Domus ejus decoratus legitur.

Urs. n. 4. vit. Coint. an. 670. n. 2.

to. 6. Conc. p. 535.

Referuntur quidam Canones Synodi Diœcesanæ Augustoduni a S. Leodegario celebratæ, quorum primus præcipit, ut omnes Presbyteri & Clerici Symbolum, quod S. Athanasio tribuitur, memoriæ mandent. Reliqui Canones ad Monachos pertinent, iisque inter alia prohibetur, ne quid proprium possideant, ne ad Civitates discurrant, nisi in Causis Monasterii, & tunc habeant litteras Abbatis sui ad Archidiaconum directas.

Iisdem præcipitur, ut Canones & Regulam S. Benedicti (*) observent, communis sit omnium labor, hospites excipiant, sub pœna verberationis vel excommunicationis ad triennium.

§. XLV.

(*) Ex his dispicimus, illa ætate Regulam S. Patri Nostri in Galliis, &, ut supra memoratum, in Anglia, speciatim fuisse receptam.

Sæculum VII
A. C. 669.

§. XLV.

Viri Sancti in Francia.

Sanctus Audomarus Episcopus Teruanensis, postquam hanc Ecclesiam rexisset annis triginta, obiit sub idem tempus, nempe, ut creditur, anno 668. nono Sept. quo die Ecclesia ejus memoriam colit. Duobus ante obitum annis Translationi Reliquiarum S. Vaasti interfuerat. *Coint. an. 668. n. 7. Mart. Rom. 9. Sept.*

S. Vaastus Oratorio ad Honorem S. Petri prope Atrebatum ædificato, ibi post mortem suam sepeliri cupiebat; at defuncti cultoribus visum, ejus corpus in Ecclesia Cathedrali S. Virgini dedicata tanquam loco digniore esse deponendum. Postquam ibi centum viginti octo annis quievisset, S. Autbertus septimus Atrebatensium Episcopus credidit, Divinitus sibi imperari, ut S. Vaasti voluntatem adimpleret, & pro Oratorio S. Petri magnam Ecclesiam, dignam tanto thesauro Sedem, ædificaret. Igitur Monasterium extruere cœpit, postea a S. Vindiciano ejus Successore, S. Eligii Discipulo, perfectum. Hæc est celebris Abbatia S. Vaasti Atrebatensis, ejusque primus Abbas fuit Hatta, ex Monasterio Blandimontensi prope Gandavum, cujus Regimen simul retinuit. *ap. Coint. an. 666. n. 1. 2.* *Acta Ben. to. 2. p. 985.*

S. Autberti quoque obitus ad annum 668. refertur, atque ejus Memoria 13. Dec. in Ecclesia honoratur. *Coint. an. 668. n. 9. Mart. Rom. 13. Dec.*

Sæculum VII A. C. 669.

Ad eundem etiam annum refertur passio S. Theodardi Episcopi Trajectensis, Discipuli & Successoris S. Remaclii. Hunc ad Regem Childericum, qui tunc in Austrasia morabatur, iter facientem, & restitutionem Bonorum Ecclesiæ suæ, a quibusdam privatis hominibus occupatorum, postulaturum, iidem Usurpatores in Silva Benaltina prope Nemeream, hodie Spiram, jugulant, & corpus in frusta concidunt. Illa deinde S. Lambertus, ejus Successor, collecta Tungros revexit. Ecclesia S. Theodardum decimo Sept. inter Martyres colit.

vit. ep. Sur. 10 Sept. Coint. an. 668. n. 11.

Mart. Rom. 10. Sept.

S. Lambertus seu Landebertus Trajecti nobilibus & opulentis parentibus natus, atque ex familia jam diu Christiana, jussu Patris in Sacris litteris eruditus, ab eodem S. Theodardo singulari cura educandus traditus est. S. Episcopus pium juvenem tanti faciebat, ut eum sibi Successorem eligi præcepisset, si id per Canones licuisset; verum ipso defuncto Lambertus, populo se expetente, Rege Childerico, illique, qui in ejus Aula Regni habenas moderabantur, consentientibus, electus Episcopus, magna Auctoritate Sedem tenuit.

Tom. 3. Act. Ben. p. 69.

In eodem Austrasiæ Regno, legimus plures SS. Episcopos amore vitæ Monasticæ Pontificatum abdicasse. S. Gumbertus seu Gundelbertus, Archiepisco-

Act. Bon. Sac. 3. par. 2. p. 468.

pus

pus Senonensis in deserta Vogesi Montis secedens cujusdam vallis regionem a Rege Childerico obtinuit, ubi Monasterium condidit sub Regula S. Benedicti, illudque patriæ suæ nomine Senones (*) voluit appellari. Cum suo Monasterio aliquanto tempore præfuisset, anno circiter 675. in pace quievit. Sæculum VII A. C. 669.

S. Deodatus quoque Episcopus Nivernensis, postquam populum suum monuisset, ut alium sibi Pastorem eligeret, Ecclesiam suam reliquit, & quibusdam Discipulis comitantibus in Alsatiam ad montem Vogesum se recepit. Ibi Sede sæpius mutata tandem in Valle Galilæa, sibi a Rege Childerico donata, fundavit Monasterium Gallico nomine, de Jointures, dictum, quod ibi confluentes duo amnes undas miscerent. In illo Monasterio anno, ut creditur, 679. vita functus, Abbatem Successorem reliquit S. Hidulphum genere Bavarum, qui Treviris vitam Monasticam amplexus, circa annum 666. mortuo Numeriano, illius Ecclesiæ Episcopus electus est. Postquam deinde hanc Ecclesiam annis decem rexisset, in Regionem Vogesinam se recipiens fundavit Minus-Monasterium quod ✝✝ Mojen Moustier.

p 472.

p. 477.

(*) Istud S. Ordinis nostri Cœnobium, quod hodieque floret, Reverendissimus Abbas Calmetus editis eruditissimis libris illustrius reddidit.

Sæculum VII A. C. 669.

quod non reliquit, ut Monasterium *de Jointures* regeret, sed satius esse existimavit, si huic Priorem præficeret. Vir senex labore manuum suarum alebatur, atque Monachos ferme trecentos regebat, usque ad annum 707. superstes.

Act. to. 2. p. 1065.

Sup. Lib. XXIX. c. 39.

Act. to. 1. p. 570.

S. Claudius Archiepiscopus Vesuntinus, cum illi Ecclesiæ septem annis præfuisset, anno circiter 681. ad Monasterium Condatense, quod tunc temporis S. Oyeni, id est, S. Eugendi, tertii illius loci Abbatis anno circiter 510. defuncti, dicebatur, se se recepit, ejusdemque Monasterii Abbas electus anno 686. Regem Clodoveum III. adiit, rogans, ut ademptos Monasterio reditus restitui juberet. Itaque cum in eum finem Parisios venisset, necessarias a Rege Epistolas accepit. S. Claudius anno IV. Childeberti II. id est anno 698. migravit e corpore. Abbatia Condatensis hodie non alio nomine quam S. Claudii nota est, ibique Corpus ejus integrum piorum peregrinantium frequentia celebratur. Ecclesia vero Memoriam S. Claudii sexto Junii, S. Hidulphi undecimo Julii, S. Deodati, qui in illa Regione *S. Die* vocatur, decimo nono Junii, & S. Gumberti vigesimo primo Febr. colit.

Mart. Rom. 6. Jun.

§. XLVI.

Sæculum VII
A. C. 669.

§. XLVI.

Ecclesia Anglicana.

Theodorus Cantuariensis Archiepiscopi officia auspicatus omnes Anglorum Provincias Adriano Abbate comitante obivit, & ubique propensos in se animos atque morigeros Fideles habuit. Itaque ubique rectam vivendi rationem docebat, & morem celebrandi Paschа cum Ecclesia Catholica stabiliebat; quippe Theodorus omnium primus Archiepiscopus fuit, cui tota Ecclesia Anglicana se submisit, idemque celeberrimæ illius scholæ, ex qua tot viri egregii prodierunt, Auctor extitit, cum enim tam Theodorus quam Adrianus non solum in Scientia Ecclesiastica, sed etiam in litteris humanis essent versatissimi, ingentem Discipulorum numerum quotidie informabant, S. Scripturam explanabant, Astronomiam, Arithmeticam Ecclesiasticam, id est, Calendarium ad inveniendum diem Paschalem, & versus latinos concinnare docebant. Multi tam linguam latinam quam græcam didicerunt, easque tam expedite ac patriam loquebantur. Felicissima tunc Angli vivebant tempora, cum Reges haberent tanta fortitudine, ut omnes Nationes barbaræ contremiscerent, & tanta Pietate, ut nihil in votis esset, quam vita cœlestis, cujus

Bed. IV. hist. c. 2

Sæculum VII A. C. 669.

cujus spem, Christianam fidem suscipiendo conceperant. Qui in sacris litteris erudiri cupiebant, facile inveniebant idoneos Magistros, & Cantus Ecclesiasticus hactenus in Regno Cantiorum solum cognitus in omnibus Anglorum Ecclesiis doceri cœpit.

Theodorus Ecclesias visitans, tollebat abusus, & in illis locis, ubi necessarium erat, Episcopos ordinabat, cumque Sedem Rofensem jam diu vacare sciret, ibi virum nomine Pottam Episcopum constituit, quem S. Wilfridus Presbyterum ordinaverat. Is quidem erat Vir simplex, at Disciplinam Ecclesiasticam & Cantum Romanum apprime edoctus, quem a Discipulis S. Gregorii didicerat.

V. S. Vilf. per Eddi. n. 15. Sup. n. 7.

Theodorus in loco ipso præsens Wilfridum Sedi suæ Eboracensi restituit, Ordinationem Ceaddæ Adversarii ejus irritam pronuncians; nam illa dupliciter peccabat in Canones, primo, quod Wilfridi injuria in hanc Sedem fuisset intrusus, & secundo, quod eum Angli Schismatici ordinassent. Ceadda ad Archiepiscopum dixit: *Si legitime non sum Episcopus, lubens abdico Sacerdotium, quo me dignum esse nunquam credidi, & non nisi obedientia compulsus accepi.* His, ad Monasterium suum Lestingense rediit; sed Theodorus & Wilfridus, viri Humilitate commoti, ei Episcopatum Mercio-

Merciorum morte Jarumani, quem anno 669. oppetiisse credunt, vacantem dederunt, & S. Wilfridus eidem concessit agrum, illorum lingua *Licefeld*, id est, campum corporum, quod ibi ingens Martyrum multitudo, persequente Diocletiano, passa fuisset. Est hic locus in Comitatu Stafordiensi situs, quem antea Rex Wulferus S. Wilfrido donaverat, ut in eo vel sibi vel alteri Cathedram Episcopalem erigeret. Porro S. Wilfridus eandem S. Ceaddæ dedit, quem ipse & S. Theodorus juxta Canones per omnes Gradus Ecclesiasticos Episcopum ordinarunt. (*)

Sæculum VII
A. C. 669.

Suppl. Sæc. 4. par. 2. p. 559.

Ceadda Episcopus.

S. Wilfridus, Sedi suæ Eboracensi restitutus, Ecclesiam olim a S. Paulo ædificatam, tunc pene collapsam, reparavit. Eam tegulis plumbeis munivit, parietes dealbari, fenestras insertis specullariis claudi jussit, quæ res in illa Regione tam nova erat, ac contra pluvias & aves necessaria. Ecclesiam quoque Monasterii sui Riponensis ædificavit, eamque solemni pompa duobus Regibus Fratribus

(*) Ecce! casum pertinentem ad dilucidandam illam Quæstionem, an Hæretici vel Schismatici valide ordinent; nam Ceadda supra a Schismaticis ordinatus dicitur. Si autem hic erratum, id contrariæ Sententiæ nocere non potest.

Sæculum VII A. C. 669.

tribus Egfrido & Elvino præsentibus dedicavit, in qua Cæremonia stans ante Altare & ad populum conversus Fundos a Regibus huic Monasterio donatos publice enumeravit. Præsertim vero donum, quod Vir Sanctus huic Ecclesiæ attulit omnes vehementer admirati sunt, scilicet, Librum Evangeliorum litteris aureis in pergameno purpureo scriptum, laminis aureis tectum, & gemmis distinctum.

Bed. IV. hist. c. 3.

Interim S. Ceadda a Rege Wulfero perbenigne exceptus, simul Ecclesias Merciorum, & Lindisfarnenses, vitam agens sanctissimam, regebat. Pedibus visitare Diœceses solitum S. Theodorus compulit, ut equo uteretur, quando longa esset via, atque ut repugnantem vinceret, eum equum conscendentem suis manibus juvit. Ceterum Ceadda, haud procul ab Ecclesia constructis Cellis, ibi quotiescunque a Functionibus Episcopalibus cessare licebat, cum septem octove Monachis Orationi & lectioni se totum dabat. Timore Dei S. Viri animus usque adeo implebatur, ut si, ipso lectioni vacante, venti consurgerent, ad orationem confugeret, si increbescerent, librum clauderet, & se pronum in terram demitteret, si furere non cessaret tempestas, fulgura micarent, & mugirent tonitrua, in Ecclesiam se conferret, Psal-

mos

mos recitaret, aliasve preces, dum turbo ptæteriisset. Causam trepidationis exquirentibus respondebat: *His aëris motibus monemur a Domino, ut terribilis ejus Judicii meminerimus, & quasi dextram extendit, antequam feriat.* S. Episcopus eam Ecclesiam non ultra annos duos rexit, obiitque anno 672. secundo die Martii, quo Ecclesia ejus memoriam colit. Sepulchrum ejus miraculis celebratum. Winfridum, diu sub S. Ceadda Diaconi Officio functum, Theodorus ad regendas Ecclesias Merciorum & Lindisfarnensem ordinavit. Sæculum VII A. C. 670. *Mart. Rom. 2. Mart.*

Osuinus Rex Nordhumbriæ fato functus erat ante annos duos, scilicet, anno 670. 15. Febr. annos natus quinquaginta octo. Disciplinæ Romanorum amantissimus animo constituerat, si a morbo, ex quo obiit, convaluisset, Romam proficisci, sacra loca visere, & ibi diem claudere, atque Wilfridum Episcopum Eboracensem rogaverat, ut se in hoc itinere deduceret, sicut antea Benedictus Biscopius filium suum Alfridum comitatus fuerat. Osuinus Ecfridum, alterum filium, Successorem habuit. Triennio elapso Ecbertus quoque Rex Cantiorum decedens, Lotarium Fratrem Successorem reliquit. *Bed. IV. c. 5.*

Sæculum VII
A. C. 673.

§. XLVII.

Concilium Herefordienſe.

Anno primo Lotarii, & tertio Ecfridi, JEſu Chriſti 673. 24. Sept. Theodorus Herefordiæ Concilium univerſale totius Angliæ celebravit, cui tamen non plures, quam quatuor præter ipſum Epiſcopi interfuere, ſcilicet Biſius Epiſcopus Anglorum Orientalium, Potta Roſenſis, Leutherius Saxonum Occidentalium, Winfridus Merciæ. Wilfridus vero Epiſcopus Eboracenſis, ſeu Nordhumbriæ Legatos miſit. Theodorus congregatos Epiſcopos ad concordiam & charitatem exhortatus, ex ſingulis deinde quæſivit, an antiquos Canones ſervandos exiſtimarent, & illis reſpondentibus, omnes hac in re lubentiſſime conſentire, protinus producto Canonum Libro, decem eis oſtendit Articulos, a ſe excerptos, & obſervatu maxime neceſſarios. Hæc vero in iis ſtatuebantur:

to.6. Conc. p. 537.

c. 1. Omnes eadem die Paſcha celebramus, nempe poſt decimam quartam Lunæ menſis primi.

c. 2. Nullus Epiſcopus in alterius Diœceſi quidquam moliatur.

c. 8. Ordinem temporis, quo unus quisque conſecratus fuerit, obſervent.

c. 9. Si numerus Fidelium augeatur, plures ordinentur Epiſcopi.

c. 7. Singulis annis prima die Aug. in loco, qui *Cloveshoe* dicitur, Concilium agatur.

agatur. Clerici non vagentur, & nullibi, nisi habeant Litteras Commendatitias Episcopi sui, recipiantur. Episcopi & Clerici advenæ, si ipsis hospitium præbeatur, contenti sint, & sine licentia Episcopi Diœcesani Officiis Episcopalibus fungi non præsumant. Episcopi Monachos non perturbent, nec Bona eorum, adhibita vi, auferant. Monachi sine accepta sui Abbatis facultate ab uno Monasterio ad aliud non transeant. Non nisi legitima Matrimonia contrahantur. Non liceat dimittere uxorem suam nisi Adulterii causa, & illo casu existente, qui vere Christianus est, non ducat aliam.

Sæculum VII A. C. 673.

c. 5.
c. 6.
c. 3.
c. 4.
c. 10.

Acta hujus Concilii Theodorus terse & succincte conscripsit.

§. XLVIII.

Vitaliani Obitus. Adeodatus Papa.

Vitalianus Papa sub initium ejusdem anni 673., postquam sedisset annis quatuordecim, & sex circiter mensibus, e vita migravit. Disciplinæ Ecclesiasticæ Custos acerrimus quatuor Ordinationibus Presbyteros viginti duos, Diaconum unum, & ad diversas Ecclesias Episcopos nonaginta septem creavit. Sepultus est ad S. Petrum vigesimo septimo Januarii, vacavitque Sacra Sedes duobus mensibus & diebus tredecim. His elapsis electus Adeodatus, quem ali-

Anast.

Sæculum VII A.C. 673.

qui, contracto nomine, Deodatum appellant. Romæ natus, Joviniani filius, annis quatuor, duobus menſibus, & diebus quinque ſedit. In Monaſterio S. Eraſmi in monte Cœlio educatus, ædificia deinde auxit, & Congregationem, atque Abbatem conſtituit. Adeodato S. Petri Sedem tenente Sarazeni in Siciliam appulſi, captis direptisque Syracuſis, omne æs, quod Conſtans Imperator Roma abſtulerat, Alexandriam devexerunt. Conſtantinopoli Thomas Patriarcha anno 671. poſtquam annis duobus & ſeptem menſibus Pontificatum geſſiſſet, vita functus, Succeſſorem habuit Joannem Presbyterum & ejusdem Eccleſiæ Ærario præfectum, qui huic Eccleſiæ annis quinque & novem menſibus præfuit. Anno 673. Grimoaldo defuncto Pertharitus Rex Longobardorum electus eſt. Vir erat Catholicus, cujus Pietas & munificentia in pauperes ſummopere laudantur.

Sup. n. 33.

Theopha. Chr. S. Niceph.

Paul. Diac. V. Hiſt. c. 3.

§. XLIX.

S. Leodegarius Luxovii.

In Francia Rex Childericus II. ſub Regni initium S. Leodegarii conſilia ſecutus, leges ſalutares ſancivit. Judices antiquas cujuslibet Provinciæ conſuetudines obſervare juſſi. Rectores unius Provinciæ ultra limites ſuos non procederent,

Anon. in vit. Leod. c. 4. *to.* 2. *Act. Ben. p.* 682.

rent, & non essent perpetui, ne quis eorum Tyrannidem usurparet, cujus rei exemplum nuper Ebroinus dedisset. Quamdiu igitur Childericus admonentis S. Leodegarii patiens fuit, Regno ejus bene precabantur populi; at Optimatum plerique, qui has Leges ambitioni suæ adversas impatienter ferebant, S. Episcopum Wulfoado Majori Domus & ipsi Regi suspectum reddere conabantur. Rex juvenis & affectus in potestate sua non habens facile fidem adhibuit vocibus illorum hominum, qui nil nisi gratissima ingerebant. Leges, quas nuper condiderat, violari passus est, & ipse propinqui sui filiam conjugio sibi junxit; cumque multi crederent Leodegarium Regis animum moderari, malæ vitæ culpam in S. Episcopum rejiciebant. Ille secreto sæpe Regem monebat, tandemque coactus est ei flagitium publice exprobrare, & Dei vindictam minari, nisi prompte converteretur. Sæculum VII A. C. 673.

Rex primum submisso animo Episcopum increpantem auscultavit, verum Proceres integritatem & constantiam Leodegarii formidantes usque adeo juvenem & Dominum irritarunt, ut S. Virum perdere animo constitueret.

Childericum anno tertio regnantem S. Leodegarius invitavit, ut ad se Augustodunum veniret, Festa Paschalia transacturus. *vit. per Urs. c. 5. p. 700.*

Seculum VII A. C. 673.

acturus. Eodem tempore Hector Patricius Massilienſis S. Leodegarii amicus adfuit, petens a Rege, ut ſibi Bona Claudiæ Socrus ſuæ reſtitui juberet. Claudia fuit mulier pia ex Arvernia, quæ cum ſe Deo conſecraſſet, Bonorum ſuorum partem S. Præjecto Epiſcopo Claromontano, & Eccleſiæ illius pauperibus donaverat. Poſtea decedens reliquit filiam, quam raptam Hector matrimonio ſibi junxit; hinc Bona illa Epiſcopo Claromontano non ſine injuria uxoris ſuæ donata, ſibi vindicare volebat. Itaque litteras a Rege obtinuit, ut Præjectus Epiſcopus venire juberetur, qui datis vadibus promittere coactus eſt, iturum ſe Auguſtodunum, ut ut repugnaret animus, quod tanto Feſto extra ſuam Eccleſiam commorari compelleretur. Hector in Domo S. Leodegarii, quem in hac cauſa ſibi faventem habebat, divertebat, atque hæc amborum concordia S. Leodegarii inimicis prætextum præbuit, Wulfoado Palatii Magiſtro & Childerico Regi ſuggerendi, Hectorem & Leodegarium conjuraſſe, & non prius quieti ſe daturos, quam Regiam poteſtatem rapuiſſent. Jam in Cœna Domini Monachus nomine Bercarius S. Leodegarium monuit, ſtatuiſſe Regem, ipſum interficere. Nihilominus ſequente die ad Regiam ivit, lubentiſſime ſanguinem ſuum daturus

vit. S. Præject. eod. to. 2.

S. Leodegarius.

rus illo die, quo Salvator Mundi mortuus est. Jamque tunc Rex Episcopum sua manu interfecturus erat, nisi purpuratorum aliqui, Diei Sanctitatem reveriti, in atrox facinus ruentem cohibuissent. Sæculum VII A. C. 673.

Postquam S. Præjectus Augustodunum pervenit, & cum Hectore Curiam ingressus est, ubi Causa erat examinanda, objecit, non oportere, ut ad respondendum compelleretur illo die, qui erat Sabbatum Sanctum, quandoquidem Canones & Regni Francorum lex prohiberent, ne his sanctis diebus Causæ forenses tractentur. Quia tamen ad respondendum urgebatur, dixit, Ecclesiæ suæ Causas sub Tutela Reginæ Imnichildis, Regis Sigeberti Viduæ esse. Hac responsione audita, nihil ultra motum; imo Rex Childericus & Blichildis Uxor ejus publice coram S. Præjecto excusare cœperunt, quod non sine sua molestia Augustodunum venire compulsus fuisset, cumque Rex S. Leodegario iratus, ejus Missæ interesse nollet, rogavit Præjectum, ut ipse in Ecclesia S. Symphoriani Officium celebraret; quippe jam tempus erat pomeridianum & hora instabat, qua initium solemnitati Paschali dandum erat. Omnibus deinde Proceribus, & Episcopis præsentibus instantissime rogantibus, ut Regi obsecundaret, S. Præjectus coram eo Officium

Sæculum VII A. C. 673.

& Missam illius Sanctæ noctis celebravit.

Interea S. Leodegarius Missam in Ecclesia Cathedrali celebravit. Euntem ad Ecclesiam monuerunt amici, ut sibi caveret, fixum enim esse Regi, ut post Missam necari juberetur. Processit tamen ad Ecclesiam, cumque adhuc suo munere fungeretur in Baptisterio, venit Rex, eum nomine suo compellans; nam Missa Sancti Præjecti finita, ceteris jejunium sustinentibus, Rex cibum sumpserat, & bene potus ad Ecclesiam ibat, elata voce Leodegarium nominans. Quibusdam respondentibus, eum esse in Baptisterio, intravit; sed ingenti cereorum splendore, & suavissimo odore Sacri Chrismatis, quod ad baptizandos Neophytos afferebatur, attonitus, licet S. Leodegarius responderet: Ecce, adsum! eum non agnoscens præteriit, seque in Domum Ecclesiæ, ubi divertebat, recepit. Ceteri Episcopi, qui sanctam noctem cum S. Leodegario celebraverant, in sua diversoria dilabuntur; Vir Sanctus vero intrepide ad Regem se confert, & leniter interrogat, cur ante Officium non venisset, & in sanctissima nocte iram coqueret? Rex non habens, quod responderet, dixit: merito mihi suspectus es.

Tunc

Tunc vero S. Leodegarius sentiens, Regem animo fixum habere, ut se una cum Hectore perderet, clam aufugere statuit. Nec tam sibi ipsi timebat, quam nobili viro, qui suo Patrocinio tutum se existimans venerat, nolebat quoque Diem Paschalem sua nece profanari, & Ecclesiam diripi. Ergo Hector eadem nocte fugam corripit, eumque S. Leodegarius proxime insequitur; at misit Rex, qui fugientes retraherent. Sæculum VII A. C. 673.

Hector deprehensus in via, cum fortiter sed infeliciter pugnasset, cum omnibus suis cæsus est. Sanctus Leodegarius quoque comprehensus & reductus; quem Rex ex consilio Episcoporum & Procerum misit in Monasterium Luxoviense, donec simul omnes deliberassent, quid de eo statuendum. Aliqui Episcoporum veriti, ne Regis indignatio ad ultima prorumperet, S. Leodegario consilium suggesserunt; Gratiæ loco peteret, ut perpetuo in hoc Monasterio permanere posset; quod etiam obtinuit. In eodem Monasterio adhuc versabatur Ebroinus, videbaturque S. Leodegario sincere reconciliatus, ac si ambobus reliquum vitæ tempus inter illos Monachos fuisset transigendum. Rex nihilominus, improborum consiliis impulsus, jusserat S. Leodegarium ex Monasterio abstrahi, ut deponeretur, & capite plectere- Childerici Regis Crudelitas.

Sæculum VII A. C. 673.

cteretur. Sed Ermenarius nefas prohibuit. Is Abbas ad S. Symphorianum Auguſtoduni erat, eique Rex poſt ſeceſſum S. Leodegarii, id rogante populo, urbem commendaverat. Ergo proſtratus ad Regis pedes rogare non deſtitit, dum impetraſſet, ut S. Epiſcopo in illo Monaſterio manere liceret. Qui Ermenarium ex cauſa prædicta ſæpe ad Regiam ventitare videbant, ſuſpicabantur, eum Leodegario infenſum, importune Regem adire, a quo illius impetraret Sedem Epiſcopalem (eam quippe poſteriore tempore obtinuit) neutiquam vero hæc perfidia Ermenario in mentem venit, ſed S. Leodegarium, quoad vixit, ſincero affectu fovit.

Con. Fredeg. n. 95.

Ceterum Rex Childericus perverſos affectus non cohibebat. Cumque Bodilonem, virum nobilem, ſtipiti alligatum, virgis ſerviliter cædi juſſiſſet; eam ob rem reliqui Optimates tanto furore accenſi ſunt, ut in Regis perniciem conjurarent. Igitur comperto, quod Childericus in Domo, poſita in ſilva Leuconia, quæ ſilva Liverienſis prope Pariſios eſſe creditur, venationis amore moraretur, vi adhibita irrumpunt. Bodilo Regem, Blichildem Reginam uterum geſtantem, eorumque filium puerili ætate Dagobertum trucidat. Cæſorum corpora in Eccleſia S. Germani de pratis ſepulta;

pulta; alius tamen Childerici filius, cui nomen Daniel, superfuit. Occisus est Childericus anno 673. ætatis suæ vigesimo tertio, postquam regnasset annis undecim, quo sublato magnis motibus concussa est Francia. Theodoricus interempti frater, e Monasterio S. Dionysii egreditur, & Rex Neustriæ salutatur, illinc Dagobertus Sigeberti II. Filius ex Hibernia revocatur, & Rex Austrasiæ pronunciatur. Sæculum VII A. C. 673.

§. L.

Martyrium S. Præjecti.

Inter hos tumultus quidam nomine Agricius cum S. Præjectum Auctorem necis Hectoris Patricii esse crederet, Arverniæ Optimates ad arma in perniciem Episcopi capessenda commovit. S. Præsul postquam Augustoduno discessisset, acceptis Regis Childerici litteris, quibus ei possessio agrorum litigiosorum asserebatur, domi suæ quiete agebat cum Amarino Abbate, olim ex Regione Vogesina secum adducto; cum ecce Agricius cum armatorum manu adest. Ubi insonuit tubæ militaris clangor, S. Præjectus & S. Amarinus precibus ad Deum convertuntur, Episcopi Domesticis omnibus ad Silvæ latebras fugientibus. Viri armati numero viginti intrant, & protinus S. Abbatem, quem Episcopum esse crede-

Sigeb. an. 670. vita S. Præj. n. 13. to. 2. p. 644.

Sæculum VII credebant, perimunt; jamque recede-
A. C. 674. bant, cum se ipsum prodidit. Tum ve-
ro militum aliquis, natione Saxo, Epis-
copi latus sica haurit, moxque ense ca-
Mart. Rom. put collabentis findit. Occubuit S. E-
25. Jan. piscopus anno 674. vigesimo quinto Jan.
quo die Ecclesia eundem inter Martyres
colit.

In Arvernia eum Incolæ *S. Prieſt*, Pa-
risiis S. *Prix* vocant. S. Abbas vulgo
S. Damarinus appellatur.

S. Lambertus quoque Episcopus Tra-
vit. S. Lamb. jectensis hoc turbine involutus. Nam,
n. 34. to. 3. quia Regi Childerico carissimus fuerat
Act. B. p. 70. (verisimiliter illo tempore, quo in Au-
strasia solum regnabat) eo interfecto, Se-
de sua pulsus, & in eam aliquis, cui no-
men Faramundus, intrusus est.

Tum S. Episcopus ad Monasterium
Stabulense se recipiens cum duobus tan-
tummodo servulis, septem annis, qui-
bus ibi versatus est, omnes Regulæ a-
pices, ut Monachorum minimus, obser-
vavit.

Econtra S. Leodegarius Sedi suæ ho-
norifice restitutus est. Cum Rex Chil-
dericus duobus Ducibus missis Episco-
pum Luxovio abstractum ad se adduci
jussisset, Clientum aliquis animo consti-
tuerat, S. Virum obtruncare, quampri-
mum e Monasterio pedem extulisset; u-
bi vero tempus exequendi facinus ad-
fuit,

fuit, ſubito terrore perculſus, & ad S. E- Sæculum VII
piſcopi genua ſe demittens, veniam ro- A. C. 674.
gavit. Mox allato nuncio, Childericum
fuiſſe necatum, illi Duces, qui S. Leo- S. Leodega-
degarium deducebant, ejusdem defenſio- rius reſti-
nem in ſe ſuſceperunt, accitis pluribus tutus.
aliis, qui eum inter novi Regiminis tur-
bas tuerentur. His igitur Leodegarium
magno comitatu Auguſtodunum dedu-
centibus, occurrit Ebroinus, qui nec-
dum depoſito Monachi habitu Luxovio
egreſſus, & valido Clientum præſidio
ſtipatus iter faciebat. Is S. Leodega-
rium comprehendere meditabatur, im-
memor, quod eidem in Monaſterio æter-
nam amicitiam promiſiſſet; at obſtitit
huic molitioni S. Geneſius Archiepiſco-
pus Lugdunenſis cum valido armatorum
præſidio ſuperveniens. Itaque Ebroinus
ſentiens ſe viribus inferiorem, diſſimu-
lato animo Leodegarium usque ad Civi-
tatem Auguſtodunenſem comitatus eſt.
Epiſcopum redeuntem Auguſtodunen-
ſes editis maximi gaudii ſignis exceper-
runt. Ornatæ plateæ, Clerici cereos
portantes & Antiphonas canentes ob-
viam proceſſerunt, tota Civitas in redi-
tu cariſſimi Paſtoris plaubebat.

Altero die S. Leodegarius & Ebroi-
nus Auguſtoduno exierunt, Regem Theo-
doricum adituri; at Ebroinus in media
via ab Epiſcopo receſſit. Ipſe ad Re-
gem

Sæculum VII A.C. 674.

gem pervenit, & ex ejus consilio Dignitas Majoris Domus in Leudesium Erchinoaldi filium collata est. Ex his dispicimus, etiam sanctissimæ vitæ Episcopos jam illa ætate negotia Reipublicæ tractasse, &, rebus turbatis, Præsules cum armatorum cohortibus, sicut ceteros Optimates, iter. feciſſe.

Conc. Fred. n. 99.

§. LI.

Wamba Rex Gothorum.

Hist. Jul. Toletan. Duchesne to. 1. hist. Fr. p. 811

Mores eosdem ac in Francia sub Regibus Gothorum fuisse legimus. Rege Recesuinto anno 672. vita functo, Wamba invitus ei Successor datur, atque Toleti Oleo Benedicto super caput ejus a Quiricio Archiepiscopo effuso consecratur. Nunquam antea legi, Reges unctos fuisse. (*) Vix dum novo Rege inaugurato, in Gallia Narbonensi Seditio in eum movetur, cujus capita erant Ildericus Comes Nemausi, Gumildus Episcopus Magelonensis, & Abbas, nomine Ranimirus seu Ramirus. Ildericus cum Aregium Episcopum Nemausinum in suam factionem pertrahere non posset, eundem vinculis onustum misit ad

(*) Saltem illam Traditionem non ignoraverit Fleurius, secundum quam, cum baptizandus esset Rex Clodoveus, ampulla Chrismatis columbæ ore cœlitus allata est. Brev. 1. Octob.

ad Francos, atque in ejus Sedem Rami- Sæculum VII
rum Abbatem intrusit, cujus vero Electio A. C. 674.
nec Auctoritate Principis, nec Metropolitæ confirmata. Insuper a duobus solum, & exteris Episcopis ordinatus est.

Rex Wamba comperta seditione misit ad reprimendos Rebelles Paulum Ducem, qui & ipse ab eo defecit; Argebadum Archiepiscopum Narbonensem se objectis claustris a Civitate arcere parantem celeritate antevertit, & capta urbe assumptoque Regis titulo illius Factionis Princeps extitit. Cum deinde ipse Rex Wamba in seditiosos moviſſet, urbes omnes ipsamque Narbonam iterum in potestatem redegit. Gumildo Episcopo animus erat Magellonam urbem propugnare, sed prævidens, se terra marique obsidendum, illa relicta, Nemausum se recepit cum Paulo, qui ibidem urbe deinde obsessa & dedita captus est. Nam vires sibi deesse, quibus urbem tueretur, intelligens, ad Regem Wambam misit Archiepiscopum Narbonensem, qui oblato prius S. Sacrificio, ut erat vestibus Sacerdotalibus indutus in conspectum Regis se conferens, prostrato in terram corpore, vitæ gratiam reis impetrare conatus est. Movit Regem tanti Supplicis Oratio. Omnia vasa sacra a Paulo in belli sumptus ablata, atque inter alia coronam auream a Rege Recca-

Sæculum VII A.C. 675.

Reccaredo ad ornandum S. Felicis Gerundani ſepulchrum donatam, quam vero Paulus capiti ſuo impoſuerat, reddi juſſit, & Toletum reverſus in Rebelles in Conventu totius Nationis ſecundum Canones & Viſigothorum Leges judicium ferri voluit. In illa ſententia de ultimo Canone Concilii Toletani quarti mentio facta, & pronunciatum, Rebelles eſſe morte dignos; ſi tamen Rex parcere vellet, id ea ſolum conditione fieri oportere, ut ſingulis oculi eruerentur.

Ibid. p. 831.

to. 5. Conc. p. 1714. Sup. Lib. XXXVII. §. 49.

§. LII.

Concilium Toletanum XI.

Victoria de ſeditioſis reportata Rex Wamba in exornanda Civitate Toletana, Metropoli ſua, totus fuit, poſuitque in portis Sanctorum Virorum ſtatuas arte ſiugulari elaboratas, additis inſcriptionibus, quibus Cives eorum Tutelæ committebat. Regis ejusdem juſſu Concilium Provinciæ Hiſpanicæ Carthaginenſis, quod inter Toletana undecimum numeratur, celebratum. Convenere Patres in Eccleſia S. Virginis ſeptimo die Nov. anno quarto Regni ejus, JEſu Chriſti 675. & inprimis querebantur, rariſſime Concilia celebrari; Concilium enim Toletanum decimum anno 656. fuerat congregatum, atque annis octode-

to. 6. Conc. p. 539.

Iſid. Pac. p. 8. 9.

octodecim nunquam Episcopi fuerant convocati. Deinde exponunt Fidei suæ Confessionem, cui examinandæ triduum impenderant, & jejunium servaverant. Sequuntur Canones sexdecim, in quorum primo præcipitur, ut in Conciliis servetur modestia & gravitas. Nemo tumultum excitet, aut excusse rideat. Non misceantur sermones inutiles, nemo obstinate disputet, vel in alterum convicia ingerat. Negligentia Episcoporum tam in discendo, quam docendo subditos, vituperatur. Præcipitur, ut Metropolita Episcopos, & hi commissum sibi gregem erudiant. In qualibet Provincia, omnibusque Ecclesiis Officium Divinum eo Ritu, quo in Ecclesia Metropolitica fit, peragatur. Quia Episcopi non nunquam mutuo odio longo tempore flagrabant, prohibetur, ne ad Altare audeant accedere, antequam fuerint reconciliati, & præscribitur, ut, si uno anno inimicitias aluissent, duobus annis pœnitentiam subirent.

Sæculum VII A.C. 675.

Sup. n. 21.

c. 1.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

Haud diu ante illa tempora tam in Hispania, quam Gallia, Episcopos Barbarorum de Gente ordinare cœperant, quod ex eorum nominibus apparet; hinc multi eorum barbaros mores servabant. In hoc Concilio quidam Episcopi arguuntur, qui pravis affectibus in transversum acti sententiam in reos pronunciabant,

c. 5.

Sæculum VII A. C. 675.

qui rem alienam rapiebant, cædes committebant, aut vi injusta miseros opprimebant. Quia vero juxta Barbarorum consuetudinem plurimorum criminum pœnæ pecunia redimebantur, etiam ab Episcopis nummi exigebantur, quos non sine Ærarii Ecclesiastici dispendio dabant. Itaque statuitur, ut ejusmodi Pacta cum Episcopis iniri non possint, nec quidquam exigi, nisi Bona propria habeant, aut ea prius Ecclesiæ donaverint. Quod spectat ad illos, qui nihil habent, cum præstantissima Episcoporum Dignitas non permittat, ut in servitutem redigantur more laicorum, mulcta mutetur in Pœnitentiam Canonicam, atque viginti Pœnitentiæ dies decem solidis aureis, servata semper proportione, comparentur. Si Episcopus alicujus Optimatis Uxorem cognoverit, si filiam vel propinquam corruperit, si homicidium voluntarium commiserit, vel si Personæ nobili vel virilis vel alterius sexus gravem contumeliam intulerit, deponatur, relegetur, & non ante vitæ finem Communionem accipiat.

Ad eandem pœnam damnantur Episcopi, qui in causa sanguinis judicia exercent, id est, qui per se ipsos de criminibus morte dignis pronunciant, & reos, sive Ecclesiarum suarum servi sint, sive alii, mutilari jubent.

Quidam

Quidam Episcopi usque adeo vindictæ cupiditati indulgebant, ut eos, quos oderant, occultis artibus necarent, sub specie injungendæ pœnitentiæ; hinc Concilium præcipit, ut peccatores publice, vel saltem duobus aut tribus testibus præsentibus corripiantur. Si quis Exilio vel carcere puniretur, sententia coram tribus testibus pronuncietur, & Episcopus sua manu subscribat. Ergo Episcopi jam illa ætate ejusmodi pœnas infligebant. Sæculum VII A. C. 675. c. 7.

In primo Concilio Toletano præceptum fuerat, ut ille, qui acceptam de manu Presbyteri Evchariſtiam non consumpsisset, tanquam Sacrilegus ex Ecclesia ejiceretur; in isto autem declaratur, illum Canonem de iis solummodo intelligi debere, qui contemtus causa id facerent, at non de illis, qui ob naturalem infirmitatem Evchariſtiam consumere nequeunt. *Vidimus enim*, inquiunt Patres, *a quibusdam morti proximis Evchariſtiam ex ore rejici, quod eorum ita areant fauces, ut Hoſtiam* (*) *niſi ſimul Sacrum* c. 14. *Sup. L. XX. n.* 48. c. 11.

Z 2 *Calicem*

(*) Ex his liquido constat, jam illa ætate Evchariſtiam sub sola panis specie ad moribundos sine Sacrilegii metu fuisse delatam. Nulla ergo causa fuit, cur Protestantes Consuetudinem Ecclesiæ antiquissimam & rationabilem rejicerent.

Sæculum VII A.C. 675.

Calicem bibant, deglutire non possint. Itaque moribundi sub sola panis specie communicabant.

c. 12. Pœnitentes, si in periculo mortis existant, statim reconcilientur, &, si moriantur, antequam reconciliati fuerint, in Ecclesia tamen pro iis oretur, & Oblatio ipsorum nomine facta acceptetur. Providetur casui, quo Sacerdos subito morbo corripitur, vel mentis impos fit, & præcipitur, ut ille qui cantat, officium celebrat, vel Sanctum Sacrificium offert, *c.* 14. semper penes se habeat alterum, ejusdem secum Ordinis, ut, si ipse improviso collaberetur, ille omnia perficiat. Id in ejusmodi casu faciendum, jam ante Concilium Toletanum septimum decreverat. Tandem statuitur, ut singulis annis in Metropoli, die, quam Princeps vel Metropolita præstituerit, Synodus convocetur.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 43. *Conc. VII. c.* 2.

Conc. XI. c. 15. Concilio huic subscripserunt Episcopi septendecim, & primus ponitur Quiricius Toletanus, Diaconi duo, Episcoporum absentium Delegati, Abbates sex, & Archidiaconus Toletanus. Ferunt, *Luc. Tud. Lib.* 3. in hoc Concilio Divisionem Cathedrarum Episcopalium in Hispania factam fuisse; cum enim Rex Wamba Res gestas Antecessorum suorum sibi prælegi jussisset, cuilibet Diœcesi sub Ecclesiis Metropoliticis terminos posuit, nempe Diœcesi

Diœceſi Toletanæ, Hiſpalenſi, Emeritanæ, Bracarenſi, Tarraconenſi, Narbonenſi, & duabus Eccleſiis Legionenſi, & Lucenſi, quæ nulli Eccleſiæ Metropoliticæ ſuberant. Sæculum VII A. C. 675.

§. LIII.

Concilium Bracarenſe quartum.

Eodem anno 675. Wamba anno Regni ſui quarto convocari juſſit Concilium, quod inter Bracarenſia quartum numeratur. Querelæ contra quorumdam Epiſcoporum crudelitatem, ſicut in Concilio Toletano, allatæ, quod viros ſpectatiſſimos tanquam latrones haberent, atque jubere auderent, ut Presbyteri, Abbates, Diaconi flagris conciderentur. Hæc ſub pœna Excommunicationis & Exilii prohibentur. *to. 6. Conc. p. 561. can. 7.*

Item quorumdam Epiſcoporum faſtus corripitur, qui in Feſtis Martyrum cum Reliquiis, quas e collo dependentes geſtabant, ſe manibus Diaconorum Albis indutorum in Sede magnifica circumferri, magna Fidelium turba comitante, ſinerent. Præcipitur, ut Diaconi Reliquias thecis incluſas humeris ſuis geſtent. Rurſus, arguuntur Epiſcopi, qui Bona ſua propria non ſine damno Eccleſiarum augebant. Presbyteri Miſſam non celebrent, aut Communionem accipiant, niſi Orarium, id eſt, Stolam ab humeris *c. 6. c. 9.*

Sæculum VII A. C. 675.

meris pendentem & in pectore decussatam gestent. Prohibetur, ne quis ad bibendum vel edendum in conviviis profanis Vasis Sacris utatur, quod sacrilege fieri dicitur. Nemo ad usus profanos adhibeat, vendat, vel donet vela aut alia Ornamenta Ecclesiæ. Nemo in Sacrificio offerat pro vino lac, aut uvam;(*) nec Evchariſtia in vinum intincta Fidelibus præbeatur, quia id, dicunt Patres, est contra Institutionem, in qua Dominus Noster panem & vinum separatim præ-

c. 4.

c. 3.

c. 2.

(*) Concilii verba Edit. Paris. sunt: *Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra Divinos Ordines, & Apostolicas Institutiones, lac pro vino in Divinis Sacrificiis dedicare: Alios quoque intinctam Evchariſtiam populis pro complemento Communionis porrigere: Quosdam etiam non expressum vinum in Sacramento Dominici Calicis offerre, sed oblatis uvis populos communicare.* Et in fine: *De cetero aliter quam præceptum est faciens tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus ad gradus sui Officium redeat.* Et in §. III. *Etenim quod & auditui horribile & visui execrabile judicatur, relatum est nobis, quod quidam Sacerdotum sacrilega temeritate præcipites vasa Domini in proprio usus assumant... quod malum & obstupentes deflemus. &c.*

Ceterum istud Concilium Bracarense in Actis Concil. non IV. sed III. dicitur.

præbuit. (*) Ergo prohibitum est quidquam aliud nisi panem & vinum in Sacrificio offerre secundum antiquorum Conciliorum Decisionem. Sæculum VII A. C. 675.

Concilio Bracarensi Episcopi octo subscripserunt.

§. LIV.

Martyrium S. Aigulphi.

Ad idem fere tempus refertur Martyrium S. Aigulphi Abbatis Lerinensis. Is, Blesis natus, in vita Monastica Magistrum habuit S. Mommulum Abbatem Floriacensem ad Ligerim, qui, ut supra retuli, S. Benedicti Reliquias illo transtulit. Cum in Monasterio Lerinensi, Vincentio Abbate defuncto, Disciplinæ rigor fuisset solutus, Monachi a Rege petierunt, ut sibi daret Abbatem, qui collapsam Disciplinam restitueret. Rex ad eos regendos misit Aigulphum, qui, ubi advenit, honorifice exceptus, non inuti-

vit. to. 2. Act. p. 656.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 60.

(*) Quando Fideles sub utraque specie communicabant, JEsu Christi Institutioni magis consentaneum videbatur, sub utraque specie separata Corpus & Sanguinem Christi iis præbere; quamvis legamus ✝ in Conciliis, Panem sacrum in Sanguinem sacrum fuisse intinctum & Fidelibus datum, quod etiam ex parte in Missa fit. At etiam sacrum Corpus sub una tantum specie ad ægrotos fuisse delatum, supra ex Concilio Toletano vidimus.

✝ Turnelius de Sacramento Eucharistiæ.

Sæculum VII A. C. 677.

lem operam reformandis moribus impendit. Animi reconciliati, Monachi, qui inde discesserant, redierunt, & omnia, quæ populo scandali occasio fuerant, sublata. Verum duo Monachi Arcadius & Columbus novi Abbatis asperitatem aversati, & in Virum Sanctum conjurantes, eum, & omnes viros probos illius Monasterii latrocinio e vivis tollendi consilium ceperunt. Ceteris ad Ecclesiam S. Joannis fugientibus, S. Aigulphus Rebellibus facinoris, quod audebant, turpitudinem exprobravit. Hi veniam petierunt, & nihil ultra moliti sunt.

Postea vero veriti, ne tantæ audaciæ factum vulgaretur, & ad aures Regis perveniret, Arcadius e Monasterio exiit, ut in Sæculo sibi Patronum quæreret, Columbus vero remansit, ut intus seditiones foveret. Porro cum Arcadio ad Monasterium redire volenti & pœnitentem animum simulanti S. Abbas claustra objeciisset, virum in illa regione potentem adiit, cui nomen Mommulus, suggessitque consilium, ut in Abbatiam Lerinensem expeditionem moveret, ubi ingentem rerum pretiosarum vim occupare posset. Venit ille, & ab Abbate, cui non erat ignotus, humanissime exceptus est. Interim quidam Episcopus, cui nomen Audoënus, hominem miserat, qui

S. Ai-

S. Aigulpho indicaret, conjuratos vitæ e- Sæculum VII
jus insidiari. Is S. Audoënus Rothoma- A. C. 677.
gensis fuisse creditur, qui anno Adeodati Papæ quarto seu 677. iter Romam suscepit. Ceterum, quæ indicaverat, verissima erant; quippe S. Aigulpho cum Mommulo mensæ accumbente intrat Arcadius satellitibus stipatus, Abbatem comprehendit, & fustibus crudelem in modum diverberatum, unacum Monachis ipsi addictissimis in carcerem detrudit.

Altero die Arcadius captivos invisit, & mentitus, se mali, quod paterentur, Auctorem neutiquam esse, cibos inferri jubet. Quia vero hora diei erat tertia, & dies jejunii, quod usque ad horam nonam sustineri solebat, noluerunt comedere. Mommulus, qui interea receesserat, post triduum rediens, ex singulis Monachis quæsivit, in quo loco pecuniam haberent repositam; omnibus respondentibus, ab Abbate suo sibi prohibitum, ne rem quamcunque, ne quidem voluntatem suam in potestate haberent, de Bonis communibus Monasterii, quantum potuit, diripi jussit. Postquam S. Aigulphus ejusque Discipuli decem diebus in carcere fuissent, eos Arcadius & Columbus mutilatis linguis & erutis oculis centonibus semitectos navi imponunt, & mari tunc forte procellosissimo com-

Sæculum VII A. C. 677.

mittunt. In parvam deinde Insulam haud procul Sardinia delati contrucidantur. Interfectorum corpora postea Rigomeri Abbatis, S. Aigulphi Successoris, cura Lerinum translata, Disciplina restituta, crevit Monachorum numerus, & Lerinense Monasterium præ cæteris floruit. S. Aigulphi, & Sociorum ejus Martyrum Festum tertio Sept. celebratur, & ipse vulgari illius populi lingua Sanctus *Ayoul* vocatur.

Mart. Rom. 3. Sept.

§. LV.

Privilegium S. Martini Turonensis.

Agiricius Presbyter & Abbas S. Martini Turonensis Romam profectus, ut limina Apostolorum veneraretur, Privilegium Chrodoberti seu Roberti Archiepiscopi Turonensis huic Monasterio concessum Adeodato Papæ obtulit, petiitque, ut illud confirmaret. Ægre eo adduci potuit Papa, ut faceret; nam Ecclesia Romana Monasteria Episcoporum curæ subtrahere non solebat. Cum vero videret, hoc Privilegium non solum ab Archiepiscopo fuisse concessum, sed etiam plures alios Galliarum Episcopos subscripsisse, sua quoque Auctoritate datis Litteris accessit. Hæ litteræ nihil continent præter consuetas illa ætate Clausulas, quæ in Marculfo leguntur. Nempe ut conservaretur Monachis libertas

to. 6. Conc. p. 532. Coint. an. 674. n. 99. Sup. n. 28.

tas vivendi secundum Regulam sine præjudicio Jurisdictionis Episcopi Diœcesani quoad Ordinationes. Sæculum VII A. C. 677.

Inde autem dispicitur, Congregationem ad Sepulchrum S. Martini fundatam verum fuisse Monasterium, in quo Disciplina Regularis vigebat.

§. LVI.

Adeodatus obit. Donus Papa.

Adeodatus Papa anno 677. decessit. Una Ordinatione mense Dec. Presbyteros quatuordecim, Diaconos duos, & aliis temporibus per diversa loca Episcopos quadraginta sex creaverat. Sepultus est ad S. Petrum 26. Jun. vacavitque S. Sedes mensibus quatuor & dimidio. *Anast.* Tum electus est Donus seu Domnus, Romanus, Mauritii filius, qui annum unum menses quinque & sex dies sedit. Is aream, quam porticus quatuor ambiebant, ante Ecclesiam S. Petri marmore quadrato stravit. Ecclesiam quoque Apostolorum via Ostiensi reparavit, eamque sicut etiam Ecclesiam S. Euphemiæ via Appia consecravit. Cum Romæ in Monasterio, quod Boëtii dicebatur, invenisset Monachos Syros, Nestorianos, illis in diversa Monasteria sparsis, in Boëtii Monasterium Monachos Romanos immisit. Domno S. Sedem tenen-

Sæculum VII A. C. 677. tenente Eccleſia Ravennatenſis, quæ ab Eccleſia Romana ſeceſſerat, obtendens, ſe nulli eſſe ſubjectam, ad obedientiam rediit, illisque diebus Epiſcopus Reparatus mortem oppetiit. Conſtantinopoli Joanne Patriarcha anno 677. vita functo, ſucceſſit Conſtantinus Diaconus, Ærario præfectus, & œconomus, ſeditque annum unum & octo menſes.

§. LVII.

S. Leodegarius perſecutionem patitur.

In Francia necdum turbarum finis. Torquebat Ebroinum fortuna Leudeſii, quem Dignitate Majoris Domus exornaverant; igitur abjecta veſte Monachi, iterum uxori jungitur, milites conducit, & in Regem Theodoricum movet. Leudeſium ſpe pacis deceptum in caſſes pertraxit, & interfici juſſit. Tum duobus Epiſcopis ob nota flagitia depoſitis Deſiderato, cognomento Diddone, Cabillonenſi, & Abbone ſeu Bobone, Valentino, in ſcelerum ſocietatem adſcitis, adeſſe Regis Clotarii III. filium, quem Clodoveum appellabat, commentus eſt, ſparſitque in vulgus, Theodoricum diem oppetiiſſe. Ipſe deinde, quaſi novum Regem populis exhibiturus, in Neuſtriam duxit exercitum, duobus Epiſcopis

vit. S. Leod. per Anon. to. 2. Act. Ben. p. 686. §. 8.

pis cum Vaimaro Campaniæ Duce in Burgundiam missis. Hi iter Augustodunum instituerunt, S. Leodegarium occupaturi, qui ad tollendos abusus, qui se absente in Ecclesiam irrepserant, incumbebat. Amici & Clerici ejus monebant, ut fugeret, & thesauros, quos congesserat, auferens hostes adempta spe prædæ averteret. Sed ipse respondit: *Cur probrose mecum traham, quæ Cælo inferre non possum? præstat ea pauperibus dari.* Ergo vasa sua argentea, quorum magnam vim habebat, produci, & malleis confringi jubet, per manus virorum fidelium distribuenda, illis servatis, quæ ad usum Ecclesiarum destinata erant. Sæculum VII A. C. 677. c. 9.

Ista pecunia Monasteriis virorum fœminarumque magno subsidio fuit. Postea S. Episcopus indicto jejunio triduano & publica omnium in sua Diœcesi fidelium supplicatione indicta, in qua Crux & Sanctorum Reliquiæ circa muros Civitatis circum ferebantur, sub qualibet porta prosternebatur, & inter lacrymas a Deo postulabat, ut, si se ad Martyrii palmam vocaret, gregem suum in captivitatem abstrahi non permitteret. Hostium adventu perterriti populi undique in Civitatem confluxerant, clausæ portæ, & omnia ad repellendam vim

Sæculum VII A. C. 677.

vim parabantur. Tunc S. Episcopus, Fidelibus ad Ecclesiam convocatis, veniam sibi concedi ab iis expetiit, quos forte justo acerbius increpasset.

Haud multo post tempore advenere hostes, & civibus muros strenue tuentibus usque ad noctem pugnatum est. At S. Leodegarius intelligens, quantis periculis se offerrent, dixit: *Cives! nolo, ut iterum pugnetis. Si ad me capiendum venerunt, ultro me dedam. Mittamus ex Fratribus nostris unum, qui ex ipsis resciat, quid sibi velint.* Quidam Abbas, nomine Meroaldus urbe egressus Diddonem adiit, qui respondit: Arma se non posituros, priusquam sibi traditus fuisset Leodegarius, & cives Regi Clodoveo fidem jurassent, affirmans jurejurando, Theodoricum luce non frui. Postquam hoc Responsum ad S. Leodegarium relatum, publice edixit; se potius mortem subiturum, quam fidem Principi juratam frangeret, cumque hostes igne ferroque Civitatem aggrederentur, omnibus fratribus vale ultimum dixit. Mox sumpta sancta Communione intrepide ad portam procedit, aperiri jubet, & inimicis se tradit, qui S. Viro oculos eruerunt. Ipse sævientes non ligatis manibus fortiter sustinuit, Psalmos recitans. Nec ullum gemitum acer-

S. Leodegario eruuntur oculi.

acerbissimi supplicii genus expressit. Vaimarus & Diddo Boboni Cathedram Augustodunensem dederunt, amissi Episcopatus Valentini, ex quo ejectus fuerat, solatium, eumque populus, ut captivitatem effugeret, recepit. Itaque nemo quidem abstractus in vincula, sed quinque millia solidorum aureorum ex ærario Ecclesiæ, præter ea, quæ Cives pendere compulsi sunt, rapuerunt. Sæculum VII A. C. 677.

Vaimaro S. Leodegarium secum in Campaniam deducente, Diddo & Bobo cum Adalrico, quem in Provincia Patricium præfecturi erant, iter ingressi sunt. In via S. Genesium Archiepiscopum Lugdunensem capere animus erat; sed populo undique concurrente, & vastissimam urbem tuente, re infecta recedere coacti sunt. Archiepiscopus haud diu post, primo Nov. anno 677. vita functus Successorem habuit S. Lambertum, qui post S. Vanderillum Abbatiam Fontanellensem rexit. Ejus viri, priusquam Institutum Monasticum amplecteretur, in Aula Regis Clotarii III. magna fuerat Auctoritas. S. Lamberto in Abbatia Fontanellensi successit S. Ansbertus, tertius ibidem Abbas juxta Vaticinium S. Vanderilli, qui duos post se Successores nominaverat.

Coint. an. 667. n. 2.

Act. SS. Ben. to. 2. p. 545. 1053.

Præce-

Sæculum VII A.C. 677.

Præceperat Ebroinus, ut Leodegarius in abditiſſimam Silvam deductus deſereretur, ubi fame periret, & ſpargeretur in vulgus, ipſum in aquas prolapſum fuiſſe & extinctum. Verum poſtquam diu famem tuliſſet, Vaimarus commiſeratione motus eum in domum ſuam juſſit adduci; imo Sancti Viri ſermonibus converſus pecunias, Eccleſiæ Auguſtodunenſi ablatas, ei reſtituit, quas S. Leodegarius pauperibus dandas illo remiſit. Poſtea Ebroini artibus effectum, ut Vaimarus Epiſcopus Trecenſis ordinaretur, veriſimiliter quod ejus potentiam reformidaret. S. Leodegarius vero in quoddam Monaſterium miſſus ibi annos duos egit. Interim cum Ebroinus Auctoritatem Majoris Domus in Regia Theodorici ſibi rapuiſſet, atque in Neuſtria & Burgundia ſolus dominaretur, fingens ſe parricidii in Regem Childericum commiſſi Auctores ulturum, S. Leodegarium & Gairinum ipſius fratrem tanti facinoris accuſavit. Ergo in conſpectum Regis & Procerum producuntur, atque S. Leodegarius Ebroino necem Regis ſibi vehementiſſime exprobranti reſpondit: *Tanto faſtu extolleris, ut in Francia neminem tibi æqualem ferre jam poſſis; ſed brevi Dignitatem amittes, qua indignus es.* Tunc juſſu Ebroini ſeparantur,

vit. Leod. Anon. n. 14.

S. Gairinus.

Anonym. n. 12. Urſin. n. 10.

tur, & prior Gairinus abstrahitur, patibulo alligatur, & lapidibus obrutus necatur. In hoc supplicio dicebat: *Domine JEsu! qui non venisti vocare justos sed peccatores, suscipe animam servi tui, cui mortem Martyrum morti similem, concedere dignatus es!* sic orans expiravit. Sæculum VII A. C. 677.

§. LVIII.

S. Leodegarii Martyrium.

Sancti Leodegarii inimicis necdum eum vita privare ausis, quod ab Episcopis depositus non fuisset, per lacum tamen raptatur, in quo, cum lapillos auctissimos calcare cogeretur, plantæ pedum ejus cruente dilaceratæ. Ademptis jam pridem oculis S. Viri labia quoque & linguam præscindunt, quo eum ad desperationem impellerent. Mox probrose vestibus spoliant, & nudum per lutum platearum raptatum tandem strigoso equo imponunt, & Comiti Varingo custodiendum tradunt. Ermenario ad S. Symphorianum Augustoduni Abbate ejus curam gerente, sanatæ sunt plagæ atque etiam posthac S. Episcopus loqui & verba pronunciare valuit, quod miraculum ab omnibus habitum. Eum deinde Comes Varingus in patriam deductum tanquam Martyrem coluit, & in Monasterium Fescanense misit, ubi duos annos commo- *Sup. n. 30.*

Sæculum VII A. C. 677.

ratus, obducta vulneribus cicatrice, Monniales erudiebat, singulis diebus Sanctum Sacrificium offerebat, & sine intermissione orabat.

to. 2. Act. p. 707.

Inde S. Leodegarius scripsit Epistolam consolatoriam ad Sigradam Matrem suam, quæ in Monasterio Dominæ Nostræ Suessione habitum Monasticum induerat. In ea cumprimis hortatur, ut inimicis ignoscat, & cum ipsi Fescani degenti relatum fuisset, aliquos ex persecutoribus suis criminum pœnas dedisse, tantum abfuit, ut lætaretur, ut potius lacrymas funderet, quod sine pœnitentia decessissent. Nam jussu Regis Theodorici & Ebroini, coacto multorum Episcoporum Concilio, aliqui Episcopi fuere condemnati. Diddoni, olim Episcopo Cabillonensi, caput rasum est, quod Degradationis signum erat. Proscriptus deinde est, & tandem morte punitus. Vaimarus Dux Campaniæ, & postea Episcopus Trecensis, cum Ebroini gratia excidisset, diu cruciatus, postremo suspensus in patibulo crepuit.

vit. per Anon. 14.

Tandem jubente Ebroino S. Leodegarius ad Regiam deductus; quippe eum in judicio Episcoporum deponi volebat, ut ipsi deinceps Sanctum Sacrificium offerre non liceret. Accusatoribus iterum instantibus, ut se necis Regi Childerico illatæ reum fateretur, negavit constanter,

ter, Deum innocentiæ ſuæ teſtem invocans. Tum tunicam Sancti Epiſcopi a ſuprema parte usque ad infimam ſcindunt, quod etiam inter ceteras Depoſitionis Cæremonias fieri ſolebat, eumque manibus Chrodoberti, Comitis Palatii, tradunt cum mandato eum interficiendi. Ebroinus facile prævidens fore, ut Leodegarius inter Martyres coleretur, juſſit, in Silvæ imperviæ latebris puteum inveſtigari, in quem projiceretur, & corpus occiſi ita occultari, ut inveniri non poſſet. Verum Chrodobertus commotus exhortationibus Viri Sancti, qui ſuis Virtutibus omnium hominum amorem & venerationem ſibi conciliabat, non ſuſtinuit morientem conſpicere, ſed famulis quatuor in mandatis dedit, ut imperata facerent. Comitis Uxorem lacrymas diffluentem ſolabatur S. Leodegarius, promittens, futurum, ut Cœleſtem Benedictionem in ſe attraheret, ſi ſepulturæ ſuæ curam in ſe ſuſciperet.

Sæculum VII A. C. 677.

S. Leodegarius necatur.

Ergo quatuor ſatellites Epiſcopum in Silvam perducunt, & cum puteum nullum inveniſſent, tandem gradum ſiſtunt, & tres pedibus ejus advolvuntur, veniam facti petentes. Vir Sanctus pro eis in orationem ſe dedit, tum ſigno, ut convenerat, accepto, quartus orantis caput amputat. Percuſſor haud

Sæculum VII A. C. 677.

diu post a Dæmone obsessus, in ignem insiliisse, & concrematus fuisse fertur. Chrodoberti Comitis Uxor Virum Sanctum in parvo Oratorio, loco, qui Sarcina dicebatur in Artesia, sepeliri curavit, unde postea ad Monasterium S. Maxentii in territorio Pictaviensi, ubi Abbas fuerat, translatus est.

Silva, in qua occisus est, prius Aquilina seu Ivelina dicta a multis Sæculis Leodegarii Nomen tenet, multæ etiam Ecclesiæ ad ejus honorem ædificatæ, & plurima patrata apud ejus sepulchrum referuntur miracula, ita ut pauci Viri Sancti in Francia Sanctum Leodegarium Nominis celebritate superent. Ecclesia eundem secundo die Octobr. inter Sanctos Martyres colit, atque anno 678. passus creditur.

v. Mabill. not. p. 705.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XL.

DONUS PAPA.
CONSTANTINUS POGONAT. IMPERATOR.
PERTHARITUS, REX LONGOBARDORUM.

§. I.

Imperator pacem Eccleſiæ parat.

Conſtantinus Pogonatus Imperator pacem ad annos triginta cum Moavia Califa non æquis modo ſed etiam utilibus conditionibus anno 677., Regni ſui nono, ſancivit, & Moavia poſt

Sæculum VII A.C. 678.

Theoph an. 9. *p.* 296. *Elmac. lib.* I. *c.* 7.

Sæculum VII A. C. 678.

annos tres, Hegiræ ſexageſimo, JEſu Chriſti 680. naturæ conceſſit, annos natus quadraginta, poſtquam viginti regnaſſet. Is annō ſuperiore a Chriſtianis rogatus Eccleſiæ Edeſſenæ arcuatum faſtigium terræ motu collapſum reſtaurari juſſerat. Ceterum Moavia Saracenis imperante, Agatho Patriarcha Jacobitarum Alexandriæ, anno 678. Hegiræ 58. fatis functus, Succeſſorem habuit Joannem, qui annis octo illam Sedem obtinuit. Eccleſiam S. Marci reparavit, & tempore famis, qua Cives Alexandrini tribus annis premebantur, plurimos pauperes aluit. Moaviæ vero ſucceſſit filius *Jeſid*, cui jam ante decennium Patre jubente Muſulmanni fidem juraverant. Pace cum Saracenis firmata, adſunt Legati Avarum, aliorumque populorum ex Occidente, a Conſtantino pacem rogantes, qua conceſſa, reliquum Regni ſui tempus in pace tranſegit.

Abulfar. Chr. or. Elm. lib. 1. c. 7.

Tum de incurſu hoſtium ſecurus Conſtantinus nihil antiquius habuit, quam ut Eccleſiæ pacem ab Heraclii proavi ſui temporibus turbatam reduceret.

Conſtantino Patriarcha Conſtantinopolitano anno 678. vita functo, poſtquam hanc Sedem tenuiſſet anno uno & octo menſibus, ſucceſſit Theodorus Presbyter Syncellus & ærario Eccleſiæ Conſtanti-

Theoph. p. 299.

Sacra Conſt. to. 6. Conc. p. 594.

stantinopolitanæ præfectus, qui equidem statim ac ordinatus fuit, ad Papam scripsit; sed veritus, ne, si pro more antiquo Epistolam Synodicam daret, ea tam parum, quam Epistolæ Antecessorum suorum, reciperetur, misit litteras, Dono Papæ deinde redditas, quibus ad concordiam Romanos exhortabatur. Quærenti deinde Imperatori, quænam Divisionis causa esset, Theodorus & Macarius Patriarcha Antiochenus Constantinopoli residens responderunt; novas de Mysteriis loquendi formulas vel aliquorum ignorantia vel nimia sciendi cupiditate fuisse invectas, & ex eo tempore, quo hæ Quæstiones agitari cœptæ, nunquam utriusque Sedis consensu ad indagandam veritatem Concilium celebratum. Itaque Imperator Concilium convocare statuit. Sæculum VII A. C. 678.

Data in hunc finem ad Donum Papam Epistola dicit; temporum illorum adjuncta non permittere, ut Concilium perfectum congregetur. Quod ideo verisimiliter dicit, quia Episcopi Syriæ Superioris, Palæstinæ, Ægypti, & Africæ sub Musulmannorum potestate constituti venire non poterant. Deinde rogat Pontificem, ut mittat viros sapientes & doctos, qui libros necessarios ad discutiendas & decidendas quæstiones cum duobus Patriarchis Theodoro Con- p. 595. Epistola Imperatoris ad Papam.

Sæculum VII A. C. 678.

ſtantinopolitano & Macario Antiocheno afferant, ſancte promittens, eos incolumes fore etiam in reditu, licet concordia ſtabiliri non potuiſſet. *Hoc facto*, ſubjungit, *innocentes erimus coram Dei Judicio; noſtrarum enim partium eſt, omnes Chriſtianos ad concordiam exhortari, ſed neminem cogere volumus. Mitte ad nos ex Sancta Eccleſia tua Viros tres vel plures, ſi volueris, & ex Concilio tuo Epiſcopos duodecim & non plures annumeratis etiam Metropolitanis.* Hic videmus diſtinctionem inter Legatos Papæ, & Epiſcopos Italiæ, ſeu totius Occidentis, hos quippe omnes ſub nomine Concilii Papalis Orientales complectebantur.

Tum Imperator proſequitur in hunc modum: *Patriarcha noſter, & Antiochenus inſtantiſſime a me petierunt, ut Nomen Vitaliani ex Diptychis tollerem, dicentes, in iis memorari Honorium propter honorem Sedis Apoſtolicæ Romanæ; at ferre ſe non poſſe, etiam ejus Succeſſores memorari, donec diſcuſſæ fuerint quæſtiones de vocibus, de quibus inter utramque Sedem diſceptatur.* Scilicet duo Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Antiochenus Monothelitæ erant, & nullum Pontificem, poſt Honorium, Orthodoxum habebant. *Ego vero*, ſubjungit Imperator, *non conſenſi, ut Vitalianus*

p. 598.

nus ex Diptychis deleretur, tum ut ser- Sæculum VII
varetur æqualitas, & ostenderem, quod A. C. 679.
hos & illos Orthodoxos esse credam, tum ut grati animi signa edam in Vitalianum, cujus in nos amicitia, quoad vixit, inter motus Tyrannorum nostrorum duravit.

Hic de seditione Mezeti sermo est. *Sup. Lib.* Prosequitur Imperator: *Theodoro Patri-* *XXXIX.* *cio Italiæ Exarcho mandata misimus,* §. 42. *ut illis, quos delegaveris, omne subsidii genus sive ad navigandum sive ad sumptus itineris præstet, atque etiam, si necessitas postulet, Bellicas, quæ vobis præsidio sint, concedat.* Hæc Epistola duodecimo Aug. Indictione sexta, nempe anno 678. data.

§. II.

Doni Obitus. Agatho Papa.

Antequam memorata Epistola Romam perveniisset, Donus Papa ex hac vita migravit, sepultusque est ad S. Petrum, undecimo Aprilis anno 679. postquam S. Sedem tenuisset anno uno, quinque mensibus & diebus decem. Una Ordinatione Presbyteros decem, Diaconos quinque & alio tempore Episcopos sex creavit. Ipso defuncto elapsis duobus mensibus & quindecim diebus ordinatus est Agatho, Monachus, patria Siculus, qui S. Sedem duos annos & dimidium te- *Anast.*

Sæculum VII A.C. 679.

nuit, Vir mansuetudine singulari atque omnibus hilaris & jucundus. Is Epistola Imperatoris Constantini ad Antecessorem suum directa ab Epiphanio Notario accepta, statim ad reducendam pacem manum admovit.

§. III.

Ecclesia Anglicana.

vita per Eddi. c. 23. Sup. Lib. XXXIX. §. 46.

Inter hæc S. Wilfridus Archiepiscopus Eboracensis Romam pervenit, querelam movens, quod injuste fuisset depositus. Is Ecclesiam suam annis quatuor, ex quo fuerat restitutus, in pace rexerat, nempe quamdiu Regina Edeltrida cum Rege Egfrido fuit. Hæc Princeps Regia, licet bis nupta, semper suam Virginitatem illibatam servavit; primo enim Tumberti Principis brevi tempore, & deinde Egfridi Regis annis duodecim uxor fuit. Cum Rex sciret neminem apud Edeltridam plus auctoritate valere, quam S. Wilfridum, eidem fundos & multas promisit pecunias, si Reginam eo adduceret, ut matrimonium consummari pateretur. Postquam vero id impetrare non potuit, Rex tandem consensit, ut, quod tam diu flagitaverat, ad Monasterium convolaret. Velamine Monastico e manibus S. Wilfridi accepto, postea ab eodem Monasterii Elgensis seu Elyensis, quod ipsa fundaverat, Abbatissa constituta

Bed. IV. hist. c. 19. vit. S. Edilth. to. 2. Act. B.

tuita est. Non vero mulierum tantum, sed etiam virorum Congregatio ibi fuit. Anno ab hac Fundatione septimo obiit Edeltrida Regina anno 679. atque post lapsum annorum sexdecim corpus ejus integrum repertum argumento fuit, Deum hujus Virginis singularem puritatem ita remunerari voluisse. Sæculum VII A. C. 679.

Postquam Edeltrida ad Monasterium discessit, Rex Egfridus duxit Ermenburgam, quæ, odio in S. Wilfridum concepto, S. Viri potentiam sæcularem, divitias, Monasteriorum multitudinem, amplitudinem ædificiorum, ingentem numerum clientum, vestibus armisque splendentibus procedentem comitantium, muliebri loquacitate apud Regem in pejus extollebat. Rex uxori obsecundans a S. Theodoro Cantuariensi petiit, ut S. Wilfrido depositio tres alios Episcopos, scilicet Bosam Regioni Deirorum Hagulstadii, Eatam Bernicienſibus Eboraci, & Eadhedum Lindisfarniæ ordinaret. Hi in illas Sedes deducti sunt S. Wilfrido absente, cui, cum Regem & Archiepiscopum adiisset, quæsivissetque, cur sibi innoxio Bona a Regum Pietate accepta eriperent, responderunt coram omni populo: *Nullius criminis te accusamus, sed tamen Sententiam nostram non mutamus.* Hæc anno 678. Regni Egfridi octavo gesta. Nempe S. Theodorus liberam *Bed. IV. hist. c. 12.* S. Wilfridus Depositus. *Be. epist.* *Be. IV. hist. c. 17.*

Sæculum VII A. C. 679.

liberam potestatem in omnes Angliæ Ecclesias exercebat, quippe Winfrido Merciorum Episcopo, quod sibi præcepta non feciſſet, depoſito, Sexwulfum cujusdam Monasterii Fundatorem & Abbatem in ejus Sedem ordinavit; Winfridus vero ad ſuum Monaſterium reverſus ibidem vitam ſancto fine clauſit. Erconwaldum quoque vitæ ſanctitate conſpicuum, qui trigeſimo Aprilis colitur, Episcopum Londinenſem ſeu Eſſexienſem ordinavit. Sebbio Regi ejusdem Regionis, nempe Saxoniæ Orientalis, inſigni pietate, Inſtitutum Monaſticum jam longo tempore amplecti cupienti, obſtabat Regina Conjux; cum tandem in morbum lethalem incidiſſet, accerſito Epiſcopo Londinenſi, ab eo Benedictionem, & Habitum Monaſticum tamdiu exoptatum accepit.

Mart. Rom. 30. Apr. Be. IV hiſt. c. 11.

Iſtud omnium primo occurrit mihi exemplum hujusmodi Religionis poſterioribus Sæculis frequentiſſimæ, Monachorum habitu indutum mori velle.

Sub idem tempus anno 679. accidit, ut juvenis, nomine Imma, poſt conflictum in campo tanquam mortuus relinqueretur. Hoſtes inventum, obligatis ipſius vulneribus, captivis adnumerarunt, noctuque vinculis adſtringebant, ne effugeret. Ei frater erat, nomine Tunna Presbyter & cujusdam Monaſterii Abbas,

Bed. IV. hiſt. c. 22.

Bed. IV. hiſt. c. 22.

bas, qui credens, in acie occisum, cor- Sæculum VII
pus quæsivit, cumque invenisset cadaver A. C. 679.
alterius, ipsi admodum similis, illud ad Monasterium suum delatum, honorifice sepelivit, & pro liberatione animæ ejus sæpe Missam celebravit. Mirum! fraternæ orationis effectum sensit vivens frater, quippe hora tertia, scilicet, qua Missa celebrari solebat, sæpe captivi vincula nemine manum admovente solvebantur. Comiti illi, qui captivum tenebat, interroganti, an fascinatione id efficeret, respondit: *Non sum præstigiator, sed habeo fratrem Presbyterum, qui, me mortuum esse, credens sæpe Missam pro me offert, & si in altera vita jam essem, anima precibus ejus a pœnis liberaretur.* Sanitati restitutum juvenem ille Comes alteri venumdedit, qui tam parum ac prior Dominus eum in vinculis retinere potuit, nam etsi varii generis compedes adhiberentur, sæpe certis horis ab iis liberabatur. Tandem a Domino suo fide data dimissus, pretio libertatem redemit. Ad fratrem deinde reversus intellexit, horas illas, quibus varie juvabatur, & vincula solvebantur, fuisse easdem, quibus pro se Missa offerebatur. Hujus juvenis exemplo excitati plures Christiani pro mortuis, quos adjutos volebant, orare, eleemosynas dare, & S. Sacrificium offerre cœperunt. Beda istud factum

Sæculum VII A. C. 679.

factum referens dicit, se illud ab illis, qui ipsum juvenem id narrantem audiverant, accepisse.

§. VI.

S. Wilfridus in Frisia.

Sanctus Wilfridus, Sede sua injuste pulsus, ex consilio Fratrum suorum Episcoporum Romam ire & injuriæ reparationem petere statuit. Itaque multis millibus Monachorum, quibus præfuerat, Episcoporum curæ commissis, cum suis Clericis & comitatu navem conscendit. S. Viri hostes, rati, ipsum per Franciam Occidentalem, nempe electa via breviore, iter facturum, præmissis ad Regem Theodoricum & Ebroinum donis rogarunt, ut in remotissimas terras proscriberetur, vel, sociis ejus interfectis, rebus omnibus privaretur. Ecce vero errorem! Franci, quibus Wilfridus ignotus erat, Winfridum Episcopum Lichfeldiensem, & ipsum Sede sua pulsum, capiunt, pecunias omnes diripiunt, multosque S. Viri socios mactant.

Eddi. c. 23. 24.

Interim S. Wilfridum directo ad Orientem itinere ad Frisones, falsorum Deorum Cultores delatum, illius Gentis Rex Algisus honorifice excepit, & subditis suis Evangelium prædicantem non prohibuit. Cum deinde, Sancto Episcopo in erudiendis his populis desudante

c. 25.

dante, eodem anno majorem piscium copiam cepissent, & omnis generis fructus fuissent uberiores, insolitam abundantiam Deo, quem Wilfridus prædicabat, in acceptis retulerunt. Itaque S. Wilfridus cunctis fere Optimatibus, & multis ex populo millibus sacro fonte ablutis primi illius Gentis Apostoli Nomen meruit. Inter hæc advenientes Legati ab Ebroino missi scriptas ad Algisum Frisonum Regem litteras reddunt, in quibus modium solidis aureis plenum huic Principi se daturum pollicitabatur, si vel Wilfridum Episcopum vivum, vel interfecti caput sibi mitteret. Rex prandens has litteras præsente S. Wilfrido & Sociis ejus, Ebroini legatis & magna populi frequentia recitari jubet; mox correptam & laceratam in focum projicit, dicens conversus ad Legatos: Domino vestro renunciate meo nomine: Ita Creator Regnum & vitam destruat hominis, pejerantis, & initum fœdus violantis!

Sæculum VII A. C. 679.

c. 26.

His Legati erubescentes recesserunt.

S. Wilfridus hyeme in Frisia transacta, anno 679. vere ineunte profectus, ut Romam tenderet, divertit ad Dagobertum Regem Francorum in Austrasia, qui hospitem peramice excepit, accepti beneficii memor. Nam cum Dagobertus

c. 27.

Sup. Lib. XXXIX. §. 26.

Sæculum VII A. C. 679.

tus Sigeberto III. Parente ejus defuncto in Hiberniam a Grimoaldo Palatii Magistro missus fuisset, & post annos viginti omnium votis esset revocandus, Austrasiæ Proceres ad S. Wilfridum litteras dederunt, quibus acceptis, ille Principem omnibus ad iter necessariis instructum addito militum præsidio in Regnum suum remisit. Igitur Rex Dagobertus S. Wilfrido Episcopatum Argentoratensem, in Regno suo amplissimum, conferre cogitabat; sed hanc Dignitatem accipere recusantem, dato itineris socio Adeodato Episcopo Tullensi, donis cumulatum Romam dimisit.

Hospites humanissime excepit Bercherus seu Pertharitus Rex Longobardorum, vir timens Deum, humilitatis & pacis amans, qui ad S. Wilfridum dixit: Inimici tui, missis ad me ex Anglia Nunciis magna mihi dona obtulerunt, si te vinculis darem & Romam ire prohiberem, seditiosum te enim & Episcopum fugitivum appellant. Respondi: *Cum juvenis ex patria proscriptus apud Regem Hunnorum Gentilem morarer, juramento & in nomine Idoli sui mihi promisit, nunquam commissurum se, ut me manibus inimicorum meorum traderet. Aliquanto post tempore adsunt ab hostibus meis Legati, modium solidorum aureorum dare promittentes, si me ipsis traderet;* at

at renuit ille dicens; in propriam se perniciem ruiturum, si datam Diis fidem & juramentum violaret. Multo minus ego, qui verum Deum agnosco, animæ meæ exitium accersam, etsi totum mundum lucrari possem. Itaque S. Episcopo Præsidiarios dedit, qui eum Romam perducerent. Sæculum VII A. C. 679.

§. V.

Concilium Romanum in Causa S. Wilfridi.

Sanctus Wilfridus, confecto feliciter itinere Romam perveniens, cognovit, notam ibi esse adventus sui causam, quod Conwaldus Monachus a Theodoro Archiepiscopo missus litteras attulisset. Igitur Agatho Papa, Synodo plusquam quinquaginta Episcoporum in Basilica Salvatoris mense Octobri anno 679. convocata, postquam causæ tractandæ summam exposuit, Andreas Ostiensis & Joannes Portuensis sententiam suam de Actis sibi cum aliis Episcopis ad examinandum commissis, tam de iis, quæ pro se S. Wilfridus, quam de illis, quæ contra ipsum Adversarii obtulerant, edixerunt: *Omnibus rite pensatis, ajebant, nullius criminis, quod Depositionis pœna dignum esset, canonice convictum invenimus; econtra constat virum esse eximia animi moderatione, cum nullam seditio-* *c. 28. to. 6. Conc. p. 579.*

Sæculum VII A. C. 679.

nem ad retinendam Sedem suam movendam existimaverit. Satis ei fuit, coram Episcopis protestari, & ad Sacram Sedem, in qua JEsus Christus Sacerdotii Primatum constituit, (*) *appellare.*

Tum

(*) Das ist der Grundstein seiner wahren Kirche, welchen Christus der HErr, als er zu seinem himmlischen Vater hinaufgestiegen, hinterlassen, und an welchen sich noch täglich alle diejenigen stossen, die zu dieser Kirche nicht gehören. Herr Johann Lorenz Mosheim fängt die Vorrede zu seinem Buche: Versuch einer unpartheyschen Ketzergeschichte mit folgenden Worten an: Die Geschichte der Ketzer, das heißet, derjenigen, die sich durch ihre besondere Lehren und Meynungen von dem größesten Haufen der Christen getrennet ꝛc. Diese Worte sollen nun den Begrif einer Ketzergemeine in sich enthalten. Ich berufe mich aber auf das Urtheil eines unpartheyschen Lesers, ob nicht dieser Begrif alle Gemeine, auch die sogenannte Evangelische oder die Reformirte, und so weiter, nicht ausgenommen, die sich zu der Römisch Katholischen Kirche nicht bekennen, ganz eigentlich bestimme. Denn eine jede einzel genommen, ist ja nur ein kleines Häuflein, wenn sie der Katholischen entgegen gesetzet wird. Alle Gemeine aber, so in Oriente, Occident und Norden wider die Römische Kirche protestiren, können unmöglich wegen der Unabhängigkeit der einen gegen der andern, und der Verschiedenheit ihrer Lehren, als eine einzige angesehen werden. Weil nun ein Protestant keinen richti-

Tum jussit Papa S. Wilfridum foris expectantem introduci. Legitur ipsius Libellus, in quo sibi titulum Episcopi Saxoniæ tribuebat, dicebatque, se aliunde Pontificem tam viva voce, quam scripto causæ suæ rationem edocuisse. Querebatur se injuste depositum & tres Episcopos in Ecclesia sua fuisse ordinatos. *Theodorum*, inquiebat, *accusare nolo, utpote a Sacra Sede missum; si vero censetis, me amplius Episcopum non esse, humili mente me submitto, & id solum rogo, ut vestra Auctoritate invasores Diœcesis meæ expellantur. Si enim Archiepiscopo & Episcopis Fratribus meis visum fuerit, Episcoporum numerum esse augendum, eosdem in Concilio legitimo ex Clericis ejusdem Ecclesiæ eligant, ego enim Sacræ Sedis Decretis ero obedientissimus.* Ex his dispicimus, præcipuum ad deponendum S. Wilfridum prætextum fuisse, quod in illa Regione major Episcoporum numerus opus fuerit. Sæculum VII A. C. 679.

Libello S. Wilfridi perlecto, Papa ejusdem moderationem, & animi submis- *Eddi. c. 29.*

richtigen Begrif von der wahren Kirche hat, so ist er auch unfähig, dasjenige, was der wahren Kirche entgegen gesetzet ist, nämlich die Ketzergemeinen, richtig zu bestimmen; sondern er wird allzeit, wie der Herr Mosheim, seine eigene Kirche damit vermengen.

Sæculum VII A. C. 680.

sionem laudavit; Concilium autem pronunciavit; Wilfridum in Sedem suam esse restituendum, & contra Canones intrusos expellendos; Episcopos autem, quos cum Concilio in ipsa Regione congregando ad se adjuvandum electurus esset, ab Archiepiscopo esse ordinandos. Hæc omnia sub pœna Depositionis & Anathematis in Episcopos, Presbyteros & Diaconos transgressores, & sub pœna Excommunicationis in alios, etiam in Reges, præcipiuntur.

Post hæc S. Wilfridus quatuor adhuc mensibus Romæ versatus est.

§. VI.

Concilium celebratum ad delegandos Constantinopolim Episcopos.

Eddi. c. 50.

Sanctus Wilfridus interfuit Concilio ab Agathone Papa celebrato tertio die Paschali, id est, die Martis vigesimo septimo Martii anno 680., in quo selecti Legati, qui, sicut Imperator cupiebat, Constantinopolim proficiscerentur. Ad hoc Concilium centum viginti quinque Episcopi ex omnibus Italiæ partibus convenerunt. Primo ex Provinciis immediate S. Sedi subjectis, ex Campania, ex Brutiis, Calabria, aliisque Romæ & Siciliæ propinquis. Deinde ex Provincia Mediolanensi, cujus Archiepiscopus Man-

to. 6. Conc. p. 692.

suetus

Sæculum VII
A. C. 680.

suetus cum Joanne Pergamensi, Anastasio Ticinensi, & pluribus aliis in Concilio aderat. Manſuetus inter Sanctos die decimo nono Febr. colitur, & Joannes undecimo Julii, quem Rex Cunibertus maxima veneratione prosequebatur. Anastasius vero, olim Episcopus Arianus, postea sincere conversus, inter Sanctos 30. Maji colitur.

Mart. Rom. 19. *Febr.* 11. *Jul.* *Paul. VI. hist. c.* 44. *Mart. Rom.* 30. *M.*

Manſuetus quoque Archiepiscopus Synodum suam Provincialem, incertum, an ante vel post Concilium Romanum, celebravit, & Damianus, tunc Presbyter, & exinde Episcopus Ticinensis, Epistolam Synodalem ad Imperatorem conscripsit. In ea affert exempla omnium Imperatorum, qui ad condemnandas Hæreses Concilia convocarunt. Dicit, Episcopos, quorum nomine scriberet, esse Subditos Longobardorum Regibus Christianissimis Pertharito & Cuniberto ejus filio, quem se vivo Regem salutari jusserat.

Paul. IV. hist. c. 4.

In fine Epistolæ Concilium Mediolanense Fidem suam exponit, & disertis verbis in JEsu Christo duas Voluntates & duas Operationes confitetur. Damianus hujus Epistolæ Auctor inter Sanctos duodecimo Aprilis colitur.

Mart. 12. *April.* *Boll. tom.* 16. *p.* 91.

In Concilio Romano nomina aliorum quoque Episcoporum, qui sub Dominatione Longobardorum degebant,

to. 6. *Conc. p.* 704.

Sæculum VII A. C. 680.

p. 708.

legere est; nempe ex Provincia Istriæ, cujus Metropolita fuit Agatho Episcopus Aquilejensis, ex Pentapoli atque Hetruria, tum Theodorum Archiepiscopum Ravennatem cum ceteris Episcopis in Exarchatu adhuc dum Romanis subjecto. Cum a longo jam tempore Archiepiscopi Ravennates debitam Papæ obedientiam præstare detrectassent, Theodorus pervicaciam emendavit, seque S. Agathoni subjecit. Post nomina Episcoporum Papæ immediate subditorum in Subscriptionibus Concilii Romani occurrunt Adeodatus Tullensis, Wilfridus Eboracensis, Felix Arelatensis, & Taurinus Teloniensis.

Anast. in Conc. & Agath. inf. n. 32.

to. 6. Conc. p. 697.

Adeodatus, Felix, & Taurinus se omnes tres Legatos Concilii Galliarum dicunt, unde credibile est, aliquod Concilium fuisse celebratum, unde missi fuerint. At S. Wilfridus quoque Legati nomen sibi tribuit, de quo tamen constat, ab Episcopis non fuisse missum. Nempe in Actis Ecclesiasticis nomine Concilii venire solebant ejusdem Provinciæ Episcopi, etiam Synodaliter non congregati; & S. Wilfridus, quamvis mandata expressa non haberet, de Fide Ecclesiarum Britannicarum confidenter testimonium reddere poterat.

to. 6. Conc. p. 1887.

§. VII.

Sæculum VII
A.C. 680.

§. VII.

Epistolæ ad Imperatorem datæ.

Nihil nobis aliud de hoc Concilio nisi duæ Epistolæ una nomine Papæ solius, altera nomine Concilii datæ supersunt, & utraque non solum ad Constantinum, sed etiam ad Fratres ipsius Heraclium & Tiberium, nam ambo etiam Augusti appellabantur, dirigitur. Epi- *to. 6. Conc.*
stola Papæ, ut illorum temporum sty- *p. 630.*
lus ferebat, enormiter longa est; sed hæc est Summa: *Litteras tuas ad Donum Papam Antecessorem nostrum datas non sine magno solatio accepimus, quibus nos ad examinandam veram Fidem exhortaris. Missa omni mora quærere cœpi viros idoneos, nempe tales, quales temporum istorum, & Provinciæ nostræ calamitates invenire permittunt. Clericos meos & Episcopos huic Sedi vicinos ad consilium vocavi, sed longi temporis res fuit expectare adventum Episcoporum ex Provinciis remotis, quo Antecessores mei Prædicatores fidei miserunt, ut morbos continuos, quibuscum conflictor, silentio præteream.*

Quamobrem, ut debitam tibi obedientiam præstemus, mittimus ad te Venerabiles Fratres nostros Episcopos Abundantium, Joannem, & alterum Joannem, & carissimos filios nostros Theodorum & *p. 634.*

Sæculum VII A. C. 680.

Georgium Presbyteros, Joannem Diaconum, Constantinum Ecclesiæ nostræ Subdiaconum. Item Theodorum Presbyterum Ecclesiæ Ravennatensis cum Monachis Dei Servis. Nec eos ideo mittimus, ut eorum scientiam jactemus; quis enim perfectam Scripturarum scientiam requirat in hominibus, in medio Nationum Barbararum versantibus, & manuum suarum labore vix tantum quotidie lucrantibus, ut corpora alant? at simplici mente Fidem a Patribus nostris acceptam tenemus, & a Deo ut Gratiam singularem efflagitamus, ut sensum & verba eorum, quæ definierunt, nihil addendo, nihil adimendo servemus. His Delegatis quosdam Patrum Textus dedimus & ipsos libros, quos tibi, si jusseris, exhibeant, tibique hujus Ecclesiæ Apostolicæ, Matris tuæ Spiritualis, Fidem, non eloquentia Sæculari, qua destituti sunt, sed sinceritate Religionis, quam a cunis hausimus, explicent. Rogamus suppliciter, ut hos viros benigne audias.

Papa deinde explicat Fidem Ecclesiæ de Trinitate, & Incarnatione, inprimis vero de duabus Voluntatibus. Clare docet, tres Personas Divinas, quia unam habent Naturam, unam etiam habere voluntatem, at in JEsu Christo, quia duas habet Naturas, etiam duas esse Voluntates, & Operationes. Af-

p. 636.

firmat,

firmat, Sacram Sedem nunquam errasse, (*) & nunquam a via Veritatis recessisse, virtute Promissi S. Petro facti, atque Antecessores suos nunquam aliquid habuisse antiquius, quam Hæreticos exhor-

Sæculum VII A. C. 680.

p. 637.

(*) Wunderlich lauten die Worte in der schon gemeldten Vorrede des Herrn Mosheim: Stellen und Urkunden genug für diejenigen, die sich nicht getrauen zu glauben, daß die Kirche Unschuldige verdammen, und ein ungerechtes Urtheil sprechen könne; Wenige oder gar keine für diejenigen, die den Streit der Kirche mit den Ketzern als noch unentschieden ansehen, und auch dasjenige wissen wollen, was ihrer Sache dienen kann.

Wenn der Herr Mosheim sich getrauet zu glauben, daß die Kirche JEsu Christi Unschuldige verdammen und ein ungerechtes Urtheil sprechen könne (das ist etwas für eine Ketzerey erklären, welches keine ist) so ist er, wenigstens in dieser Stelle ein Esprit fort, und getrauet sich mehr zu glauben, als das Versprechen JEsu Christi in dem heiligen Evangelio zu glauben erlaubet. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in Nomine meo, ille vos docebit omnia. Joan. 14.

Uebrigens wenn der Herr Mosheim dasjenige wissen will, was zur Sache der Ketzer dienen kann, so wird er solches hinlänglich im Herrn Fleury antreffen, welcher alles, was die Ketzer zu ihrer eigenen Vertheydigung ans Licht gegeben, aus den ältesten Urkunden redlich ausgeschrieben.

Sæculum VII A. C. 680.

exhortari, ut ad sinum Matris redirent. Tum probat distinctionem duarum Voluntatum ex Textibus Scripturæ a Patribus explicatæ. Subjungit Definitionem Concilii Calcedonensis, & Quinti Concilii, tum multos Textus ex Patribus Græcis addit sermone originali, & Patrum Latinorum in sermonem Græcum conversos. Sequuntur Testimonia S. Gregorii Nazianzeni, Sancti Gregorii Nysseni, S. Joannis Chrysostomi, S. Cyrilli Alexandrini, S. Hilarii, S. Athanasii, Sancti, ut illa ætate credebatur, Dionysii, S. Ambrosii, & S. Leonis. S. Agatho omnes hos textus ad Quæstionem principalem refert, & dicit: *Illi quoque adduci possent, qui pro Concilii Calcedonensis Auctoritate strenue decertarunt; scilicet, Joannes Episcopus Scythopolitanus, Eulogius Alexandrinus, Ephrem, & Magnus Anastasius Antiochenus.*

p. 640.
p. 648.
Epistola S. Agathonis Papæ.
p. 649.
p. 652.
p. 653.
656.
657.
664.

Præterea Pontifex verba refert antiquorum Hæreticorum, qui unicam Voluntatem & unicam Operationem in JEsu Christo esse affirmarunt, nempe, Apollinaris, Severi Acephalorum Principis, Nestorii, & Theodosii Alexandrini. Tum textus Recentiorum Hæreticorum, scilicet, Monothelitarum, Cyri, Theodori Pharanitæ, Sergii, Pirrhi, Pauli, Petri Constantinopolitani, atque eorum dicta sibi ipsis adversantia ostendit. Veritate

p. 665.
p. 668.

Fidei

Fidei Catholicæ hoc modo ſtabilita, Imperatorem excitat, ut eam tota ſua potentia tueatur, & Eccleſiam ab Hæreticis eam oppugnantibus liberet. Subjungit: *Si Epiſcopus Conſtantinopolitanus nobiscum hanc Doctrinam recipiat, ſublatum eſt Schiſma, ſi Novatores ſequatur, coram Dei Judicio rationem reddet.* Tandem in fine Epiſtolæ rogat Imperatorem, ut omnibus Defenſionem Fidei Catholicæ ſuſcepturis plenam dicendi libertatem concederet. Hæc eſt Epiſtola Agathonis Papæ ad Imperatorem. Sæculum VII A. C. 680. p. 669. p. 673. p. 676. p. 677.

Epiſtola Synodalis etiam nomine Summi Pontificis, & omnium Conciliorum ſeu Epiſcoporum Sacræ Sedi ſubditorum, id eſt omnium Provinciarum in Occidente, ſcripta eſt. Summa hujus Epiſtolæ eſt eadem ac præcedentis. Fatentur Epiſcopi, ſe in ſcientiis parum eſſe verſatos, & de Legatis ſuis dicunt: *Juſſi ſumus mittere Viros bonis moribus, & ſcientia Scripturarum inſtructos. Quod ad mores ſpectat, ut ut quis piiſſimos præferat, nemo in ſe ipſo confidere præſumit; quod ad ſcientiam, ſi ad materiam Religionis reſtringatur, ea in ſola cognitione Veritatis conſiſtit. Si Eloquentia Sæcularis requiritur; non putamus, quemquam noſtris temporibus ſibi blandiri poſſe, quod artem bene dicendi calleat. Nunquam* p. 680. p. 681. Epiſtola Concilii Romani.

Sæculum VII A. C. 680.

quam quiescere licet, variarum Nationum furor nostras Provincias turbat, continuæ pugnæ, incursus, latrocinia terrent. Semper Barbarorum arma vel experimur, vel timemus, labore manuum nostrarum vivimus, Ecclesiarum patrimonio sensim per diversas calamitates consumpto. Nihil jam nobis præter Fidem relictum; hanc, quoad vivemus, conservare incorruptam, gloriæ ducimus, pro hac mori posse lucrum æternum erit. Has ipsas Epistolas legenti patet, quam sincere scriptæ sint. Doctrinæ substantia nihil præstantius, (*) sed Stylus est impeditus, & repetitiones frequentes tœdium pariunt.

p. 685. Porro Episcopi excusant, quod Legatos tardius mittant; longam enim viam esse, & multos Episcopos ex Provinciis, quas Oceanus alluit, fuisse advocandos. *Sperabamus*, inquiunt, *Theodorum Philosophum, Archiepiscopum Magnæ Insulæ Britannicæ cum illius Regionis Episcopis, atque plures alios ex diversis locis venturos, ut nomine totius nostri Concilii*

(*) Frustra igitur clamant Protestantes, Literarum ignorantia corruptam fuisse Fidem in his Sæculis; nam sufficiens Doctrina etiam illis temporibus ad refutandos Monothelitas, subtilissimos Hæreticos, in Italia, & in Ecclesia Romana fuit.

Concilii tibi scriberemus, & omnes, quid actum fuisset, certiores fierent. Idque maxime ideo, quod multi ex Confratribus nostris in medio Nationum Barbarum, Longobardorum, Sclavorum, Francorum, Gothorum, & Britonum versentur. Omnes sciendi cupidi sunt, quid circa Fidem agatur, & quo magis juvare nos possunt, si concordes simus, eo magis nos aversarentur, si circa hanc Fidei Quæstionem iis scandalum poneremus. Mittimus Viros, Confessionem Fidei omnium nostrum, quotquot sumus, Episcoporum Septentrionis, & Occidentis tibi traditurosnon vero ad disputandum tanquam de Doctrina incerta, & mutationi obnoxia. Et infra: *Tanquam Fratres recipimus omnes Episcopos, nobiscum omnia docere volentes, quæ in hac Confessione continentur; damnamus vero omnes illos, qui hanc rejiciunt, nec ullo tempore feremus, ut in nostra Communione sint, nisi errorem correxerint.* Secundæ huic Epistolæ Pontifex, & omnes Episcopi, in Concilio Romano præsentes, subscripserunt. Sæculum VII A. C. 680. p. 688. p. 689. p. 692.

§. VIII.

S. Benedicti Biscopii itinera.

Sub idem tempus, & forte ante Concilium Romanum, Summus Pontifex in Angliam remisit S. Benedictum Biscopium,

Sæculum VII A.C. 680.

pium, qui jam quinto Romam venerat. Quarto iter illuc instituerat anno circiter 670. postquam Adriano Abbati Monasterii S. Petri Cantuariæ curam commisisset. Tunc multos Libros Ecclesiasticos, partim coemptos, partim dono acceptos in Angliam retulerat, cumque in reditu Viennam divertisset, etiam ex illa Civitate libros aliquos antea emptos, & in domibus amicorum depositos, repetiit. In Angliam reversus, ad Egfridum Regem Nordhumbriæ detulit omnia, quæ in itineribus suis ad incrementum Religionis feciſſet, quid Romæ & in aliis locis circa Disciplinam Ecclesiasticam & Monasticam didicisset, ostenditque libros & Reliquias, quas attulerat. His Regis animum usque adeo demulsit, ut ei territorium septuaginta familiarum, id est, totidem agros, ex quibus familia ali solet, donaverit, ubi Monasterium in honorem S. Petri ædificaret.

vit. to. 2. Act. p. 104. Sup. Lib. XXXIX. §. 43.

Igitur Monasterium ad ostium Viræ amnis, unde nomen Virmuthum sortitum est, anno 674. Regni Egfridi quarto, Indictione secunda extruxit.

Post unius anni spatium Benedictus in Galliam delatus, inde structores murales adduxit, qui Ecclesiam suam ex lapidibus & more Romano fornicatam ædificarent. Et quia in Britannia nulli erant

erant Vitriarii, ejusmodi opificibus quoque accersitis, Ecclesiæ aliarumque ædium fenestris specularia inseruit. Ita Angli artem hanc didicerunt. Præterea omnia ad Officium Altaris & Ecclesiam necessaria, quæ in illa Regione inveniri non poterant, sive vasa sive ornamenta ex Provinciis ultramarinis advehi curavit. Tandem ut ea, quæ in Gallia quoque deerant, compararet, quinto Romam profectus est. Sed ante hoc iter aliud fundavit Monasterium; nam cum Rex Egfridus cerneret, quam pie usus fuisset priore Beneficio, alterum quoque fundum quadraginta familiarum in loco, qui *Girve*, seu Jarovia, dicebatur, duabus leucis a Virmutho distante, eidem donavit, ubi Monasterium in honorem S. Pauli conderet. In eo Ceolfridus Presbyter primus Abbas fuit, atque hæc duo Monasteria S. Petri & S. Pauli tam arcte unita erant, ut una Congregatio videretur. Benedictus Biscopius etiam Monasterio S. Petri Abbatem præfecit, Propinquum suum Esterwinum, quod ipse frequenter iter faceret. Cum igitur quinto Romæ fuisset, inde innumeros omnis generis libros, & plurimas Reliquias, multas quoque imagines Sanctorum ad decorandam S. Petri Ecclesiam retulit. Secundum mandata a Rege Egfrido accepta ab Agathone Papa Privilegium obtinuit,

Sæculum VII
A. C. 680.

S. Benedicti Biscopii itinera.

8.

Sæculum VII A. C. 680.

tinuit, quo Monasterii Libertati consulebatur. Tandem cantum & Cæremonias Romanas in illud invehere cupiens, rogavit Pontificem, ut sibi in Angliam redituro Joannem Ecclesiæ S. Petri Cantorem, & ad S. Martinum Romæ Abbatem socium daret, quod etiam Papa concessit.

Ceterum Agatho Papa Joanni Abbati mandata dedit majoris momenti, nempe, ut Fidem Ecclesiæ Anglicanæ gnaviter exploraret, & Romam perscriberet; quippe Pontifex scire volebat, non solum quid ceteræ Provinciæ, sed etiam quid Anglia de Hæresi Monothelitarum sentiret. Joannes Abbas Acta Concilii Romæ sub Sancto Martino Papa celebrati secum detulit, atque in Anglia Concilio, quod Theodorus Archiepiscopus in Causa ejusdem Hæresis Monothelitarum Egfridi Regis anno decimo, decimo quinto Cal. Octobr. Indictione octava, id est, anno 680. decimo septimo Sept. celebravit, interfuit. Locus, ubi Patres convenerunt, vulgo *Etfeld* dicebatur. Porro in eo Concilio Ecclesia Anglicana Fidem suam profitetur, atque edicit, quod recipiat quinque Concilia Generalia & Concilium S. Martini Papæ, quod damnatos ab his Conciliis damnet, & receptos recipiat. Unum hujus Concilii Exemplar Joanni datum, quod Romam

Bed. IV. hist. c. 18.

c. 17.

c. 18.

mam deferret. Ipse sua ex parte Concilium S. Martini Papæ Monachis S. Benedicti Biscopii describendum dedit. Sæculum VII A.C. 680.

Joannes etiam ordinem scriptum, quo Festa toto anno celebranda erant, reliquit, cujus exemplaria multi sibi compararunt, cantum vero Romanum viva voce alios docuit Cantores peritissimi ex omnibus illius Regionis Monasteriis ad eum audiendum veniebant, multi, ut ad se inviseret, invitabant. Tandem in Galliam trajecit, Romam rediturus; sed in via morbo correptus, diem oppetiit. Amici ejus corpus ad Ecclesiam S. Martini Turonensis transferri, & honorifice sepeliri curarunt; nam eo diverterat, cum in Angliam proficiscceretur, jam pridem S. Martino, cujus Nomini Monasterium Joannis Abbatis Romæ dicatum erat, devotissimus, eumque Monachi humanissime susceptum rogaverant, ut in reditu iterum ad ipsos inviseret. Comites quoque dederant, qui iter facientem juvarent.

Ceterum Obitus ejus non obstitit, quo minus Confessio Fidei Anglorum Romam deferretur, ubi maximo omnium & Summi Pontificis gaudio excepta est.

S. Benedictus Biscopius duo sua Monasteria imaginibus Roma allatis exornavit. In intima Ecclesiæ S. Petri parte Iconem S. Virginis, & duodecim Apo- *vit. n. 6. to. 2. Act. p. 1005,*

Sæculum VII. A. C. 680.

ſtolorum, in pariete ad meridiem ſpectante Hiſtorias Evangelii, & ad ſeptentrionem Viſiones Apocalypticas collocavit. Erant autem imagines iſtæ plana ſuperficie. Itaque, etiam litterarum rudibus, Eccleſiam ſubeuntibus undique rerum geſtarum imagines aſpectu pulchræ, utilesque objiciebantur, ſcilicet, JEſus Chriſtus, & Sancti ejus; qua ratione Gratia Incarnationis, & ultimi judicii terror in Fidelium memoriam reducebantur. Ita de his Beda, qui has imagines ſuis oculis vidit.

n. 9. Benedictus Biscopius in Monaſterio S. Pauli affixit multas effigies, quæ veteris, novique Teſtamenti concordiam repræſentabant, quales ſunt Iſaaci portantis ligna ſui Sacrificii, & JEſu Chriſti Crucem bajulantis. Item Serpentis æneï, & JEſu Chriſti crucifixi.

§. IX.

S. Wilfridi Reditus.

Concilio Romano ſoluto S. Wilfridus in Angliam redire, atque latam Sententiam Theodoro Archiepiſcopo Regique Egfrido exhibere juſſus eſt. Privilegium quoque ab Agathone Pontifice Monaſterio ſuo Riponenſi impetravit, & quod Eccleſiis Angliæ ſolatium futurum ſciebat, multas Reliquias, quibus ſingulorum Sanctorum Nomina adſcripſerat, multa-

vita per Eddi. c. 31. c. 44.

multaque alia ad ornandas Ecclesias necessaria accepit. Longobardiæ campos emensus, superatisque Alpibus, ubi Francorum Regnum attigit, fama accepit, amicum suum Regem Dagobertum turpi proditione a conjuratis Ducibus, & consentientibus Episcopis paucos ante dies fuisse obtruncatum; quippe tetrum facinus ausi fuerant parricidæ instigante Ebroino, cujus tunc temporis, sub Regis Theodorici umbra, immensa in Neustria erat potentia. Ipse etiam in Austrasia expulsis legitimis spurios Episcopos, quales erant Vaimarus Trecensis, & Pharamundus Trajectensis, intruserat; unde ex illo tempore Ecclesias Franciæ atrox calamitas pressit. Rex Dagobertus II. Stenovici terræ mandatus est, ibique a pluribus Sæculis ut Martyr colitur; nam more temporum illorum omnes, qui piam vitam duxerant, si vi injusta necati fuissent, Martyris Titulo honorabantur. Hunc Dagobertum quidam posteriorum temporum Scriptores per errorem putarunt esse eundem ac Avum ipsius Dagobertum I. eumque Fundatorem laudarunt Ecclesiarum ac Monasteriorum, præsertim in Alsatia, quæ tamen Dagobertum II. Parentem habent.

Sæculum VII
A. C. 680.
c. 31.

v. Mab. in Præf. part. I. Sæc.

v. Abr. hist. Ord. S. B. to. 1. p. 652.

Rex Theodoricus, qui in Neustria & Burgundia regnabat, Dagoberto sublato, in Austrasia quoque tota, Francorum

Sæculum VII A. C. 680.

potentia ſubnixus imperare cœpit, & ſic impletum eſt vaticinium S. Eligii; ei enim, Rege Clodoveo II. adhucdum in vivis agente, per noctem viſum oblatum, quod poſtea narrabat in hunc modum: videbam quaſi circa horam diei tertiam ſplendentiſſimum ſolem ſubito diſparere. Inſolitum prodigium obſtupeſcenti objicitur luna oriens orbe dimidiato tribus ſtellis ſtipata & tritum ſolis curſum tenens. Tum luna evanuit, manentibus ſtellis, quæ usque ad meridiem progreſſæ, radios colliſerunt, & pulchrior ſubito mihi ex oculis erepta eſt. Duæ reliquæ conjungi videbantur, ſed altera derepente obſcurata eſt & oculis meis ſubtracta. Ultima, quæ ſupererat, ſolis viam ſecuta creſcente ſemper fulgore, cum ad Occidentem perveniſſet, ipſo ſole lucidior videbatur. Ejusmodi fuit S. Eligii viſum. S. Audoenus, qui iſtud litteris conſignavit, non niſi partem hujus portenti impleri vidit, quippe ſcripſit, cum Chilpericus adhuc luce frueretur. Hæc vero eſt totius Viſionis explicatio: Sol ſignum erat Regis Clodovei II. qui ſolus in Francia regnavit, & poſt breve tempus e vita deceſſit. Luna figura erat Reginæ S. Bathildis, & tres ſtellæ trium filiorum ejus Clotarii, Childerici, & Theodorici, quibuscum aliquamdiu regnavit. PoſtquamMater mundo valedixit

vit. S. Eligii Lib. II. c. 31.

S. Eligii Viſum.

dixit Monasterium ingressa, funesto bel- Sæculum VII
lo collisi sunt filii, & Clotarius post bre- A.C. 680.
ve temporis spatium e vita abiit. Chil-
derico haud diu post interfecto, tandem
Theodoricus, ut olim Parens suus, solus
Francis imperavit.

S. Wilfrido per Regnum Franciæ proficiscenti Episcopus ex numero Inter- *vit. per Eddi. c. 31.*
fectorum Regis Dagoberti cum valido
exercitu occurrit, habebantque milites
in mandatis, ut omnes S. Viri comites
caperent, repugnantes occiderent, ce-
teros auctione venderent; S. Wilfridum
vero carceri interim traditurus erat, ab
Ebroino judicandum. At tantum potuit
in hunc virum S. Wilfridi eloquentia,
ut eum ad petendam veniam adegerit.
Igitur confecto feliciter itinere in An- *c. 32.*
glia appulit.

Inter hæc Ebroinus in Francia Divi-
næ Justitiæ pœnas dare coactus. Trien-
nio ab obitu S. Leodegarii, nempe anno
681. Optimatum aliquis, Hermenfridus
nomine, cui Ebroinus Bonis omnibus spo-
liato, etiam necem minitabatur, quodam
die Dominico, antequam illucesceret, in
insidiis stetit, atque domo sua egredien-
tem ut Officio matutino interesset, gla-
dio tam valide feriit in capite, ut paulo
post ex vulnere mortuus fuerit. Ex his
videmus, illis temporibus nobilissimos
Viros, negotiis Reipublicæ occupatos,

Sæculum VII A. C. 680.

& alios a pietate minime laudandos, non tamen putasse, sibi ab Officiis Divinis etiam nocturnis abesse licere.

§. X.

Legati Constantinopolim perveniunt.

Anast. in Agath. v. Baron. h. an. n. 39.

Agathonis Papæ Legati decimo die Sept. Indictione nona, anno 680. Constantinopolim pervenientes ab Imperatore Constantino in Sacello Sancti Petri, quod in Palatio erat, excipiuntur. Imperator acceptis Papæ Epistolis hortari cœpit Legatos, ut in tractandis Fidei Quæstionibus a contentione & verborum acerbitate temperarent, nec argumenta ab assertis Philosophorum quærerent, sed ex Scriptura, Patribus, & Conciliis depromerent. Tempus dedit, quo Mandata sua relegerent, & assignata Domo Placidiæ, in qua diversarentur, omnia vitæ necessaria præberi jussit. Eodem die decimo Sept. Imperator scripsit Georgio Patriarchæ Constantinopolitano; nam Theodoro ea Dignitate privato, etsi adhuc viveret, in ejus Sedem evectus fuerat Georgius Presbyter, Thesauri Custos, & Syncellus, qui annis sex Sedem tenuit. Igitur in his litteris Imperator Patriarchæ præcipiebat, ut omnes Metropolitas & Episcopos suæ Sedi subjectos Constantinopolim convocaret, moneretque Macarium Patriarcham Antio-

S. Niceph. Chr.

Theoph. an. 10. Const. p. 190. Sacra to. 6. Conc. p. 599.

Antiochenum, Conſtantinopoli verſantem, ut ſuos quoque ad examinandam Quæſtionem Fidei convenire juberet. *Nos enim jam ante*, inquit Imperator, *id ipſum ut faceret, Donum Papam hortati fuimus; nunc vero Agatho, qui nuper Dono ſucceſſit, Legatos tam nomine ſuo quam totius Concilii ſui ad nos miſit, qui ad pedes noſtros accidentes, amborum Epiſtolas nobis reddiderunt.* Sæculum VII A. C. 680.

Die Dominico Legati Pontificis invitati fuere, ut ad Eccleſiam Dominæ Noſtræ in Blachernis procederent, quod ut majore pompa fieret, Imperator iisdem ex Palatii ſtabulis equos, & magnum hominum comitatum miſit. *Anaſt.*

§. XI.

Concilium Generale Sextum.

Seſſio I.

Tandem Concilii Patres primo convenere die ſeptimo Novembris anno 680. ex quo Conſtantinus cum patre ſuo regnare cœpiſſet, vigeſimo ſeptimo, ab ejus Conſulatu, ſeu a morte Patris decimo tertio, Indictione nona. Locus Seſſionis fuit Palatii Atrium quod voce latina Trullus, id eſt, arcuatæ ſtructuræ faſtigium, vocabatur. In ſpectatiſſimo loco Imperator ſedebat, quem ex Purpuratis tredecim circumdabant, Concilio intereſſe juſſi. *Act. 1. p. 606.*

Sæculum VII A. C. 680.

In hac prima Sessione solum quadraginta circiter Episcopi ex Thracia & vicinioribus Asiæ Regionibus adfuere, reliquorum adventu a viæ longitudine retardato.

Primi nominantur Papæ Legati, scilicet, Theodorus & Georgius Presbyteri, & Joannes Diaconus, post hæc Papa electus. Secundo Georgius Patriarcha Constantinopolitanus, Petrus Presbyter & Monachus, Legatus Sedis Alexandrinæ. Tum Macarius Patriarcha Antiochenus, præsens. Georgius Presbyter & Monachus Legatus Theodori, Vicarii Sedis Jerosolymitanæ, verisimiliter vacantis. Nomina Patriarcharum sequuntur Nomina Legatorum Concilii Romani, scilicet, Joannis Episcopi Portuensis, Abundantii Episcopi Paternensis, Joannis Regiensis, Theodori Presbyteri a Theodoro Archiepiscopo Ravennatensi speciatim delegati. Tum leguntur Basilius Episcopus Gortynensis in Creta, Theodorus Ephesinus, Sisinnius Heracleensis in Thracia, Georgius Cyzicenus, Petrus Nicomediensis, Photius Nicenus, Joannes Calcedonensis, Theodorus Melitinensis, Sisinnius Hierapolitanus in Phrygia, Macrobius Seleuciensis in Isauria, & ceteri, quadraginta tres numero. Hic notandum, quod absentium Legati obtineant illum locum, qui Sedi-

Sedibus ſuorum Epiſcoporum competebat, etiamſi Presbyteri eſſent. Poſt omnes Epiſcopos nominantur Presbyteri ſex, tum Abbates, tum Monachi, atque ultimo ponitur Stephanus Macarii Patriarchæ Antiocheni Diſcipulus. Ceteri erant Siculi, Romani, & Conſtantinopolitani. Sæculum VII A. C. 680.

Porro in hoc Concilio ſedebant tali ordine; in medio erat Imperator, Proceribus utrumque latus circumdantibus. Tum ad ſiniſtram (ibi enim apud Græcos erat locus honoratior) ſedebant Legati Summi Pontificis, (*) ejusque Concilii, & Legatus Jeroſolymitanus. Ad dexteram erant duo Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus, Legatus

(*) Hic adverſus Proteſtantes notandum. Quamvis Eccleſiæ Alexandrina, Antiochena, & Jeroſolymitana etiam eſſent Sedes Apoſtolicæ, nihilominus, his depreſſis, Patriarchas Conſtantinopolitanos, quia Civitas hæc Imperatorum Sedes erat, ſe ipſos ad ſecundum locum evexiſſe. Cur ergo, ſaltem in Conciliis Conſtantinopoli celebratis, & Imperatorum Sede jam ante annos prope quadringentos Roma Conſtantinopolim translata, cum Pontifice Romano de Primatu diſputare auſi non ſunt? Certe non alia cauſa excogitari poteſt, quam Prærogativa a JEſu Chriſto ſoli Petro & Succeſſoribus ejus collata.

Sæculum VII A. C. 680.

Alexandrinus, Episcopus Ephesinus, & alii Sedibus Constantinopolitanæ aut Antiochenæ subjecti. Patriarcha Alexandrinus, & Vicarius Jerosolymitanus ipsi ad Concilium venire non potuerant, quod sub potestate Arabum viverent. Eadem causa fuit, quod nullus Episcopus ex Provinciis duobus illis Patriarchis subjectis, nec ex Africa venerit. Papæ Oratores ad Imperatorem conversi exordium dicendi fecerunt in hunc modum: *Effluxerunt anni ferme quadraginta sex, ex quo Sergius, hujus Sedis Episcopus, aliique, novas voces Fidei adversantes invexerunt, docentes, in JEsu Christo unicam Voluntatem & unicam Operationem esse. A Sacra Sede, quæ hunc errorem rejecit, moniti, eundem deponere noluerunt. Ideo a tua Majestate poscimus, ut illi, qui a parte Ecclesiæ Constantinopolitanæ stant, edicant, unde nova hæc opinio originem sumpserit.* Imperatore jubente, ut Georgius Constantinopolitanus & Macarius Antiochenus ad hanc Quæstionem responderent, Macarius Antiochenus cum suo Discipulo Stephano, & nomine Sedis Constantinopolitanæ Episcopi duo, Petrus Nicomedienſis, & Salomon Clanienſis dixerunt: *Non docuimus novam Opinionem, sed ea, quæ a Conciliis Oecumenicis & Patribus receptis, ab illis, qui hanc Sedem*

p. 610.

Sessio prima Concilii Oecumenici.

p. 611.

Sedem Constantinopolitanam tenuerunt, Sæculum VII
Sergio, Paulo, Pirrho, & Petro, ab Ho- A. C. 680.
norio, (*) *antiquæ Romæ Papa, & Cyro Papa Alexandrino, accepimus. Eadem ac ipsi de Voluntate & Operatione credimus & docemus, atque ad id demonstrandum parati sumus.*

Imperator dixit: *Si id demonstrare vultis non alia ratione vobis liceat, quam, ut dixistis, ex Conciliis & Patribus. Auguste!* dixit Macarius, *jube, ut Tabularum hujus Ecclesiæ Custos Libros Conciliorum ex Domo Patriarchali afferat.* Annuente Imperatore Georgius Diaconus, Tabularum Custos, ex loco Concilii egressus Bibliothecam Patriarchalem adiit, & post modicum temporis intervallum reversus, Libros Conciliorum Oecumenicorum attulit. Moxque jubente Imperatore, ut eos cuiquam legendos traderet, Stephanus Monachus Macarii Antiocheni Discipulus arrepto p. 614.

(*) Advertendum, quod hic ab initio contestationis Honorius Papa nominetur, & Legati sileant; cum tamen S. Agatho Papa in sua ad Imperatorem Epistola, nominatis Cyro, Theodoro Pharanita, Sergio, Pirrho, Paulo, & Petro Constantinopolitanis Episcopis, de Honorio Papa non tantum nullam mentionem fecisset, sed paulo superius dixisset, Sacram Sedem nunquam errasse. Sup. N. VII.

Sæculum VII A. C. 680.

repto primo Volumine Concilii Ephesini legere cœpit, cumque venisset ad Dissertationem S. Cyrilli ad Imperatorem Theodosium directam, quæ incipit: *Gloria hominum.* Recitavit hæc verba: *Imperii tui fulcrum est idem ille JEsus Christus, per quem Reges regnant, & Potentes decernunt Justitiam, quia Voluntas ejus Omnipotens est.* Tum Macarius Antiochenus dixit: *Ecce! Imperator! hæc est demonstratio! probavi, unam in JEsu Christo Voluntatem.* At Legati Romani surgentes cum quibusdam Episcopis Provinciæ Constantinopolitanæ & Magistratibus clamarunt: *Macarius hunc Textum perverse exponit. Hic Sancto Cyrillo de Voluntate Divina JEsu Christi sermo est, cum eam dicat Omnipotentem, nec unam cum nota numeri singularis affirmet.*

Hoc primo Volumine Concilii Ephesini atque etiam altero jubente Imperatore perlecto, ait: *Sufficit, hodie Acta Concilii Ephesini fuisse lecta. Proxime Acta Calcedonensia legentur.* Ita prima Actio seu Sessio Concilii sexti terminata.

§. XII.

Sessio secunda.

Sessio secunda, elapso exinde triduo, decimo Novembris coram Imperatore

re & tredecim Purpuratis habita est, iisdem ac in prima Episcopis & Legatis præsentibus. Paulus Imperatori ab Epistolis sermone ad eum conversо dixit: *Pietas tua sicut etiam totum Concilium meminit, quod perlecto Concilio Ephesino visum fuerit, etiam Concilium Calcedonense legi.* Tum Imperatore jubente Antiochus Lector, Patriarchæ Constantinopolitani Notarius, lecta aliqua primi Voluminis parte ad illum locum Epistolæ S. Leonis ad Flavianum pervenit, ubi dicit: *Utraque Natura agit quod sibi proprium est cum participatione alterius. Verbum operatur, quod Verbo, & Caro, quod Carni convenit. Illud miraculis claresçit, & ista in Passione succumbit.* Ad hæc verba Oratores Romani e Sede sua surgentes exclamarunt: *Ex his intelligis, Auguste! hunc Patrem diserte docere duas Operationes in JEsu Christo Naturales sine confusione & sine divisione, idque docet in illa Epistola, quam Concilium Fidei Orthodoxæ fulcrum appellavit. Quid ad hæc Venerabilis Macarius, & qui cum ipso eandem opinionem sequuntur, respondent?* Macarius dixit: *Ego vero, Auguste! non affirmo duas Operationes, nec dispicio, Leonem Beatæ memoriæ in hoc loco id affirmasse.* Imperator dixit: *An ergo credis, Leonem unam affirmasse Operationem?* Macarius respon-

Sæculum VII A. C. 680.

p. 618.

Sæculum VII A. C. 680.

respondit: *Nolo loqui de numero; sed solum dico esse Operationem Theandricam juxta S. Dionysium.* Imperator: *Quomodo vero hanc Operationem Theandricam explicas?* Macarius: *De Operatione Theandrica non audeo Sententiam pronunciare.* Perlecto deinde Concilio Calcedonensi, Imperator lectionem Concilii quinti ad Sessionem futuram differri jussit.

§. XIII.

Sessio Tertia.

Sessio tertia sexti Concilii triduo post secundam, id est, decimo tertio Novembris celebrata. Antiocho Lectori quintum Concilium legere incipienti, statim occurrit Scriptum, cui Titulus: *Dissertatio Mennæ Archiepiscopi Constantinopolitani ad Vigilium Papam Romanum data; quod unica in JEsu Christo Voluntas sit.* Ad hanc lectionem Oratores Romani surgentes exclamarunt: *Imperator! hic liber corruptus fuit. Non legatur falso sic appellata Dissertatio Mennæ ad Vigilium; nam spuria est. Sed jube, ut hoc Quinti Concilii Volumen examinetur, & liquido tibi constabit, hanc Dissertationem recentiore tempore fuisse adjectam. Quippe Mennas fatis functus est anno Justiniani vigesimo primo, at Quintum Concilium convo-*

p. 619.

p. 622.

convocatum est vigesimo septimo, cum Eutychius hujus Civitatis Constantinopolitanæ Episcopus esset. Imperator & Magistratus cum aliquot Episcopis librum attente considerantes deprehenderunt, initio addita fuisse tres minores codices, qui Notas seu Chirographum apponi solitum non habebant, sed signum primum visebatur in quarto codice, secundum in quinto, & sic de ceteris. Præterea Scriptura trium codicum additorum ab antiqua Scriptura ejusdem Voluminis erat diversa. Ergo Imperator dixit: *Non legatur hæc Dissertatio, sed Præfatio Quinti Concilii.* Sæculum VII A. C. 680.

Lecto volumine primo, & deinde etiam secundo, ventum est ad duas depravatas Vigilii Papæ Epistolas, unam datam ad Justinianum Imperatorem, & alteram ad Theodoram Augustam, in quibus legebantur hæc verba: *Anathematizamus etiam Theodorum Mopsuestenum, qui non confitetur, JEsum Christum esse unam Hypostasim, unam Personam, unam Operationem.* Hic iterum Legati Romani surgere, & exclamare: *Deum immortalem! Auguste! Vigilius non affirmavit unam Operationem.* (*) *Istarum* p. 623.

(*) Mirandi omnino locus est, Legatos Romanæ Sedis Vigilii Papæ Defensionem fervenier in se suscepisse, quibus Honorii Papæ fama nullatenus curæ fuit.

Sæculum VII A. C. 680.

Istarum Epistolarum Vigilius Auctor non est. Hoc quoque Volumen adulterarunt. Si enim Vigilius unam esse Voluntatem docuisset, & Concilium hanc Opinionem approbasset, hanc utique vocem Patres in Definitione Fidei adhibuissent. Si legi jusseris, audies, nos vera dixisse. Lecta igitur ex Ordine integra Fidei Confessione, nulla de una Operatione mentio

p.626. occurrit. Postularunt Oratores Romani, ut liber iste ad detegendam fraudem examini subjiceretur, quod Imperator in aliud tempus distulit, & continuari lectionem jussit.

A.680.Dec. Ubi omnia perlecta; quæsivit Imperator ex Concilii Patribus & Magistratibus, an ipsis videretur, quod Macarius Antiochenus, ut promiserat, satis demonstrasset, unicam Voluntatem & Operationem esse in JEsu Christo. Responderunt, non demonstrasse. Tum jussit Imperator, ut Macarius & Sectatores ejus Doctrinam suam, sicut promiserant, ex Textibus Patrum probarent; Macarius vero & Sectatores moram rogarunt, post quam Patrum Opiniones in medium afferrent, jussitque Imperator, ut istud in proxima Sessione fieret. Georgius quoque Constantinopolitanus & Episcopi ipsi subjecti petierunt, ut legerentur Agathonis Papæ & Concilii ejus Epistolæ

ad

ad Imperatorem datæ, quod etiam ad Sessionem sequentem dilatum. Sæculum VII. A.C. 680.

§. XIV.

Sessio Quarta, Quinta, & Sexta.

In Sessione quarta exinde post biduum celebrata, nempe decimo quinto Nov. lectæ sunt duæ Epistolæ Papæ & ejus Concilii in Græcum sermonem a Diogene Notario Imperatoris translatæ. In Sessione quinta post lapsum trium septimanarum nempe septimo Dec. Macarius Antiochenus, Imperatore jubente, duo Volumina produxit, Textus Patrum excerptos continentia. Primo Volumini titulus erat: *Textus Sanctorum Patrum, qui docent JEsum Christum habere unicam Voluntatem, quæ est Voluntas Patris & Spiritus Sancti.* Perlecto utroque Volumine Imperator dixit: *Si Macario & Discipulis ejus præter hos alii quoque Patrum Textus sunt, eos in Sessione proxima producant.* *p.* 630. *p.* 713.

Ejusmodi Textus in medium attulit Macarius in Sessione sexta post elapsos menses duos, duodecimo die Febr. anno 681. Illo igitur die, cum aliam Textuum Collectionem produxisset, etiam hæc perlecta est. Tum ipso fatente, quod plures non haberet, jussit Imperator, ut his tribus Voluminibus clausis Magistratus, Oratores Romani, & Sedis Con- *Febr.* 681.

Sæculum VII A. C. 681.

stantinopolitanæ sigilla apponerent. Quod etiam, ut præceptum erat, factum.

Pontificis deinde Legati dixerunt: *Domine! ex omnibus his Patrum locis Macarius Antiochenus, Stephanus ejus Discipulus, Petrus Episcopus Nicomediensis, & Salomon Clanienſis, nullatenus demonstrarunt, unicam esse Voluntatem & unicam Operationem. Imo Textus, quos attulerunt, truncarunt, nam ea, quæ ad Voluntatem unicam Trinitatis pertinent, ad Incarnationem detorserunt, quæ vero hanc Quæstionem, & Incarnationem respiciunt, omiserunt. Itaque Majestati Tuæ supplices accidimus, ut ex Palatio Patriarchali hujus Civitatis produci jubeantur Libri Authentici, unde Textus suos excerpserunt. Tunc Textus Textibus conferemus, & fraudem patefaciemus. Præterea in manibus habemus Volumen continens multos Textus Patrum, unde duæ Voluntates & duæ Operationes liquido probantur. Habemus etiam multos Textus Hæreticorum, cum Macario & Discipulis ejus unam Voluntatem affirmantium. Petimus ut legantur.* Imperator omnia ad tempus futuræ Sessionis distulit. p. 720.

§. XV.

Sessio Septima.

Sessio septima mox altero post sextam die,

die, nempe decimo tertio Februarii celebrata. Tota Collectione Textuum ex Patribus & Hæreticis, quam Legati Pontificii produxerant, a Stephano Presbytero & Monacho, eos Constantinopolim secuto, perlecta, quæsivit Imperator, an alios præterea haberent. Respon- derunt: *Quamvis plurimos alios pro- ducere possemus, satis nobis est hos attu- lisse, ne longa mora tibi fastidii causa si- mus. Sed a Te suppliciter rogamus, ut Archiepiscopi Georgius & Macarius in- terrogentur, an omnia, quæ in duabus E- pistolis Agathonis Papæ & Concilii ejus continentur, recipiant.* Tum Georgio & Macario petentibus, ut priusquam re- sponderent, ipsis istarum Epistolarum ex- empla descripta traderentur, quæ cum exemplis Bibliothecæ Constantinopoli- tanæ conferrent, concessit Imperator, quod rogabant, jussitque, ut Collectioni Textuum, a Romanis productorum, tam Magistratus, quam adversæ partes, sicut prius Macarii Voluminibus, signa impri- merent. Id quoque effectui datum.

Sæculum VII. A.C. 681.

p. 724.

Anast. in Agath. v. Conbefis. pro act. Syn. §. 2.

§. XVI.

Sessio Octava.

Sessio octava deinde post Septimanas tres, nempe septimo die Martii, Indictione nona, anno 681. celebrata. Imperatori quærenti ex Georgio Constan-

p. 729.

Sæculum VII A.C. 681.

tinopolitano, ex Macario Antiocheno, & Episcopis, qui ipsis subjiciebantur, an sensum duarum Epistolarum Agathonis Papæ, & ejus Concilii reciperent, Georgius Patriarcha respondit: *Auguste! Legi has Epistolas, tumque libris, qui apud me in Bibliotheca Patriarchali sunt, diligenter examinatis, omnes Patrum Textus ab ipsis adductos Scriptis Authenticis consentaneos sine ullo prorsus discrimine inveni. Hinc ego quoque has Epistolas recipio, fateor! & hæc est Fides mea.* Theodorus Episcopus Ephesinus dixit: *Princeps! confiteor, & credo, quæ in illis duabus Epistolis continentur; duas Naturas, duas Voluntates, & duas*
p. 732. *Operationes in JEsu Christo esse.* Idem Sisinnius Heracleensis in Thracia, Geor-
733. gius Cyzicenus, Joannes Calcedonensis, Sisinnius Hierapolitanus in Phrygia, Georgius Byzienſis in Thracia, Gregorius Mitylenensis, Andreas Methymnensis, Sergius Selymbricensis, Domitius Prusiadenus, & Genesius Anastasiopolitanus confessi sunt.

At Theodorus Episcopus Melitinensis in Armenia in medium prodiens dixit: *Auguste! vir sum simplex & rusticus; sed rogo ut hic libellus legatur.* Eum igitur Joannes, Imperatori ab Epistolis, legit. Ea vero summatim continebat: *Patres, quorum Textus amba*

Partes

Partes adverſæ referunt, ante Quintum Concilium vivebant; quare ergo nullum ex quatuor Conciliis, nec etiam Quintum, nihil aliud de Incarnatione doceri præcepit, niſi duas Naturas in una Perſona? Hinc Majeſtatem tuam, cujus ſollicitudo de pacandis Eccleſiis maxima laude digna eſt, rogamus, ut non permittas, quemquam limites Patrum noſtrorum transgredi, aut mortuorum aliquem accuſari, ſive unam Operationem & unam Voluntatem, ſive duas Operationes & duas Voluntates docuerit, niſi ex numero Hæreticorum a Conciliis Damnatorum ſit.

Sæculum VII A. C. 681.

Imperator juſſit Theodorum edicere, quinam cum ipſo hunc Libellum compoſuiſſent. Ipſe nominavit Petrum Epiſcopum Nicomedienſem, Salomonem Clanienſem, Antonium Hypepienſem, & alios, quorum conſilio Patriarcha Conſtantinopolitanus utebatur, ſcilicet, Georgium Diaconum & Tabularum Cuſtodem, Anaſtaſium Diaconum, Notarium, & Navigiorum curatorem, Stephanum & Dionyſium ambos Diaconos & Tabularios, Anaſtaſium Presbyterum & Monachum, & tandem Stephanum Presbyterum & Monachum Patriarchæ Antiocheni Diſcipulum. Rurſus quærenti Imperatori: *Quis tibi Libellum dedit, quem nobis obtuliſti?* Theodorus Melitinenſis reſpon-

p. 736.

Libellus Theodori Melitinenſis.

Sæculum VII A C. 681.

respondit: *Hic Abbas Stephanus*, eumque simul digito retro Sedem Macarii Antiocheni stantem ostendit.

Tunc ulterius suffragia Episcoporum Sedi Constantinopolitanæ subjectorum collecta, & Georgius Episcopus Camulianensis dixit: *Auguste! Epistolas duas Agathonis Papæ recipio, consentio, credo, & confiteor duas Voluntates Naturales & duas Operationes.* Plato Cinnanus, & Theodorus Verissanus eadem confessi sunt, cumque quatuordecim illi Episcopi singulatim fidem suam fuissent professi, omnes reliqui Episcopi ex Diœcesi Constantinopolitana exclamarunt, eandem sibi stare sententiam, duas se Voluntates & duas Operationes credere, & omnes illos, qui unam tantum affirmarent, anathematizare.

p. 737.

De Theodori Libello deinde rediit sermo, ipse surgere & in medio Concilii cum Episcopis & Clericis, quos nominaverat tanquam opinionem suam sequentes, stare jubetur. Omnes, excepto Stephano Macarii Discipulo, eum mentitum fuisse edixerunt in hunc ferme modum: *Falsum de nobis affirmat. Libellus, quem tradidit, nobis insciis scriptus est. Nos Fidem Orthodoxam confiteri nullatenus recusamus.* Nihilominus existimarunt Patres, ob Theodori Libellum aliquam suspicionem in eos cadere, a qua ut

ut se liberarent, in secutura Sessione Fidei suæ Confessionem coram Sanctis Evangeliis traderent. Sæculum VII A. C. 681.

Tum vero Georgius Constantinopolitanus, propius Imperatori admotus dixit: *Auguste! jube, ut Nomen Vitaliani Papæ Diptychis restituatur; deletum enim fuit, post Libellum supplicem nomine Ecclesiæ meæ, Macarii Antiochæni, & Episcoporum, tunc Constantinopoli præsentium, tibi traditum, cum Legati Roma missi in via retardarentur. Jube etiam ut nobis Libellus reddatur, & illico cognosces, quinam cum Ecclesia Catholica communicent, aut quinam unius viri causa se separent.* Imperatore annuente, exclamavit Concilium: *Plurimos annos Constantino Magno Imperatori! Imperatori Catholico, Fidei Conservatori, Imperatori pacifico, alteri Constantino, alteri Theodosio, alteri Marciano, alteri Justiniano annos plurimos! longam vitam Agathoni Papæ! Georgio Patriarchæ, & Senatui vitam felicem & longam!*

Cunctis deinde silentibus Imperator a Concilio rogatus jussit, ut Macarius Antiochenus Fidem suam de Trinitate, Incarnatione & duabus Voluntatibus profiteretur, & mentem suam aperiret, an Epistolas Agathonis Papæ recipiat. Macarius respondit: *Non admitto duas* p. 748.

Sæculum VII A. C. 681. *Voluntates, aut duas Operationes, sed unam Voluntatem & unam Operationem Theandricam.* Concilium dixit: *Quia Macarius non consentit Agathonis Papæ Epistolis, quas nos omnes recepimus, videtur nobis, præcipiendum esse, ut de Sede sua surgat ad rationem reddendam.* Tunc Episcopi quinque, Sedi Antiochenæ subjecti, scilicet Macrobius Seleuciensis in Isauria, Eulalius Zenopolitanus, Constantinus Dalisandinus, & Theodorus Olbanensis surrexerunt, dicentes, se Epistolas Agathonis Papæ recipere, atque duas Voluntates & Operationes credere.

§. XVII.

Macarius condemnatur.

Jussit deinde Imperator, ut Photinus Notarius suus tria Volumina Textuum a Macario productorum, quibus erat Sigillum impressum, afferret, & Macario fatente, inviolatum esse, quæsivit Imperator, quem in finem hos Textus excerpsisset. *Hi Textus,* respondit Macarius, *agunt de unica Voluntate Patris Domini Nostri JEsu Christi & Spiritus Sancti. Quid vero,* reposuit Imperator, *de Incarnatione credis?* Macarius Fidem suam explicare cœpit, cumque de Confessione Fidei, quam Imperatori tradiderat, mentionem faceret, jussit ut ea le-

p. 741.

gere-

geretur. Erat admodum longa & in ceteris Catholica; sed illud disertis verbis affirmabat, JEsum Christum unicam habere Voluntatem Divinam. Inter alios Hæreticos S. Maximum cum Discipulis suis condemnans Manichæum & Ethnicum appellabat; Doctoribus vero, quorum Auctoritatem sequebatur, Honorium Papam pariter ac Sergium & Cyrum accensebat. Quamvis igitur ex hac Confessione satis exploratum esset, quid crederet, nihilominus Imperator & Concilium jusserunt, ut Fidem suam etiam viva voce explicaret, & quæsiverunt, an in JEsu Christo duas Voluntates & duas Operationes confiteretur. Macarius respondit: *Non confiteor duas Voluntates aut duas Operationes, etsi scirem, me ideo minutatim concidendum & in mare projiciendum.*

Sæculum VII
A. C. 681.

p. 744.
p. 748.
p. 749.
p. 752.

Cum deinde, Imperatore & Concilio jubentibus, Georgius Diaconus ex Bibliotheca Patriarchali Patrum Libros ad conferendos Textus a Macario citatos, attulisset, Petrus Consul unum Volumen S. Athanasii cum primo Volumine excerptorum a Macario, quod Diogenes, Imperatoris Notarius legendum trādiderat, contulit. Textus primus excerptus erat ex Concilio S. Athanasii contra Apollinarem, sed Macarius partem ultimam sermonis omiserat, qua perlecta, contra-

to. 2. *p.* 940. *n.* 1. *n.* 6. Macarius.

Sæculum VII A. C. 681.

rium, ac ipſe inferebat, apparuit. Imperatori quærenti, cur verba, quæ huic Cauſæ maximum momentum adderent, omiſiſſet? reſpondit Macarius: *Excerpſi, quæ ad Propoſitum meum faciebant.* Idem ad alium Textum truncatum reſpondit, tumque Concilium exclamavit: *Hæreticum ſe manifeſte profitetur. Anathema alteri Dioſcoro! maledictus alter Apollinaris! meretur ab Epiſcopatu deponi. Privetur Pallio!*

p. 756. p. 757. p. 760.

Mox ei Baſilius Cretenſis Pallium detraxit, atque in medio Conventus cum Stephano Diſcipulo ſuo ſtantem Theophanes Abbas Bayenſis interrogavit: *Habuitne JEſus Chriſtus Voluntatem Humanam & impeccabilem?* Illi reſponderunt: *Neſcimus in JEſu Chriſto Voluntatem Humanam, ſed confitemur Divinam. Procul Voluntates carnales! procul cogitationes Humanæ! ſecundum ſententiam S. Athanaſii, qnæ modo lecta eſt.* Theophanes reſpondit: *Si hunc locum retuliſſes integrum, omnibus patuiſſet, S. Athanaſium Voluntates Carnales & cogitationes humanas illas dicere, quæ noxia ſunt, quæ delectant, atque a ſuggeſtione Dæmonis ortum trahunt. Nec ego ejusmodi cogitationes JEſu Chriſto tribuo, abſit! ſed ſolum Voluntatem Naturalem, talem, qualem Deus in Adamo poſuerat. Quæro ex vobis, habuitne Adam Animam ratio-*

Anaſt. in Agatho.

rationalem? Reſponderunt: *Habuit.* Theophanes: *Habuitne Voluntatem Naturalem?* Stephanus reſpondit: *Habebat Voluntatem, qualem libero Arbitrio ſibi elegerat; nam, priusquam peccaſſet, habebat Voluntatem Divinam, & cum Deo volebat.* Domitius Epiſcopus Pruſiadenus dixit: *Vah! inconditam Blaſphemiam! ſi Adam cum Deo volebat, ergo etiam cum Deo Creator erat?* Adjecerunt Romani: *Si Adam, priusquam peccaret, Voluntatem Divinam habuit, ergo Deo fuit Conſubſtantialis, & Voluntas ejus erat immutabilis & vivificans. Quomodo ergo mutatus eſt, & in mortem corruit? An ignoras, S. Cyrillum de JEſu Chriſto dicere; quia Conſubſtantialis eſt, ideo eandem ac Pater habet Voluntatem; nam eadem Subſtantia eandem habet Voluntatem.* Sæculum VII A. C. 681.

Theophane Macarium & Stephanum urgente, ut Reſponſionem vel affirmativam vel negativam darent ad interrogationem, an Adam habuerit Voluntatem Naturalem, & dicente, ſe id ex Patribus demonſtraturum, nunquam eo adduci potuerunt, ut affirmarent vel negarent. Igitur Imperator & Concilium juſſerunt, ut Theophanes argumenta produceret, qui citavit Textum S. Athanaſii, & alterum S. Auguſtini, unde Patres illationem deduxerunt: *Si primus Adam* Adami Voluntas naturalis. *Athan. II. cont. Apol. n. 6. p. 944. Aug. 5. cont. Jul.*

Sæculum VII A.C. 681.

Adam Voluntatem Naturalem habuit, quomodo possibile sit, ut secundus Adam Naturalem Voluntatem in sua Natura Humana non habuerit? Si itaque Voluntatem impeccabilem in sua Natura Humana assumpsit, & ante Sæcula cum Patre & Sancto Spiritu unam Voluntatem Divinam habuit, liquet, duas in eo Voluntates nos confiteri oportere.

Tum reliqui Textus a Macario citati, collati sunt, & præsertim tres ad examen vocati, unus S. Ambrosii, alter ex Libro de Divinis Nominibus, cujus Auctor Dionysius esse credebatur, & tertius S. Chrysostomi, qui in Actis Concilii ita nominatur. Hos quoque tres Textus corruptos fuisse, demonstratum est. Reliqua Imperator in sequentem Sessionem distulit.

§. XVIII.

Sessio Nona.

Sessio nona altero die, octavo Martii, celebrata. Macarius Antiochenus abfuit, atque exinde nec ipse nec quisquam alius, ejus Sedis nomine usque ad Sessionem decimam quartam Concilio interfuit. Tum Constantinus Diaconus, & Notariorum Patriarchæ Constantinopolitani Primicerius monuit, quatuor Episcopos, scilicet, Petrum Nicomediensem, Salomonem Claniensem, Antonium Hype-

p. 773.

Hypepienſem, & Theodorum Melitinenſem petere, ut admitterentur cum ſeptem Clericis, quorum ultimus erat Stephanus Monachus Macarii Diſcipulus. Hi nempe, tanquam Hæreſis ſuſpecti, e Concilio excluſi fuerant; quibus iterum admiſſis, illi, quibus mandatum erat, examen Textuum a Macario productorum proſecuti ſunt. Ubi ventum eſt ad illum locum S. Athanaſii in Verba JEſu Chriſti: *Pater mi! ſi poſſibile eſt, tranſeat a me Calix iſte;* in quem S. Athanaſius dicit: *hic duas prodit Voluntates, unam humanam, quæ eſt voluntas carnis, & alteram Divinam,* Baſilius Epiſcopus Gortynenſis dixit: *Adverte, Princeps! tantum abeſt, ut unam Voluntatem probaverint, ut magis ex hoc loco duas Voluntates evidenter demonſtraverint.* Stephanus Monachus reſpondit: *S. Gregorius Theologus clariſſime docet unam JEſu Chriſti Voluntatem, dum dicit: Velle ejus non erat contrarium Deo, cum Voluntas ejus facta fuerit Divina.* Baſilius reſpondit: *Edic nobis! quæ Voluntas in JEſu Chriſto evaſit Divina? Divina, vel Humana? Si reſpondes: Divina. Atqui, quod Divinum eſt, non opus eſt, ut Divinum fiat. Si reſpondes: Humana. Ergo dantur duæ Voluntates, quod tu ipſe ex hoc Textu etiam nolens demonſtras.* Domitius Pruſiadenus dixit:

Sæculum VII A.C. 681.

p. 776.

Matt. 26. 39.

Athan. de Incar. to. 1. p. 887. edit. 1698.

Orat. 2. Theol.

Sæculum VII A. C. 681.

dixit: *Peto, ut Georgius Monachus Stephani Condiscipulus super Doctrina Stephani interrogetur.* Is interrogatus respondit: *Nunquam non Patrum Doctrinam impugnat, infensus eorum hostis.*

in Matth. Serm. 12.

Tum iterum aliquo S. Cyrilli Textu examinato, quem corruptum deprehenderunt, dixerunt Patres ad Stephanum conversi, *Non modo tu & Magister tuus Macarius ex hoc Volumine, quod produxistis, unicam JEsu Christi Voluntatem*

p. 777.

nullatenus non probastis, sed etiam in eo invenimus, S. Athanasium duas Voluntates clarissime docere, quamvis more solito Textus ejus depravassetis & corrupissetis. Itaque quia Doctrinam Patrum pervertisse, & Opinionem Hæreticorum tenuisse convinceris, te omni Dignitate & Munere Sacerdotali esse privatum pronunciamus. Quod spectat ad Episcopos & Clericos hic præsentes, quos erroris pœnitentia subiit, atque nobiscum Fidem Orthodoxam confessi sunt, jubemus,

p. 780.

ut ad Sedes suas quidem redeant, sed in proxima Sessione Confessionem Fidei suæ scriptam tradant.

Hic Concilium exclamare: *Vitam longam Imperatori! Ejicite Hæreticum! Anathema alteri Eutychi! Anathema alteri Apollinari! ejicite Hæreticum!* His ejicitur Stephanus Monachus; quippe eum Clerici Romani injectis manibus e

Anast. in Agath.

Stephanus ejicitur.

Conci-

Concilio extruserunt; Episcopi vero quatuor & sex Clerici suspecti dixerunt, Confessionem Fidei suæ se tradituros. Inde Concilium proposuit, in proxima Sessione Collectionem Textuum a Romanis productorum esse conferendam, omisso examine duorum aliorum Voluminum a Macario productorum, quod Textus in iis contenti ad rem non pertinerent. Ita Sessio nona finita.

Sæculum VII A.C. 681.

§. XIX.

Sessio Decima.

In Sessione decima, post decem dies, nempe decimo Octavo Martii celebrata, duodecim ferme Episcopi, qui advenerant, Patrum numerum auxerunt, & inter alios Philaletus Cæsariensis in Cappadocia, Plato Ancyranus in Galatia, Marinus Sardicensis, Justinus Tyaneus, Alypius Gangrensis, & Isidorus Rhodensis. Imperatore jubente Collectio Textuum a Romanis productorum allata, & solutis sigillis Salomon Diaconus & Notarius Patriarchæ Constantinopolitani legere cœpit. Titulus præfixus erat: *Textus Patrum ad demonstrandum, duas Voluntates & duas Operationes in JEsu Christo fuisse.* Primum Testimonium desumptum est ex Epistola S. Leonis ad Leonem Imperatorem data, atque cum Exemplo originali ex Thesauro Eccle-

p. 785.

Sæculum VII A. C. 681.

Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ producto, in pergameno ſcripto, compactura argentea, collatum. Deinde Textus S. Ambroſii cum Libro Chartaceo, antiquiſſimo ex Bibliotheca Patriarchali producto examinatus; unde exploratum fit, S. Ambroſii Libros illa ætate jam diu in Græcum ſermonem fuiſſe translatos. Tertius quoque locus, quem attulerunt Romani, S. Ambroſii fuit, & cum Libro Latino a Romanis oblato, Conſtantino Presbytero, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Defenſore, & Grammatico Latino interpretante, collatus. Porro omnes Textus in Collectione Romanorum contenti cum Libris Bibliothecæ Patriarchalis Conſtantinopolitanæ collati locis Authenticis prorſus conſentanei inventi ſunt. Attulerant autem Romani Textus triginta novem ex Patribus tredecim excerptos, ſcilicet ex S. Leone, S. Ambroſio, S. Joanne Chryſoſtomo, S. Athanaſio, S. Gregorio Nyſſeno, S. Cyrillo Alexandrino, S. Epiphanio, S. Gregorio Nazianzeno, S. Auguſtino, S. Juſtino Martyre, S. Ephrem, & S. Anaſtaſio ambobus Patriarchis Antiochenis, & Joanne Scythopolitano. Aliqua Teſtimonia etiam ex ſcriptis Juſtiniani Imperatoris adducta. Cum S. Ephrem & S. Anaſtaſius eſſent ceteris recentiores, Concilii Patres teſtimonium reddiderunt, quod de eorum

ep. 134. *al.* 97.

L. II. ad Grat. p. 788.

p. 828.

p. 829.

rum Auctoritate & Sanctitate satis omnibus constaret. Sæculum VII A.C. 681.

Patrum Testimoniis examinatis, etiam ex eadem Collectione collati sunt Textus Hæreticorum illorum, qui in JEsu Christo unicam Voluntatem & unicam Operationem affirmabant. Erant vero Textus quindecim, diversorum Auctorum, Themistii, Anthimi, Severi, Pauli, Theodosii, & Theodori, qui omnes Textus tam Patrum quam Hæreticorum in Actis Concilii integre referuntur. Id quoque Legati Pontificii obtinuerunt, ut aliquis Apollinaris locus, in ipsorum Collectione omissus, & in quo unica Operatio affirmabatur, Actis insereretur. *p.* 841.

Episcopi deinde quatuor, & sex Clerici suspecti, datis Libellis, in quibus Fidem suam confitebantur, super sancta Evangelia jurarunt; erantque Libelli omnes Confessioni Petri Episcopi Nicomedienſis, Bithyniæ Metropolitæ consentanei, qui lectus fuit, & Actis insertus.

Tandem Georgius Legatus Jerosolymitanus petiit, ut S. Sophronii Epistola ad Sergium legeretur, quod ad proximam Sessionem dilatum.

§. XX.

Sessio Undecima.

Sessioni undecimæ, elapso biduo, id est vigesimo Martii, anno 681. plures

Sæculum VII A. C. 681.

quam huc usque Episcopi, numero circiter triginta, interfuere. Perlecta S. Sophronii Patriarchæ Jerosolymitani Epistola, ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum data, Agathonis Papæ Oratores dixerunt: *Scimus, in domo Macarii & Stephani ejus Discipuli codices Hæreticorum erroribus consentaneos fuisse repertos, iisdem fuisse ademptos, & jam in Thesauro Tabularum hujus Sedis Patriarchalis asservari. Petimus, ut afferantur.* Georgio Chartarum Custode fatente, hos Codices ibi esse, jussit Imperator, ut afferrentur. Duo erant Volumina & unus Codex Chartaceus. Georgius interrogatus, an Macarium haberent Auctorem. Respondit: *Inventa sunt cum diversis aliis libris in Palatio Philippi & in conclavi ad Monasterium Chrysopolitanum pertinente. Sunt Stephani Abbatis manu exarata, & ex Titulo apparet, esse Macarii & Stephani opera.* Primo lectus est codex, qui titulum inscriptum habebat: *Exemplum descriptum Libelli a Macario Patriarcha Antiocheno Imperatori oblati.* Imperator & Concilium dixerunt: *Novimus, quid contineat. Legatur unum Volumen.* Huic Titulus erat præfixus: *Dissertatio ad Imperatorem directa.* Ad hæc Theophanes Abbas Bayensis dixit: *Hujusmodi Dissertatio in Senatu tradenda*

p. 152.

Sup. Lib. XXXVIII. §. 6.

p. 900.

p. 901.

da & legenda fuit; at Macario visum, eam ante omnia in descriptis exemplis in Sardiniam, Romam, & in alia loca mittere, quo facto in Leges Ecclesiæ peccavit. Imperator dixit: *Non meminimus, nos ejusmodi Dissertationes a Macario accepisse, sed solum quosdam codices, quos necdum legimus, & vobis trademus; nam opus est, ut Concilium hæc sciat.* Lecta igitur est Dissertatio, erroribus scatens, in qua clarissime una Voluntas & una Operatio docebatur. Volumini secundo Titulus erat præpositus: *Dissertatio a Macario missa ad Lucam Presbyterum & Monachum ex Africa.* Is de nova Hæresi Maximianorum, id est, de Doctrina Catholica, a S. Maximo defensa, librum ediderat. Concilii Patres, audita una hujus Dissertationis parte, videntes, nihil aliud afferri, quam Refutationem Syllogistice secundum methodum Aristotelicam concinnatam, Conciliis, & Patribus adversantem, legentem interpellarunt, jusseruntque cessare. In eodem Volumine inventa est tertia Macarii Dissertatio, cujus lectio quidem cœpta, sed jubente Concilio non est finita. Id solum præceperunt Patres, ut ex his quatuor Macarii Scriptis aliqui Textus opinionibus Hæreticorum consentanei a Romanis producti excerperentur, qui invicem collati Actis Concilii inserti sunt.

Sæculum VII A. C. 681.

p. 904.

Sæculum VII A. C. 681.

Sub finem hujus Sessionis Imperator dixit: *Quia nos negotiis ad Rempublicam pertinentibus distinemur, volumus, ut Constantinus & Anastasius Patricii, Polyeuctes & Petrus Consulares, nostro nomine Concilio intersint; cum jam plurima hujus Causæ, & præcipua, nobis præsentibus acta sint.*

p. 908.

§. XXI.

Sessio Duodecima.

Sessio duodecima elapso biduo nempe vigesimo secundo Martii celebrata. Imperatore absente, Sedes tamen posita erat, & quatuor Magistratus, ut jussi fuerant, ex utroque latere sedebant. Episcopi circiter octoginta, nam in dies eorum crescebat numerus, aderant, sed nemo nomine Sedis Antiochenæ præsens fuit.

Mense Mart.

Constantinus Notariorum Patriarchæ Constantinopolitani Primicerius dixit: *Scitis, in ultima Sessione Imperatorem dixisse, sibi a Macario oblatos fuisse codices, necdum lectos, quos vobis missurus esset. Joannes Patricius & Quæstor, quosdam codices ferens, ad fores stat.* Priusquam vero admitteretur, jubente Concilio Acta præcedentis Sessionis pro more lecta. Joannes deinde duas Chartas & duos Libros tradidit, munitos cera, & Sigillo, cui Imperatoris Monogramma im-

p. 911.

impreſſum. Poſtquam his traditis Conſtantinus receſſiſſet, jubente Concilio, quæ attulerat, lecta ſunt. Sæculum VII A. C. 681. p. 913.

Inter cetera inventum eſt deſcriptum exemplum Epiſtolæ Sergii Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Cyrum, tunc Epiſcopum Phaſidis, datæ, & a me ſuo loco relatæ. p. 916. Item confictæ Diſſertationes Mennæ ad Vigilium, & Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram, quas Patres in hoc Concilio rurſus rejecerunt. Sup. Lib. XXXVII. §. 41. Lecta deinde eſt Epiſtola Sergii ad Honorium Papam, & Honorii Reſponſum. p. 917. Ut vero hæc omnia cum Autographis conferrentur, Concilium Georgium Tabularum Cuſtodem juſſit Catalogos & alia opera originalia in Theſauro Tabularum Patriarchalis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ aſſervata afferre, & interim Notarios, qui Acta conſcribebant, atque Epiſcopos tres, ſcilicet Joannem Regienſem, Georgium Cyzicenum, & Domitium Pruſiadenum miſit ad Macarium, ut ediceret, an ſua eſſent hæc opera. Sup. Lib. XXXVII. §. 43. 44. p. 928. p. 933. Iverunt igitur tres Epiſcopi cum Paulo & Joanne, Imperatoris Notariis, & Agathone Lectore Patriarchæ Conſtantinopolitani Notario. Ad locum Concilii deinde reverſi dixerunt: *Accepto Mandato Veſtræ Amplitudinis & Concilii, ivimus ad Domum Patriarchalem, & cubiculum, in quo Macarius eſt, ingreſſi, eundem interrogavimus,* p. 936.

Sæculum VII A. C. 681.

mus, an ipsius essent hæc opera. Ille accepit, aperuit, examinavit, dixitque: Mea sunt procul omni dubio, mea sunt. Ostendimus quoque tria Volumina & chartam, quæ hodie lecta sunt. His etiam examinatis dixit: Mea sunt, agnosco. Hæc anno superiore Imperatori tradidi.

Honorii Responsum examinatur.

Tum Georgius Tabularum Custos reversus Libros attulit, & Catalogos, quos in Thesauro invenire potuerat. Antiochus autem Lector accepit Catalogum variarum Epistolarum, atque Epistolam Sergii ad Cyrum examinans, eam libro Macarii consentaneam invenit. Epistola Sergii quoque ad Honorium Papam examinata. Tumque Georgius Responsum Authenticum Honorii latino sermone, & versionem Græcam exhibuit, quod cum Joannes Episcopus Portuensis, Legatorum Romanorum unus, contulisset, omnia sibi consentanea inventa sunt. Magistratibus interrogantibus, quid Concilium de his Epistolis sentiret, responsum, Patres hac de re in proxima Sessione mentem suam edituros.

p. 937.

His actis Magistratus nomine Imperatoris quæsiverunt, an Macarius, si sinceræ pœnitentiæ signa daret, in Sedem suam restitui posset. Tum Patres breviter Macarii criminibus, motibus seditiosis, Patrum depravationibus, ejusdem in errore contumacia memoratis, edixerunt,

runt, eum nunquam amplius Episcopum haberi posse, sed econtra rogare cœperunt, ut eundem Imperator cum Sectatoribus suis ex urbe Constantinopolitana proscriberet. Tunc Episcopi & Clerici Sedi Antiochenæ subjecti, propius Magistratibus admoti, dixerunt: *Rogamus, ut vobis intercedentibus, Imperator alium nobis pro Macario Archiepiscopum det, ne Sedes Antiochena vacet.* Idque Magistratus se facturos receperunt. Sæculum VII A. C. 681.

§. XXXII.

Sessio decima tertia. Honorius condemnatur.

Sessio decima tertia, postquam sex dies effluxissent, nempe vigesimo octavo Martii, habita, cui nomine Sedis Antiochenæ nemo interfuit. Concilium Sententiam, quam se prolaturum promiserat, pronunciavit in hunc modum: *Epistolis, quæ perperam dogmaticæ dicuntur, Sergii Constantinopolitani ad Cyrum, & Responsis Honorii ad Sergium examinatis, cum ea a Doctrina Apostolorum, Conciliorum, & omnium Patrum aliena, & econtra perversæ Hæreticorum Doctrinæ consentanea invenerimus, eadem penitus rejicimus, atque tanquam venenum ad animas inficiendas aptum detestamur. Porro impium eorum Dogma damnantes, nomina* p. 944.

Sæculum VII A. C. 681.

quoque ipsorum ex Ecclesia proscribenda existimamus, nempe Sergii, olim hujus Civitatis Constantinopolitanæ Episcopi, qui errorem Cyri Alexandrini scripto tueri cœpit, Pyrrhi, Pauli, & Petri, etiam Episcopi Constantinopolitani, Theodori Episcopi Pharanitæ, quos omnes Agatho Papa in Epistola sua ad Imperatorem memoravit, & rejecit. Hos omnes Anathemate percussos declaramus. Unacum ipsis Ecclesia ejiciendum, & anathematizandum esse Honorium, olim antiquæ Romæ Papam, existimamus, quia ex ejus ad Sergium Epistola cognovimus, quod omnino ejus errorem sequatur, & Doctrinam impiam sua Auctoritate firmet. (*) *Epistolam quoque*

(*) Eminentissimus Baronius existimat, Synodi Acta in hac parte Theodori Episcopi Constantinopolitani Monothelitæ fraude fuisse corrupta, & loco Theodori obliterati & abrasi nomen Honorii repositum. Verum, quamvis fraudem Græcorum suspicandi causæ non sint nullæ, huic opinioni opponunt alii, inter quos Cabassutius, quod dolus non nisi in Exemplar, quod Constantinopoli asservabatur, non vero in alia ad Ecclesias Patriarchales, præsertim Romanam, missa potuisset irrepere. Obstat quoque S. Leonis II. Epistola qui scribens ad Constantinum Imp. dicit: *Anathematizamus novi Erroris inventores, Theodorum Pharanitanum &c. nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ Traditionis*

que Synodicam Sophronii felicis memoriæ, olim Episcopi Jerosolymitani, ad examen vocavimus, quam veræ Fidei, Doctrinæ Apostolorum & Patrum invenimus consentaneam, tanquam Ecclesiæ utilem recepimus, jussimusque, ut Nomen ejus in Diptycha referretur. Sæculum VII A. C. 681. p. 945.

Magistratus deinde petierunt, ut Tabularum Custos omnes Codices, in Thesauro asservatos, & a viris modo damnatis conscriptos produceret. Tum subjunxerunt. *Quod spectat ad petitionem Episcoporum & Clericorum Provinciæ Antiochenæ, ut ibi Episcopus ordinetur; eorum vota ad Imperatorem detulimus,*

ditionis Doctrina illustravit, sed profana Traditione immaculatam maculari permisit. Nihilominus communi Scriptorum consensu Honorii vel error vel negligentia excusatur. Nam præter illa, quæ in Notis meis ad hunc Pontificem dicta sunt, si verba Concilii bene pensentur, potius tanquam Monothelitarum Fautor, quam tanquam Hæreticus damnatus videtur; si tamen damnari potuit Pontifex Romanus, jam in pace Ecclesiæ defunctus, a S. Maximo strenue defensus, inauditus, a tota Ecclesia Orthodoxus habitus, &, si errasset, monitus verisimiliter errorem retractaturus, denique ex cujus Epistola Responsoria ad Sergium nihil aliud demonstrari posse videtur, quam ipsum credidisse, ad conservandam Ecclesiæ Pacem a quibusdam vocibus esse abstinendum.

Sæculum VII A. C. 681.

qui juſſit, ut pro more Decretum Electionis conſcriptum ſibi tradant. Id etiam effectui datum; nam antequam ſolveretur Concilium, Theophanes Abbas Bajenſis in Sicilia, qui Fidei cauſam contra Macarium in Seſſione octava ſtrenue egerat, Epiſcopus Antiochenus ordinatus eſt, quod ex Subſcriptionibus apparet.

Anaſt. in Agath. 1057.

p. 948. *Sup. Lib. XXXVII.* §. 41.

Georgius Tabulis Præfectus, allatis, ut imperatum fuerat, codicibus, primo Epiſtolam Cyri, cum adhuc eſſet Epiſcopus in Phaſide, ad Sergium Conſtantinopolitanum ante annos quinquaginta ſex, Indictione decima quarta, nempe anno 626. datam exhibuit, quæ ſtatim lecta eſt.

p. 952.

Deinde lecta eſt Epiſtola ejusdem Cyri, jam Patriarchæ Alexandrini, ad Sergium, de Reconciliatione Theodoſianorum cum novem potiſſimis hujus Reconciliationis Articulis, quibus Monothelitarum Hæreſis primum accenſa eſt.

Sup. ibid. §. 42. *p.* 957. *p.* 960.

Rurſus, lecti ſunt aliqui Textus ex Diſſertatione Theodori Pharanitæ ad Sergium Arſinoenſem. Item Textus Diſſertationis Dogmaticæ Pirrhi Conſtantinopolitani. Præterea ex quodam indice lectus eſt Textus Epiſtolæ Pauli Conſtantinopolitani ad Theodorum Papam, & ex alio Epiſtola Petri Conſtantinopolitani ad Vitalianum Papam data.

p. 961.

Cum hæc legeretur, Legati Pontificii monuerunt, Textus Patrum, ibi citatos, fuiſſe corruptos; hinc

hinc dimissa est hæc lectio. Subjunxe- Sæculum VII
runt Patres: *Ex his, quæ perlecta fuere,* A. C. 681.
perspicitis, Pirrhum, Paulum, & Petrum, Theodorum & Cyrum unam in JEsu Christo Operationem, & unam Voluntatem affirmasse, ideoque ab Agathone Papa non sine causa fuisse rejectos. Hinc eorum nomina e Diptychis esse eradenda, ipsos Anathemate percutiendos, & eorundem Scripta supprimenda decernimus. p. 964.

§. XXIII.

Patriarcharum Constantinopolitanorum Epistolæ.

Magistratus dixerunt: *Si forte Petri Episcopi Constantinopolitani Successores, scilicet Thomas, Joannes, & Constantinus Epistolas vel Dissertationes de novo Errore scripserunt; item Libellos, si quos forte ab Episcopis aut aliis circa eundem Errorem sibi offerri petierunt, Georgius, Tabularum Custos, afferat.* Tabularum Custos dixit: *Hic est Commentarius, qui complectitur Exempla descripta Epistolarum Synodalium Thomæ, Joannis, & Constantini, & Epistolam Originalem Synodalem Thomæ adhuc Sigillo clausam ad Vitalianum Papam; quippe mitti non potuit, incursionibus Saracenorum, ut scitis, duobus, quibus sedit annis, nunquam cessantibus.* Istæ Musulmanno- S. Niceph. hist. p. 22. & ibi Peta.

Sæculum VII A. C. 681.

mannorum incursiones annis septem, ab anno vigesimo sexto Constantis Imperatoris usque ad annum quintum Filii ejus Constantini, id est, ab anno 666. usque ad annum 673. tenuerunt, quibus Mussulmanni valida classe Constantinopolim aggressi a mense Aprili usque ad Septembrem quotidie obsessos lacessebant, atque militibus Cyzicum in hyberna dimissis, anno sequente prœlia restaurabant. Sed tandem attritis viribus recesserunt. Multæ illorum naves crematæ igne Græcanico, illo tempore invento, qui sub aquis ferventius ardet. Hi septem anni integrum Thomæ Patriarchæ Pontificatum complectuntur, cum ab anno 668. usque ad annum 671. sederit.

Theoph. an. 25. *p.* 290. *an.* 5. *p.* 294.

Ergo Agatho Lector acceptam Epistolam originalem Thomæ, ablata Bulla, id est, Sigillo, legit, atque exemplar ex dicto Commentario huic consentaneum inventum est. Lectæ ex eodem Commentario Epistolæ Synodales Patriarcharum Joannis, & Constantini ad Macarium Antiochenum, cumque Concilium nihil in iis Fidei adversum deprehendisset, petiit a Tabularum Custode, ut interposita juramenti fide ediceret, se, omnibus diligenter excussis, nescire, quemquam his tribus Patriarchis tradidisse Libellos, in quibus unica JEsu Christi Voluntas & unica

Conc. p. 965. *V. Combef. pro Act.* 6. *Syn. c.* 2. §. 5.

unica operatio doceretur. Itaque Concilium declaravit, trium Patriarcharum Thomæ, Joannis, & Constantini memoriam inviolatam relinqui oportere, & eorum nomina in Diptycha reponi. De Theodoro Constantini Successore nulla mentio; quia in vivis agebat, & siqua in eum caderet suspicio, advocari, & præsens audiri poterat. Hinc credibile est, quod Concilii Decretis se submittere non detrectaverit. Sæculum VII. A. C. 681.

Inde jussus est Georgius producere Libellos, quos se invenisse dicebat, a diversis Sergio, Pirrho, Paulo & Petro oblatos, ut supprimerentur. Eos igitur attulit, atque præterea aliam Epistolam Honorii Papæ ad Sergium, & librum, in quo una epistola Pirrhi ad Joannem Papam continebatur. Honorii epistola erat latina cum versione græca, & in eum modum, ut eam retuli, lecta est. Tum Pirrhi epistola, & aliis, quas Georgius exhibuerat, etiam perlectis, Concilium pronunciavit, omnes ad eandem impietatem docendam collineare, jussitque illico flammis tradi; quod factum est. (*) *p. 968. Sup. Lib. XXXVIII. §. 7.*

§. XXIV.

(*) An id, quantum spectat ad Epistolam Honorii, jure factum, ex Notis superioribus lector judicet.

Sæculum VII
A. C. 681.

§. XXIV.

Sessio XIV. Scripta conferuntur.

5. *Aprilis.* In Sessione decima quarta, quinto die Aprilis celebrata, primo occurrit Theo-
p. 623. phanes pro Macario Patriarcha Antiochenus Neo-electus; unde dispicitur,
p. 977. ipsum post ultimam Sessionem, verisimiliter trigesimo primo Martii, qui hoc anno 681. erat dies Dominicus, fuisse ordinatum. In ea igitur Sessione depravationes Concilii quinti ante omnia examinatæ sunt, quæ jam in Sessione tertia collatæ fuerant. Georgius, Tabularum Custos, productis duobus voluminibus Concilii quinti cum codice in pergameno scripto, nempe Sessionis septimæ Authographo, juramento affirmavit, eadem esse, quæ in priore Sessione produxisset. Item volumen Chartaceum ejusdem Concilii, quod postea in Bibliotheca Patriarchali invenerat, exhibuit.

Quidam ex Episcopis surgentes, acceptis his Voluminibus, Textibus suspectis examinatis & cum Volumine Chartaceo modo exhibito, aliisque antiquis exemplaribus chartaceis quinti Concilii collatis dixerunt: *Duo Volumina in per-*
p. 980. *gameno scripta, & Volumen Chartaceum septimæ Sessionis sibi invicem esse consentanea, sed additam fuisse Dissertationem Mennæ ad Vigilium, item epistolas Vigilii*

ad

ad Justinianum & Theodoram, invenimus, quæ tempore Concilii quinti nec compositæ nec scriptæ fuere; nam primo volumini tres inserti fuerunt codiculi, qui commentitiam Mennæ Dissertationem continent, & in secundo Volumine Sessione septima decimus quintus codiculus mutatus fuit, rursusque quatuor codiculi adjecti ante decimam sextam, ubi confictæ Dissertationes Vigilii ad Justinianum & ad Theodoram leguntur. Ceterum duo hi codiculi nullo signo muniti sunt. Judicamus, has Dissertationes sub nomine horum Virorum mala fide fuisse fabricatas contra Doctrinam Catholicam, cum nec in antiquis Exemplaribus integris, quæ exhibita fuerunt, nec in eo, quod modo ex Bibliotheca Patriarchali allatum, inveniantur. Itaque decernimus, ut codiculus Chartaceus & duo Volumina expungantur & deleantur in locis depravatis, Corruptores autem & Dissertationes suppositiæ anathematizentur.

Sæculum VII A. C. 681.

Macrobius Episcopus Seleucienſis in Isauria dixit: *Manifesto, quod habeam Librum quinti Concilii, mihi a Philippo Militiæ Magistro datum, quem cum legerem, in septima Sessione corruptum inveni. Interrogavi Philippum, an non eum aliquando cuiquam dedisset; respondit que, Stephano Monacho Macarii Discipulo. Ceterum manus in locis perversis certissime est*

Sæculum VII A. C. 681.

eſt Monachi Georgii, qui etiam cum Macario erat; nam ipſius domum, cum meus eſſet Patriarcha, frequentans, Georgium Monachum ſæpe ſcribentem vidi, & certo ſcio, eſſe ipſius ſcripturam. Peto, ut interrogetur. Georgius Monachus vocatur, & in medio Concilii ſiſtitur. Tum libro, quem Macrobius Epiſcopus exhibuerat, inſpecto, dicit: *idem ipſe eſt, qui pertinebat ad Philippum, nam vicinus erat Patris Stephani, cum Macario Hæretico damnati.* *Quando Theodorus tunc hujus Civitatis Epiſcopus de Fide cum Macario diſputabat, Macarius & Stephanus (penes ipſos ſit fides) ex Palatio Patriarchali exempla deſcripta epiſtolarum Vigilii produxerunt, quæ a nobis his codiculis inſerta Imperatori tradiderunt. Exinde creſcente audacia omnibus ad ſe diverſantibus ea monſtrabant. Igitur Philippus librum ſuum Stephano oſtendens dixit: hunc librum quinti Concilii ex Occidente attuli, vide an ſincerus ſit. Stephano reſpondente, aliqua deeſſe, rogavit Philippus, ut ea ſuppleri curaret. Stephanus juſſit me hæc deſcribere. Scripſi, eique dedi. Mea manus eſt hæc, fateor. Non ſolum autem in hoc exemplari confictas Vigilii epiſtolas aſſuerunt, ſed etiam in omnibus illis, quæ ad eorum manus devenerunt. Unum quoque exemplar recuperarunt latinum, quod a vidua Innocentii Patri-*

Epiſtolæ corruptæ.

Sæculum VII A. C. 681.

Patritii sex Solidis aureis se emisse dicebant. Hac vero de re Constantinus Presbyter Ecclesiæ Majoris & Grammaticus Latinus plene edoctus est. p. 984.

Constantinus interrogatus dixit: *Paulo Patriarcha sedente, cum Fortunius Episcopus Carthaginensis in hanc Civitatem venisset, & officio Divino in majore Ecclesia interfuturus esset, quæstionem moverunt, quo loco esset collocandus, & an Metropolitis præponendus vel postponendus. Ut id sciret, Paulus Patriarcha librum quinti Concilii afferri jussit, & ejus locum invenit. Dum liber iste inspicitur, etiam fortuito exemplum latinum hujus Concilii occurrit, quo ex Bibliotheca accepto, Patriarcha ad me: explora, an integrum sit, & cum Volumine Chartaceo, quod Authenticum est, confer. Vidi exemplum latinum aliqua in Sessione septima non habere. Tum Paulus Patriarcha: socium adhibe Sergium Diaconum, qui litteras latinas elegantissime format, & fac, ut quæ desunt, adscribat; nempe confictas Vigilii Dissertationes. Has in latinum transtuli, descripsit Sergius, tum Theodorus Scriba, cui prope S. Joannem Phocam officina est, Libro Latino adjunxit.* Sergius quoque Diaconus interrogatus, eadem suo testimonio confirmavit.

Hic Concilium exclamare: *Anathema commentitiæ Dissertationi Mennæ ad*

Sæculum VII A. C. 681.

Vigilium! Anathema illis, qui eam cuderunt, aut scripserunt! Anathema fictitio Sermoni Vigilii ad Justinianum & ad Theodoram! uno verbo, Anathema illis, qui Acta quinti Concilii corruperunt! p. 985. *Anathema illis, qui docuerunt, qui docent, aut docturi sunt, unicam in JEsu Christo Voluntatem & unicam Operationem! In memoria æterna sint quatuor Sancta Concilia! in memoria æterna sit Concilium quintum! Annos plurimos Constantino Imperatori! Fili Dei! dona ei vitam! dona Victoriam!*

Theodorus Trimithuntinus & ceteri Episcopi ex Cypro petierunt, ut legeretur aliquis Sermo S. Athanasii in illa JEsu Christi verba: *nunc anima mea turbata est.* Atque eo Sermone perlecto perspexerunt Patres, in eo duas Voluntates clare probari. Tum Domitius Prusiadensis dixit: *indicium vobis facio, quemdam, nomine Polycronium, Presbyterum & Monachum Errores Macarii & Stephani pertinaciter defendere, & simplicibus imponere. An non videtur vobis, vocandum esse, ut Fidem suam explicet?* Decretum, ut in futura Sessione vocaretur.

Joan. 12. 27. Conc. p. 989.

Polycronius.

Tunc aliquanto tempore interruptum est Concilium ob incidentem Solemnitatem Paschalem, quæ illo anno 681. decima quarta Aprilis celebranda erat. Die Dominica octava Paschæ Joannes Episcopus

pus Portuensis, primus Legatus Occidentis Missam solemniter lingua latina in Ecclesia S. Sophiæ, Imperatore & Patriarcha præsentibus cantavit, ubi sæpius in Imperatoris laudes latine acclamatum; quippe honorem Occidentis Legatis habitum Concilium populusque ingenti gaudio conspiciebat. Sæculum VII A.C. 681.

§. XXV.

Sessio decima quinta. Polycronius.

Sessio decima quinta post elapsas tres Septimanas vigesimo sexto Aprilis celebrata. Illo die introducitur Polycronius, & Fidem suam aperire jubetur. Respondit: *Fidei meæ Confessionem operibus patefaciam. Date mortuum, & rogabo Filium Dei, ut eum resuscitet. Nisi ad vitam redeat, tenetis me, Concilium & Imperator, quod placuerit, de me decernant.* Concilium dixit: *Scire volumus, quam Fidem confessurus sis super mortuum.* Polycronius: *quando eam imposuero, legetis.* Concilium: *protinus habebis mortuum. Fidei tuæ Confessionem trade.* Tunc Polycronius Chartam e sinu produxit cum Sigillo, cui incisum erat Monogramma Polycronii Confessoris, nempe verisimiliter Episcopi Ctesiphontani, qui sub Decio Martyrium passus fertur. Concilio jubente lecta est Charta, in qua Polycronius sermone ad Imperatorem converso dicebat: *Vidi* 26. *Aprilis.* p. 996. *Martyr. R.* 17. *Febr.* *Boll. tom.* 5. *p.* 5. *v. Tillem. to.* 5. *p.* 561.

Sæculum VII A. C. 681.

multitudinem hominum vestimentis albis, & in medio eorum Virum, cujus potentiam satis explicare nequeo. Is dixit ad me: Constantinus Imperator novam Fidei Confessionem componit. Ito celeriter, & dic ei, ut caveat sibi, ne novam faciat, vel recipiat. Postea cum Heraclea Chrysopolim profectus fuissem, & circa horam diei septimam in aggere starem, vidi virum candidissima veste, qui dixit ad me: Qui non confitetur unam Voluntatem & unam Operationem Theandricam, non est Christianus. Dixi: id ipsum sapientissimus Imperator Constantinus, nempe unam Voluntatem & unam Operationem Theandricam, anticipato definivit. Respondit ille: optime fecit. Concilio Polycronium interrogante, an hæc ipse sua manu scripsisset, & an eandem chartam mortuo esset impositurus, ipse affirmavit utrumque.

p. 997.

Magistratus & Patres jusserunt, ut resuscitatio mortui publice fieret, & Palatio egressi ad aream thermarum Zeuxippi sequente frequente populo se contulerunt. Mortuus in lecto argento nitente sternitur. Polycronius, Fidei suæ Confessione cadaveri imposita, multa per aliquot horas submissa voce mortuo ad aurem insusurrat, & tandem dicit: *non possum mortuum suscitare.* Tunc populus præsens exclamare: *Anathema Simoni alteri! Anathema Polycronio Sycophantæ!*

tæ! Magistratus & Patres ad Palatium re- Sæculum VII
versi Polycronio præceperunt, ut edice- A. C. 681.
ret, an duas Voluntates & duas Operationes in JEsu Christo confiteretur. Respondit: *Confiteor, quæ scripta sunt in libello, a me vobis tradito, quem super mortuum imposui. Credo unam Voluntatem & unam Operationem Theandricam. Aliud nihil addo.* Concilium dixit: *Quia Polycronius in errore usque in senectutem perseverat, & modo, cum a nobis admoneretur, voluit tentare Spiritum Sanctum Libellum blaspbemiis scatentem composuit, & impudenter pollicitus fuit, se ad stabiliendam Fidem suam mortuum ad vitam revocaturum, ei jam prius Anathema, de quo loquitur Sanctus Paulus, diximus, & nihilominus ad convincendum populum,* p. 1000. *quem ipse & conscii ejus seduxerunt, consensimus, ut, quod sibi stulte proposuerat, publice attentaret. Jussimus mortui corpus, illud ipsum, quod petierat, afferri, eumque apud cadaver diutissime murmurantem sustinuimus, donec, frustra se esse, edixit. Itaque tanquam impostorem & hæreticum manifestum omni ordine & officio Sacerdotali privandum decernimus.* Polycronio in hunc modum deposito, Concilium exclamavit, *Anathema Polycronio Hæretico & Sociis ejus Macario & Stephano! omnes tres* S. *Trinitas deposuit!*

Sæculum VII
A. C. 681.

§. XXVI.

Sessio decima sexta.

A Sessione decima quinta usque ad decimam sextam menses tres & dimidius effluxerunt. Forte ideo tam diu expectatum, ut vacaret Imperatori, quem conclusioni Concilii adesse oportebat.

9. *Augusti.* Tandem hæc Sessio nono Augusti eodem anno 681. habita, majore quam unquam ante Episcoporum frequentia. Theophilus

p. 1005. Notariorum Constantinopolitanorum Primicerius dixit: *Indico, quod Constantinus, qui se Presbyterum Ecclesiæ Apamiensis in Syria dicit, ad fores stet, & intromitti petat, ut vos aliquid ad præsentem Quæstionem pertinens edoceat.* Ille, admissus, dixit: *Si me audissetis, non accepissemus funestam cladem, quam nobis hoc anno Bulgari attulerunt.* Scilicet Bulgari, effera Natio, illis temporibus superato Danubio, in Thraciam irrumpere cœperunt, & Constantinus Imperator probrosam pacem, & tributum pendere coactus. At Constantinus Presbyter sermonem prosecutus est in hunc modum:

Theoph. an. II. p. 299. *Optabam ab initio ad Concilium admitti, vosque exhortari posse ad concordiam, ita ut neutra Pars, nec illa, quæ unam Voluntatem, nec altera, quæ duas Voluntates affirmat, persecutionem pateretur. In hunc finem Theodorum Patricium adive-*

ram

ram & rogaveram, ut desiderium meum Concilio aperiret. Nunc vero, si jubetis, Syriaca lingua scribam, quæ Deus mihi de vera Fide inspiravit, & postea in Græcum sermonem vertetur. Sæculum VII A. C. 681.

Concilium dixit: *quia cogitationes tuas græce nobis exposuisti, etiam Fidem in hac lingua expone.* Petiit ille sex dierum moram; quod ei denegatum, quia, non vocatus, audiri ultro petierat. Ergo dixit: *confiteor duas Naturas, sicut Calcedone definitum fuit, & duas Proprietates. De Operationibus non disputo, si eas tanquam Proprietates admittitis. Sed unicam affirmo Voluntatem de Persona Verbi, id est, de ejus Subsistentia. Ut enim nihil dissimulem, quid vox* HYPOSTASIS *Græce significet, nescio. Loquor vero de Voluntate Personæ Verbi, etiam post Incarnationem. Nam Pater, Filius, & Spiritus Sanctus unica sunt Voluntas:* Interrogatus deinde, an illa unica Voluntas, quam in JEsu Christo agnoscebat, esset Voluntas Naturæ Divinæ vel Naturæ Humanæ, respondit: *est Voluntas Divinitatis.* Rursusque interrogatus, an Natura Humana in JEsu Christo habeat Voluntatem. Respondit: *Omnino, Voluntatem Naturalem, quam habuit a Nativitate sua usque ad Crucem; & hoc est, quod appello Proprietatem.* Patres dixerunt: *quid igitur* Constantinus Hæreticus. *Conc. pag.* 1008.

Sæculum VII A. C. 681. 9. Auguſti.

tibi vis? an forte JEſus Chriſtus a tempore Crucis ſuæ Naturam Humanam dimiſit? Reſpondit Conſtantinus: *Voluntas Humana cum eo non remanſit, ſed cum carne & ſanguine. Nunc enim non amplius bibit, vel manducat, dormit, aut ambulabat.* Porro Patres inſtabant in hunc modum: *Dixiſti, quod Perſona Verbi habeat Voluntatem. Dixiſti deinde, quod ejus Humanitas habeat Voluntatem Naturalem. Quomodo ergo unicam in JEſu Chriſto Voluntatem confiteris?* Reſpondit: *Hanc cum carne & ſanguine dimiſit.* Tum prementibus Adverſariis compulſus eſt dicere, JEſum Chriſtum carnem ſuam depoſuiſſe. Fatſus etiam eſt, hanc eſſe Macarii Antiocheni Doctrinam, cui obſtinate inhæſit, dicens, non poſſe ſe aliud credere. Hic Concilium exclamavit: *Hæc eſt Hæreſis Manichæorum! hic eſt error Apollinaris! Anathema Apollinari, & Doctrinæ ejus! ejiciatur Manichæus!* Ita Conſtantinus Apamienſis ex Concilio extruſus.

Tum Georgius Patriarcha Conſtantinopolitanus dixit: *Gratiam ego & aliquot Epiſcopi huic Sedi ſubjecti a vobis petimus: Si fieri poteſt, Perſonæ in acclamationibus nominatim non anathematizentur nempe Sergius, Pirrhus, Paulus & Petrus.* Concilium reſpondit: *Oportet, ut*

ut illi qui legitime rei fuere judicati, & nostra Sententia ex sacris Diptychis deleti, etiam nominatim anathematizentur. Igitur Georgius se plurimorum Sententiæ accedere edixit, & mox omnes in Laudem Imperatoris sæpius acclamarunt. Plurimos annos Agathoni Papæ, Georgio Constantinopolitano, Theophani Antiocheno, Concilio, & Senatui precati, præterea exclamarunt: *Anathema Theodoro Pharanitano Hæretico! Sergio, Cyro, Anathema! item Anathema Honorio Hæretico, Pirrho, Paulo, & Petro, Macario, Stephano, Polycronio & omnibus Hæreticis!* Tandem Magistratus ex Patribus quæsiverunt, an quidquam examinandum de Causa & Quæstione præsente restaret, qui responderunt, nihil restare, sed se in proxima Sessione cum auxilio Spiritus Sancti Confessionem Fidei concinnaturos.

Sæculum VII A. C. 681.

p. 1009.

Sessio decima septima post unum elapsum mensem, nempe, undecimo Sept. 681. Indictione decima Constantinopoli ineunte, celebrata. Nihil aliud actum, nisi quod inter Patres de Fidei Definitione convenerit, quæ in Sessione sequente iterum publice lecta. Hinc in exemplis Græcis hæc ultima non visitur, nam Græci septendecim solum Sessiones numerant.

Sæculum VII
A. C. 681.

§. XXVII.

Concilii Finis.

Sessio Concilii ultima, & secundum Latinos decima octava, decimo sexto Septembris habita, Constantino Imperatore, & saltem centum sexaginta Episcopis
p. 1020. præsentibus. Lecta Fidei Definitio, in qua Concilium primo declarat, quod quinque Conciliis præcedentibus inhæreat, atque Symbola Nicenum & Con-
p. 1024. stantinopolitanum refert. Tum notat Errorem Auctorum, quos damnat, scilicet Theodori Pharanitæ, Sergii, Pirrhi, Pauli, & Petri Constantinopolitanorum, Honorii Papæ, Cyri Alexandrini, Macarii Antiocheni, & Stephani ipsius Dis-
16. *Sept.* puli. Epistolas duas Agathonis Papæ, & ejusdem Concilii tanquam Concilio Calcedonensi, & Doctrinæ S. Leonis & S. Cyrilli consentaneas approbat. Tandem Mysterium Incarnationis explicat, demonstrat, & decidit, in JEsu Christo
p. 1028. duas Voluntates Naturales, & duas Operationes Naturales esse. Prohibet, ne quis aliud doceat, adjecta pro Clericis Depositionis, & pro Laicis Anathematis pœna. Tum Signa Legatorum & centum sexaginta quinque Episcoporum apposita visuntur.

p. 1044. Concilium, hac Fidei Definitione multis acclamationibus iterum confirma-

ta,

ta, etiam Anathematiſmos in Hæreticos, non omiſſo Honorio, repetiit. Tum de more Sermo ad Imperatorem directus lectus eſt, in quo Patres ejus Pietatem laudant, & quæ in Concilio a ſe acta fuiſſent, ſummatim referunt. In eo Agathonem Papam quoque laudant, dicuntque, S. Petrum per os ipſius fuiſſe locutum. Tandem rogant Imperatorem, ut Decreta Concilii ſua Auctoritate, Subſcriptione, & Edictis roboret. Subſcriptiones ad finem hujus Sermonis etiam viſuntur.

Sæculum VII
A. C. 681.

p. 1048.

Imperator ſubſcribit Concilio.

p. 1053.

Hoc igitur perlecto Epiſcopi iterum viva voce Imperatorem rogarunt, ut Fidei Definitioni ſubſcriberet, quod promiſit. Sed antequam faceret, ad Concilium detulit, quod Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus in Sardinia crimine læſæ Reipublicæ accuſatus, & abſolutus fuiſſet; hinc rogare ſe Patres, ut purgatum reciperent, & Fidei Definitioni ſubſcribere ſinerent. Poſtquam igitur Citonatus, & quidam alius Episcopus ſubſcripſiſſent, Imperator omnium ultimus manum ſuam appoſuit.

p. 1072.

His actis, Concilium rogavit Imperatorem, ut, ad Fidei tutelam, ſingulis Cathedris Patriarchalibus unum Exemplum Definitionis Fidei manu Cæſarea ſignatum traderetur, cui petitioni cum annuiſſet, quinque Exempla deſcripta, atque

Sæculum VII A. C. 681.

atque Papæ, & duorum Patriarcharum abſentium Legatis, tum Patriarchis Conſtantinopolitano, & Antiocheno præſentibus data ſunt. Scripſit etiam Concilium ad Agathonem Papam Epiſtolam, in qua dicit inter alia: *Illos, qui a Fide aberrarunt, juxta condemnationem in Litteris tuis contentam condemnavimus.*

p. 1073.

Nihilominus Patres in ſua Sententia Honorium nominant, de quo Papa nullam mentionem fecerat; (*) at poſt ejus condemnationem a ceteris non amplius ſeparabatur. Et infra: *Omnia cernes ex Actis, quæ tibi transmittimus.* Tandem rogant Pontificem, ut ſuis litteris eorum Fidei Definitionem confirmet, id eſt, conſenſum ſuum manifeſtet. (**) Huic Epiſtolæ Legati Orientis, & quinquaginta quinque Epiſcopi ſubſcripſerunt. Imperator vero, ut Decreta Concilii effectui darentur, Edictum edidit, in quo iterum Honorius tanquam Hæreſis Fautor, & ſibimetipſi adverſus, nominatur.

p. 1076.

(*) Opportuna eſt hæc Fleurii Reflexio.

(**) Hæc Concilii Verba argumento ſunt, Summi Pontificis eſſe Concilia Generalia confirmare. Sed ad Fleurii Reflexionem, ſemper magis Conciliis quam Papæ faventis, nemo attendat; nullum enim eſt dubium, quin Summi Pontificis conſenſus Acta in Conciliis Oecumenicis proprie confirmet.

Sæculum VII
A.C. 681.

tur. (*) In eodem Doctrina Catholica de duabus Voluntatibus prolixe explicatur, atque Imperator concludit in hunc modum: *Probibemus omnibus & ſingulis ne de una aut duabus Voluntatibus aut Operationibus diſputent.* Et infra: *Quicunque præſentem Conſtitutionem violaverit, ſi Epiſcopus, Clericus, aut Monachus ſit, deponatur. Si in Dignitate ſit, ea privetur, & Bona Fiſco adſcribantur. Si ſit homo privatæ ſortis Conſtantinopoli, & ex omnibus Civitatibus noſtris ejiciatur.* Hic Sextæ Synodi Oecumenicæ, Conſtantinopolitanæ tertiæ, finis fuit.

p. 1085.

p. 1097.

Non ſatis fuit Catholicis, nomina eorum, qui condemnati fuerant, e Diptychis eradere, ſed etiam eorum Imagines ex Eccleſiis remotæ, nempe Cyri, Sergii, Pauli, Pirrhi, & Petri. Illi vero, qui in vivis erant, nempe Macarius, Stephanus, Anaſtaſius, Leontius, Polycronius & Epiphanius communi omnium nomine Imperatori Libellum obtulerunt, rogantes, ut ad Papam dimitterentur. Id ipſis conceſſum, & Civitas Romana iisdem locus exilii datus.

Anaſt. in Agath.

Ep. Conſt. tom. 6. Conc. p. 1101.

§. XXVIII.

(*) In his Verbis optima continetur Honorii Papæ Apologia, atque ſatis demonſtratur, quod eum Synodus Univerſalis Hæreſis convictum non habuerit.

Sæculum VII
A. C. 682.

§. XXVIII.

Agathonis Obitus. Leo II. Papa.

Legati Agathonis Papæ, Constantinopoli versantes, ipsius nomine ab Imperatore Litteras obtinuerunt, quibus aliquid de pecunia, pro Ordinatione Papæ dari solita, remittebat, ea tamen addita conditione, ut Papa Neo-electus non prius ordinaretur, quam Decretum Electionis Constantinopolim pro more antiquo fuisset delatum, & Imperator consensisset. Haud diu post Concilium Agatho Papa superstes fuit. Clero *Roga*† una dimissa, Ecclesiis Apostolorum, & S. Mariæ ad Præsepe solidos bis mille centum & quadraginta ad alenda luminaria legavit. Una Ordinatione Presbyteros decem, Diaconos tres & per diversa loca Episcopos octodecim, creavit; cumque Sedem tenuisset annos duos & dimidium, obiit, ad S. Petrum decimo Januarii, quo die Ecclesia eum inter Sanctos colit, sepultus.

† pecunia.

Mart. Rom. 10. *Jan.*

Anast. in Leo. S. Agathone defuncto electus est Leo, Siculus, Pauli filius, vir Græcis & Latinis litteris instructus, eloquens, in Sacris Scripturis versatus, cantum Ecclesiasticum callens, in aliis erudiendis diligentissimus, paupertatis & pauperum amantissimus. Ejus Ordinatio de more dilata est, donec consensus Imperatoris afferre-

Sæculum VII
A. C. 682.

ferretur, atque ad tempus Electionis S. Leonis pertinere creditur Formula, quæ Roma Conſtantinopolim mittebatur. Interim Legati, qui Concilio interfuerant, Romam menſe Julio, anno 682. Indictione decima pervenerunt, afferentes Epiſtolas Imperatoris, quibus penſiones frumenti a Patrimoniis Eccleſiæ Romanæ ex Sicilia & Calabria exigi ſolitæ, & alia tributa, Eccleſiam enormiter prementia, minuebantur. Hinc non mirum, quod Romæ maximæ lætitiæ ſignis excepti fuerint. Acta quoque Concilii attulerunt, & duas ad ea confirmanda Imperatoris Epiſtolas, unam Leoni Papæ, alteram omnibus Synodis Sacræ Sedi ſubjectis, id eſt, Epiſcopis Occidentis, qui litteras ad Principem dederant, ſcriptam. In Epiſtola ad Papam Imperator de Epiſtola Agathonis loquitur in hunc modum: *Epiſtolam ejus publice recitari juſſimus, eaque Sacris Scripturis, Conciliis, & Patribus conſentanea inventa eſt; eandem itaque, non ſecus ac ſi S. Petrus locutus fuiſſet, ſummo gaudio recepimus. Solus Macarius Antiochenus, quod ex Actis diſpicies, eam recipere pertinaciter detrectavit. Is, & in errore ſocii rogarunt nos, ut ad vos mitterentur, quod conceſſimus; nam hominum iſtorum ſortem Paterno tuo judicio committi-*

Ap. Papebr. Conc. Chr. p. 106.

ep. Leo. to. 6. Conc. p. 1113.

Anaſt. in Jo. V.

to. 6. Conc. p. 1100. 1105. 1. not. p. 1244

Sæculum VII A. C. 683.

mittimus. In fine Papam rogat, ut sibi sine mora Legatum mittat.

Tandem cum Sacra Sedes decem mensibus vacasset, Leo Papa II. ordinatus est die Dominica, decima nona Octobris anno 682. a tribus Episcopis Andrea Ostiensi, Joanne Portuensi, qui in Concilio Legatus adfuerat, & Placentino Veliternensi, quia in Sede Albanensi nullus tunc erat Episcopus. Anno sequente Constantinopolim misit Constantinum, Patrimonio S. Petri in una Regione præfectum, Subdiaconum, qui Concilio interfuerat, eique Epistolam ad Imperatorem, septimo Maji, Indictione undecima, anno 683. datam, deferendam tradidit. In ea, de Actis Concilii loquens, dicit:

S. Leonis II. Epistola ad Imperatorem

Hæc, accurate examinata, illis consentanea invenimus, quæ nobis Legati retulerant, & cognovimus, hoc sextum Concilium a Doctrina quinque Conciliorum priorum nec latum unguem discessisse. Gratissimum præterea nobis contigit, accipere Tuæ Pietatis Edictum, quod Concilii Definitioni conjunctum gladius ejus ad extirpandas Hæreses ex utraque parte

p. 1116. *acutissimus. Ideo Definitioni Sancti Concilii sexti consentimus, eandem S. Petri Auctoritate confirmamus, & sicut alia quinque Concilia recipimus. Novi Erroris Auctores anathematizamus, scili-*

p. 1117. *cet, Theodorum Pharanitam, Cyrum Alexan-*

lexandrinum, Sergium, Pirrhum, Paulum, & Petrum Constantinopolitanos; Honorium etiam, qui cum hanc Ecclesiam Apostolicam Doctrina Apostolorum illustrare debuisset, proditione profana fidem pene evertit. (*) *Anathematizamus quoque Macarium, olim Episcopum Antiochenum, Stephanum ejus Discipulum, seu verius Magistrum, Polycronium Impostorem, & omnes ceteros his nihilo meliores. Omnem quidem conatum, hortatu tuo per Epistolam excitati, adhibuimus, ut veritatem eos edoceremus, & ad veram Fidem reduceremus; sed errantium contumacia frangi non potuit.* Sæculum VII A.C. 683.

Macarius aliique in Concilio damnati, & Romam relegati, ibi in diversa Monasteria missi sunt. Duobus ex iis Papa suam reddidit Communionem, nempe Anastasio Presbytero, & Leontio Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono, qui cum ceteris Romam migrare jussi fuerant, etsi eos Concilium non anathematizasset. Papa eos in Festo Epiphaniæ anno 683. postquam Fidei suæ Confessionem *Anast. in Leo.*

(*) Cardinalis Baronius hanc Epistolam dicit esse spuriam, qui legi potest ad annum 682. & 83. Fleurius hic posuit vocem *Trahison* proditio. Melius posuisset *Tradition* Traditio.

Sæculum VII A. C. 683.

sionem scriptam tradidissent, & Hæreticis Anathema dixissent, ad Communionem recepit.

§. XXIX.

Concilium Toletanum Duodecimum.

Leo Papa accepta sexti Concilii Act confestim transmisit ad Episcopos Hispaniæ, ubi ante annos duos mutatæ rerum facies fuerat. Cum Rex Wamba in gravem morbum incidisset, & mentis impotentiam; Archiepiscopus Toletanus de vita periclitantem Pœnitentia munivit, & Veste Monastica induit. Ille postea convalescens credidit, cucullum nunquam amplius sibi esse deponendum, &, abdicato Regno, Ervigium Regis Chindasuinti Propinquum Successorem pronunciavit. Hæc solemni ritu præsentibus Optimatibus, qui Abdicationi subscripserunt, Die Dominica decima quarta Octobris, Æra 718. id est, anno 680. acta sunt, & Dominica sequente Ervigius Rex Visigothorum coronatus, qui Wambæ potionem veneno corruptam propinasse dicitur, ut sibi scelere Regnum pararet.

Epist. 4. ad Simpl. p. 1260.

Luc. Tud. Lib. 3.

Chr. Reg. Visig.

Prima Ervigii cura fuit, Toletum Synodum convocare, quæ duodecima habetur. Adfuere Episcopi triginta quinque, præsidente Juliano Toletano cum tribus aliis Metropolitis, scilicet, Hispalensi, Braccarensi, & Emeritano. Abbatum

to. 6. Conc. p. 1221. Isid. Pa. p. 9.

tum etiam quatuor, & Optimatum quindecim nomina visuntur, atque hoc Concilium, cui nona Januarii initium datum, vigesima quinta ejusdem mensis, regnantis Ervigii primo, Æra 719. seu anno 681. solutum est. Rex præsens Episcopis Libellum tradidit, in quo rogabat, ut sibi Regnum, quod eorum suffragiis accepisset, stabilirent. Petebat, ut Leges contra Judæos latas confirmarent, & illam abrogarent, qua milites fugitivi, vel qui militare detrectassent, quacunque Dignitate privari jubebantur. Sæculum VII A C. 683.

In hoc Concilio Canones tredecim conditi. In primo dicunt Patres: *Evidenter & ex litteris cognoscimus, qua ratione Serenissimus Princeps noster Coronam fuerit consecutus. Vidimus Instrumentum a Proceribus signatum, coram quibus Wamba vestem Religiosam & Tonsuram recepit. Vidimus ejus Decretum, in quo Ervigium Successorem habere exoptat, & Mandatum Venerabili Fratri nostro Juliano Episcopo Toletano missum, manu Wambæ signatum, in quo orat, ut maxima cura Ervigii Unctio peragatur; quibus omnibus perlectis hanc Electionem assensu nostro confirmandam esse existimavimus. Itaque declaramus, populum a fide juramenti, quo Wambæ obstringebatur, esse liberatum, & teneri ad agnoscendum unicum Domi-*

Sæculum VII A. C. 683.

num ſuum Sereniſſimum Ervigium, a Deo electum, ab Anteceſſore ſuo nominatum, & quod majus eſt, a toto populo exoptatum. Quicunque ei obedire detrectaverit, Anathema ſit!

Canonis ſecundi ſumma hæc eſt: *Sæpe qui ſano corpore Pœnitentiam deſiderabant, morbo occupati, atque voce & memoria deficiente eam petere non poſſunt. His nihilominus ultimum Viaticum datur, nec eorum Pœnitentia fructu caret creditur.*

Hic ego ſub nomine Viatici Abſolutionem intelligo, ſicut in aliis locis. Tum Patres proſequuntur: *Sunt, qui recuperata ſanitate Tonſuram & Habitum Religionis dimittere volunt, impudenter dicentes, hoc Voto ſe non obligari, quia Pœnitentiam non petierunt. At ſicut infantes Fide Baptiſmi, quem rationis expertes acceperunt, obſtringuntur, ita etiam, quibus Pœnitentia, etſi ſui neſcii, injuncta eſt, eam ſancte adimpleant, itaque omnem reditum ad munera militaria interdicimus. Nihilominus nobis non probatur, quod Epiſcopi Pœnitentiam non petentibus æquo facilius injungant, ſed, ne faciant, ſub pœna Excommunicationis ad unum annum prohibemus.* Nemo non videt, hunc Canonem ea ſolum de cauſa editum, ut Wambæ ſpes omnis ad ſolium redeundi præcideretur. Nec legimus,

Pœnitentia.

gimus, hanc ei mentem fuisse; nam in Monasterio perseverans post annos septem diem oppetiit. Ceterum primum hoc est, quod occurrit, exemplum, Episcopos voluisse subditos a juramento fidelitatis suo Principi præstito liberare, (*) & sub prætextu Pœnitentiæ usum potestatis sæcularis interdicere. Sæculum VII A. C. 683.

Item in hoc Concilio decernitur, ut Episcopi Communioni Ecclesiasticæ illos restituant, quos Princeps in Gratiam recepisset, & qui ad exercitum vocati non veniissent, non haberentur in judicio fide indigni, non obstante Regis Wambæ Lege, quæ abrogatur. Ex his suspicari fas est, novo Regi Ervigio animum fuisse Antecessoris sui facta, quantum posset, denigrandi; nam in eodem Concilio questus est Stephanus Episcopus Emeritanus, se vi adhibita a Wamba fuisse compulsum, ut in pago novum Episcopum consecraret. Tum non nulli Canones lecti, quibus Episcopales Sedes erigi in locis ignobilibus prohibebantur, atque ejusmodi Sedes suppressa est, nec tamen ideo novus Episcopus depositus, sed alia Cathedra, quæ primo vacaret, eidem destinata. Ceterum sub pœna *can.* 3. *c.* 7. *c.* 4.

(*) Nullus hic actus Jurisdictionis ab Episcopis exercitus; sed tantum, quid populo licere crediderint, edixerunt.

Sæculum VII A. C. 683. Anathematis prohibitum, ne Episcopus ad talem locum, in quo nunquam Episcopus fuisset, ordinaretur. Quasi vero nulla nasci posset causa novas Sedes erigendi. Item sancitur, ut Episcopus Toletanus potestatem habeat omnes Episcopos Hispaniæ ordinandi, quos Princeps elegerit, si modo ipse tanto fastigio dignos judicaret; at Neo-electus Episcopus post Ordinationem suam ad mandata accipienda suum Metropolitam intra menses tres adire teneatur. Ita Episcopis Provinciæ Jus eligendi Episcopos, & Metropolitæ Jus consecrandi auferetur, ut omnia Regi & Episcopo Toletano conferantur. Episcoporum quorumdam usus damnatur, qui sæpius in uno die Sacrificium offerentes, in ultimo tantum communicabant, & præcipitur, ut quoties sacrificant, etiam communicent. Leges contra Judæos renovantur. Tandem Rex Ervigius edito Edicto Decreta hujus Concilii confirmavit.

c. 6.

c. 5.

c. 9.

§. XXX.

Concilium Toletanum decimum tertium.

to. 6. *p.* 1253. Annis ferme tribus elapsis scilicet anno 683. quarta Nov., anno regnantis Ervigii quarto, Æra 721., Synodus Toleti habita, quæ est ordine decima tertia. Ante omnia de more Confessio Fidei edita

edita est, id est, Symbolum Nicenum, quod jam illa ætate in Missa in Ecclesiis Hispaniæ decantabatur. Deinde tredecim Canones sanciti, quorum pars bona ad causas sæculares pertinet. Bona, jura, & Dignitates illis redduntur, qui tanquam conscii seditionis Pauli contra Regem Wambam condemnati fuerant. Tanta cura erat omnia hujus Principis facta damnandi! Prohibetur, ne vinculis dentur, aut in equuleo torqueantur Aulici, aut Clerici, vel magno rigore habeantur, si fuerint criminis accusati. Reliquiæ omnium Tributorum necdum solutorum usque ad annum primum Ervigii condonantur. Sub pœna Anathematis prohibetur, ne quis Posteritati Regis Ervigii, aut Reginæ Liubigotonæ Conjugis ejus, quidquam mali inferat. Viduis Regum prohibetur, ne nuptias secundas meditentur, & cuicunque, etiam Regibus, ne eas ducant. Non secus, ac si hac in re crimen esset. Servi aut Liberti, illis exceptis, qui Fisco addicti sunt, in Palatio, aut in Fundis Regiis nullo Officio fungantur. Sola profecto Regis voluntas & Optimatum consensus Episcopis talia præcipiendi Auctoritatem dare possunt.

Sæculum VII A. C. 683. *p.* 1255. *c.* 1. *Sup. Lib. XXXIX.* §. 51. *c.* 2. *c.* 3. *c.* 4. *c.* 5. *c.* 6.

Canones sequentes magis ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinent. Episcopi, & Ecclesiæ Ministri non denudent *c.* 7.

Sæculum VII A. C. 683.

Altaria, non ciliciis tegant, non extinguant lucernas, aut quidquam, quod luctus indicium esse possit, in Ecclesiam inferant, ut affectui vel dolori privato indulgeant. Vidimus hunc fuisse modum Ecclesias interdicendi. Gaudentius Episcopus Valeriæ per Legatum suum ad Concilium referri jussit, sibi gravi morbo decumbenti manuum impositione Pœnitentiæ Leges fuisse injunctas; itaque quærebat, an sibi Missam celebrare, & ceteris Officiis fungi liceret. Respondet Concilium, quod possit, accepta prius Reconciliatione. Quia, juxta Canones, siqui in periculo mortis existentes Pœnitentiam accipiunt sine Confessione (*) ullius criminis, etiam ad Ordines promoveri possunt. Istud in aliquo Canone Concilii Toletani IV. decretum fuerat, estque notatu dignum, Episcopis quoque, ut tranquillo animo morerentur, Pœnitentiam publicam injunctam fuisse.

Sup. Lib. XXXIV. §. 52. 53. c. 10.

Conc. IV. c. 54.

Sup. Lib. XXXVII. §. 46.

c. 9. In hoc Concilio decimo tertio omnes Canones Concilii præcedentis confirmantur; perspiciebat nempe Rex, quantum, ut id fieret, ipsius interesset.

Triduo confecta sunt omnia, præsentibus Episcopis quadraginta, quorum primi quatuor erant Metropolitæ. Post Episco-

(*) Nempe publica.

Episcopos visuntur Abbates quinque. Hos sequuntur tres Clericorum Ecclesiæ Toletanæ Principes, Archipresbyter, Archidiaconus, & Primicerius. Sæculum VII A. C. 683.

Rex duobus promulgatis Edictis Concilium confirmavit.

Concilio soluto, & Episcopis ad sua reversis, confestim Petrus Ecclesiæ Romanæ Notarius, Leonis Papæ Epistolas & Concilii Constantinopolitani Definitionem afferens, in Hispaniam pervenit. *Conc. Tolet.* 14. *c.* 2. 3.

§. XXXI.

Leonis Papæ Epistolæ ad Hispanos.

Petrus quatuor ferebat Epistolas. In prima ad Episcopos Hispaniæ data docebat Pontifex, Concilium Oecumenicum sextum Indictione nona fuisse celebratum.

Illa etiam Indictione finitum fuerat Concilium secundum Romanos, apud quos Indictio non ante vigesimam quartam Septembris inchoabatur. Tum Papa scribit: *Epistolæ Papæ Agathonis Antecessoris nostri & Concilii nostri in eo examinatæ* (*) *& approbatæ fuerunt. Con-* *p.* 1246. *p.* 1247.

(*) Hic P. Balduinus antiquam crambem recoquit. Sed immorari non vacat, nempe tricatur, an Episcopis liceat Epistolas Summi Pontificis examinare.

Sæculum VII A. C. 683.

demnati Theodorus Pharanita, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pirrhus, Paulus & Petrus Constantinopolitani, & Honorius, qui, cum nascentem Hæresis flammam Auctoritate Apostolica extinguere oportuisset, eandem sua socordia fovit. (*) Tum subjungit: *Quia Acta Concilii necdum ex Græco in Latinum translata sunt, interim Definitionem, & Sermonem Imperatoris, Edictumque ejus mittimus, Acta quoque, si petitis, missuri, postquam Latinitate donata fuerint. Igitur rogamus, ut hanc Concilii Definitionem cunctis Episcopis & populo universo Provinciæ vestræ notam faciatis, omnes Episcopos subscribere jubeatis, & signa apposita ad nos mittatis, prope Confessionem S. Petri deponenda.*

Epistola secunda ad Quiricium Archiepiscopum Toletanum data est; unde videmus, Papam necdum sciviſſe, ipsum esse vita functum, quamvis Julianus ejus Successor jam mense Octobri anno 680. Episcopatum teneret. Epistola tertia data est ad Comitem, nomine Simplicium, & quarta ad Regem Ervigium, omnes in eundem finem scriptæ, ut Definitio sextæ Synodi Universalis in Hispa-

(*) Hic iterum socordiæ incusatur Honorius non autem Hæresis. Si tamen Authentica est Epistola. Videatur Baronius ad hunc annum.

Hiſpania reciperetur. Id vero ideo erat necessarium, quod nullam in hoc Concilio partem habuiſſet Hiſpania, cum Epiſcopi, nec Conſtantinopolim, nec ad Concilium Romanum, in quo Oratores delecti, vocati fuiſſent. In epiſtola ad Regem data condemnatus Honorius iterum memoratur in hunc modum: *& Honorius, qui Apoſtolicæ Traditionis Regulam, quam ab Anteceſſoribus ſuis immaculatam acceperat, inquinari permiſit.* Tanta cura Leoni Pontifici fuit, oſtendere, culpam Perſonæ, Sacræ Sedi nocere non poſſe. Sæculum VII A. C. 683.

His igitur Epiſtolis, poſtquam Epiſcopi a Concilio Toletano decimo tertio receſſiſſent, in Hiſpaniam allatis, quia in hyeme Epiſcopi congregari non poterant, Acta Concilii, ut Roma miſſa fuere, ad ſingulos delata ſunt, ut ea Domi examinarent. Acceptationem autem ſolemnem ad Concilium, quod de more poſt annum celebrandum erat, diſtulerunt.

§. XXXII.

Leonis II. Obitus. Benedictus II. Papa.

Interim Leo II. Papa ad Cœleſtia migravit poſtquam S. Sedem tenuiſſet uno anno & ſeptem menſibus, atque una Ordinatione Presbyteros novem, Diaconos tres, *Anaſt. in Leo*

Sæculum VII A. C. 683.

tres, & per diversa loca Episcopos viginti tres creasset. Ipso sedente Episcopi Ravennates potestatem Sacræ Sedis plene agnoscere, seque subjicere compulsi, misitque Imperator epistolas, in quibus præcipiebatur, ut defuncto Archiepiscopo Ravennate Neo-Electus Romam se conferret, ut ibi ordinaretur. Econtra Papa edito Decreto Archiepiscopum ab onere pensionis pro usu Pallii, & ex aliis Titulis Ecclesiæ Romanæ reddendæ liberavit. At prohibuit, ne dies Anniversarius ageretur Mauri Archiepiscopi Ravennatis, qui se obedientiæ Ecclesiæ Romanæ subtrahere voluerat, & ejus Successores Typum seu Decretum Imperatoris, quod ad stabiliendam suam potentiam quondam obtinuerant, Sacræ Sedi reddere coacti. Leo Papa Ecclesiam Romæ ædificavit prope Ecclesiam S. Bibianæ, quam, Corporibus Sanctorum Simplicii, Faustini, Beatricis, & quorumdam aliorum Martyrum in eam depositis, S. Pauli honori dedicavit. Item prope velum aureum ædificari jussit Ecclesiam in honorem Beati Sebastiani, & iterum aliam in honorem S. Georgii. Sepultus est ad S. Petrum die vigesima octava Junii, qua Ecclesia ejus Memoriam celebrat.

Papebr. Conc. Chr.

Martyr. R. 28. Jun.

Anast. in Ben.

Leone defuncto electus est Benedictus, Romæ natus, Joannis filius, Sacra-

rum

rum Litterarum Scientia & Cantus Ecclesiastici Disciplina apprime instructus, a pueritia Ecclesiæ ministrans, digne sacerdotio fungebatur, Amator paupertatis, humilis, mansuetus, patiens, & munificus. Is Epistolas Constantini Imperatoris accepit, ad Clericos, populum, & exercitum Romanum directas, quibus Princeps potestatem faciebat, sine mora illum ordinandi, qui Papa electus fuisset. Id est, ut, omissa Legatione ad Cæsarem, sufficeret, quod Exarchus Ravennæ nomine Imperatoris consentiret. Benedictus Papa ad Petrum Notarium in Hispania versantem dedit epistolam, in qua instabat, ut ipsi ab Antecessore suo mandata strenue curaret. Sæculum VII A. C. 684. *Papebr. Conc. Chr.*, *p.* 109. *to.* 6. *Conc. p.* 1278.

§. XXXIII.

Concilium Toletanum XIV.

Ut his Mandatis satis fuisset factum, opus fuisset convocare Concilium Generale ex tota Hispania, quod cum ob varia obstacula fieri non posset, jussit Rex, ut Synodi in qualibet Provincia, & primo Toleti Synodus Provinciæ Carthaginensis celebrarentur. Adfuere omnes illius Provinciæ Episcopi, numero septendecim, quibus Julianus Archiepiscopus præerat. Verum ceteri quinque Metropolitæ illo Legatos miserunt, nempe Cyprianus Tarraconensis, Sunifredus Narbo- *Conc. Tol.* 14. *c.* 1.

Sæculum VII A. C. 684.

Narbonenſis, Stephanus Emeritanus, Luiba Braccarenſis, & Floreſindus Hiſpalenſis. Hoc Concilium, quod inter Toletana decimum quartum numeratur, decimo octavo Cal. Dec. anno Ervigii quinto, æra 722. id eſt, die decimo quarto Nov. anno 684. inchoatum, & vigeſimo ejusdem menſis ſolutum eſt.

Summa eorum, quæ Epiſcopi dixerunt, fuit: *Acta nobis examinanda ſunt, Roma ad nos miſſa, quia juxta Canones in Cauſis Fidei Concilium univerſale convocandum eſt.* Scilicet Hiſpani Concilium c. 4. Conſtantinopolitanum tanquam Oecumenicum non habebant, ad quod Hiſpania, Eccleſiæ Pars admodum ſpectabilis, vocata non fuiſſet. Hinc, antequam illius Definitionem examinaſſent, eam recipere nolebant. Tum ſubjungunt: c. 5. *His Actis cum antiquis quatuor Conciliis collatis, ea approbamus, recipimus, &* c. 6. *veneramur tanquam conſentanea, atque proximo loco poſt quatuor Concilia habenda* c. 7. *eſſe arbitramur.* De Concilio quinto nullam faciunt mentionem, quia illud de c. 8. 9. & 10. Fide nihil definierat. Deinde Fidem ſuam de Incarnatione explicant, & duas voluntates diſerte confitentur. Cum vero definitionem Concilii, cui ſubſcripſerunt, Benedictio Papæ remiſerunt, & adjunxerunt librum, in quo Fidem ſuam fuſe exponebant, non nullæ formulæ diſplicue-

Hiſpani Concilium recipiunt.

plicuerunt Papæ, præsertim ista: *Voluntas genuit Voluntatem.* Et rursus: *In JEsu Christo tres sunt Substantiæ.* Hæc Papa coram illo, quem Hispani miserant, non dissimulavit, atque Hispani Papæ litteris eodem anno missis, quæ videbantur, responderunt. Sæculum VII A. C. 684. *Conc. Tol. XV. p. 1296.*

Benedictus Papa nihil non fecit, ut Macarium Antiochenum, Romæ exulem, converteret, & præstituto sex Septimanarum tempore quotidie Bonifacium, sibi a Consiliis, ad eum misit, qui ad Pœnitentiam exhortaretur; sed Macarius nunquam mentem mutavit. Benedictus Papa non ultra decem menses & duodecim dies S. Sedem tenuit, & nihilominus duodecim Episcopos ordinavit. Ecclesiam S. Petri & S. Laurentii Lucinæ reparavit. Ecclesias S. Valentini & S. Mariæ Martyrum, quæ dicitur Rotunda, ornavit. Clericis & Monasteriis triginta auri libras legavit. Sepultus est ad S. Petrum octavo Maji, anno 686. atque in numerum Sanctorum relatus. S. Sedes vacavit duobus mensibus & dimidio. *Conc. Nic. II Act. I. p. 802. to. 7. Conc.* *Anast.* *Papebr. Conc. Chr. p. 109.* *Martyr. R. 7. Maji Boll. to. 13. p. 196.*

§. XXXIV.

Constantini Obitus. Justinianus II. Imperator.

Benedicto S. Petri Sedem tenente Constantinus capillos duorum filiorum suorum

Sæculum VII A. C. 685.

suorum Justiniani & Heraclii Romam misit, a Papa, Clero & Exercitu exceptos. Mos iste illa ætate erat aliquod Adoptionis genus, & si quis adolescentis mallones recepisset, eidem parentis loco esse credebatur. Hoc igitur modo Imperator Papam, aut certe S. Petrum honorare voluit. (*) Obiit Constantinus mense Sept. anno 685. Indictione decima quarta inchoata

Paul. Diac. IV. hist. cap. 53.

(*) Nachdem endlich der sechste Theil unsers protestantischen Uebersetzers zum Vorschein gekommen, und er eine sittliche Vorrede von eilf Bögen, die vor neunzig Jahren ans Licht getreten, und einen Engländer zum Verfasser hat, voran gesetzet, hat dieser Spötter einige Anmerkungen zum Schimpf der Römischen Kirche und der Päbste gemacht, denn dieses ist seine erste Absicht; hier aber saget er: Wie man nun überhaupt viel heydnische Gebräuche in der Römischen Kirche eingeführet, so kann es leicht seyn, daß auch dieser seinen Ursprung daher genommen, und vom Pabst Benedict zuerst eingesegnet worden. Nun diese Lästerung des heiligen Pabstes Benedict hat keinen andern Grund, als ein: so kann es leicht seyn. Wenn man auch in der Römischen Kirche Gebräuche, nicht eingeführet, sondern nur beybehalten, welche mit der heydnischen einige Aehnlichkeit hatten, so ist dieses kein Greuel; aber dieses wohl, daß die von den Herren Protestanten so genannten Glaubensbesserer das klare Wort GOttes durch irrige Auslegungen verfälschet und verderbet haben.

choata, postquam regnasset annis septendecim, & Constantinopoli in Ecclesia Apostolorum sepultus est, cui filius Justinianus non plus sexdecim annos natus successit. Georgius Patriarcha Constantinopolitanus post Concilium Oecumenicum annis tribus superstes fuit; unde colligimus, eum anno 684. oppetiisse. Ipso defuncto Theodorus restitutus Sedem adhucdum annis tribus tenuit.

Sæculum VII. A. C. 685.

S. Niceph. hist. p. 24. Theoph. p. 201. Anast. in Joan. V. Theoph. p. 300. 302. S. Niceph. Chr. p. 415.

Constantinus Imperator uno anno ante mortem suam cum Abdelmelico tunc temporis Musulmannorum Califa pacis fœdera renovaverat. Quippe Jezid anno Hegiræ 64. JEsu Christi 683. mortuo, & filio quoque ejus Moavia II. improli, postquam regnasset septimanis septem, vita functo, Merovanus, eadem ex Stirpe Ommiæ ortus, Califa in Syria salutatur, aliis interea in Ægypto & Arabia Abdallæ Zubeiri filio fidem jurantibus. Merovano septuagenario post decem mensium Imperium anno Hegiræ sexagesimo quinto, & JEsu Christi sexcentesimo octogesimo quinto decedenti successit filius Abdelmelicus, qui devicto Abdalla, bello civili ab annis triginta quinque hos populos dividenti finem imposuit. Abdelmelicus tunc annos natus quadraginta, ultra annos viginti Musulmannis imperavit.

Theoph. an. 15. 16. p. 300.

Elmac. & Abulfar.

Sæculum VII A. C. 685.

Sub initia Regni Abdelmelici anno Hegiræ ſexageſimo ſexto, JEſu Chriſti 685. Jacobitæ, mortuo Joanne, Iſaacum Patriarcham Alexandrinum elegerunt, qui, poſtquam ſediſſet annis ferme tribus, anno Hegiræ ſexageſimo nono, JEſu Chriſti 688. defunctus Succeſſorem habuit Simonem Syrum. Hunc Sectatores ſui miracula patraſſe ferunt. Cum Legatus ex India ad eum veniſſet, petens ſibi dari Epiſcopum & Presbyteros, & ipſe ſine Mandato Præfecti Ægypto dare non auderet, Legatus adiit alium, qui id conceſſit; unde ingentes poſtea ortæ ſunt turbæ. Simon ſcripſit epiſtolam Synodicam de Fide ad Julianum Patriarcham Antiochenum datam, atque poſtquam ſediſſet annis ſeptem & menſibus novem, anno 416. Diocletiani, JEſu Chriſti 700. e vivis abiit. Exinde Sedes Alexandrina annis tribus vacavit.

Elmac. c. 12. p. 67.
Chr. Orient. p. 104.

§. XXXV.

S. Ansbertus Archiepiſcopus Rothomagenſis.

In Francia S. Audoenus Archiepiſcopus Rothomagenſis, cum ad reducendam pacem inter Francos Neuſtriæ, & Auſtraſiæ egregiam navaſſet operam, felix nuncium Regi Theodorico III. Cliciaci prope Pariſios tunc agenti, quo Præſules &

vit. S. Audom. Lib. II. c. 29.

& Optimates ad deliberandum convenerant, attulit, ibique morbo correptus, Regem rogavit, ut sibi Successorem daret Ansbertum Abbatem Fontanellanum, quem Clerus Populusque Rothomagensis Pastorem exoptabat. S.Audoenus in eodem loco vigesimo quarto Aug., quo die Ecclesia ejus memoriam colit, ad Superos migravit, postquam annos quadraginta tres Episcopatum obtinuisset. Triennio antequam e vita excederet, nempe anno 681., Varatano Munus Majoris Domus gerente, Theodoricus Rex S. Audoeno maximi momenti Privilegium concesserat, ut in ejus Provincia sine ipsius consensu nec Episcopus, nec Abbas, nec Comes, nec quoquam alio nomine Judex constitueretur. S. Audoeno defuncto Rex Theodoricus S.Ansbertum accivit, quasi ejus consilio in gravi negotio usurus, eundem enim consulere adsueverat, imo a Confessionibus habebat. (*) Suboluit viro sancto, quid ageretur; hinc primo monitus Cliciacum ire recusavit. At iteratis mandatis obediit, atque Archiepiscopus Rothomagensis a S. Lamberto Archiepiscopo Lugdunensi aliisque Prælatis congregatis ordinatus est.

Sæculum VII
A. C. 685.

Martyr. R. 24. *Aug.*

Sup. Lib. XXXVIII. § 29.

Frideg. Miss. ap. Coint. an. 681. *n.* 67.

(*) Id haud dubie de Confessione auriculari accipiendum.

Sæculum VII A. C. 685.

S. Ansbertum, in Vexino nobili familia natum, Parens eo adduxerat, ut Angadremam Roberti, qui Regis Clotarii tertii Cancellarius erat, filiam Conjugem accipere promitteret. Sed puella, cupiens se totam Deo consecrare, precibus suis impetravit, ut tota sua facies lepra fœdaretur. Itaque, parentibus & sponso consentientibus, vocationem suam secuta, velamine Monastico e manibus S. Audoeni accepto, Abbatissa in *Oroer*, id est, Oratorio prope Bellovacum fuit. S. Ansbertus Roberto in officio Cancellarii successit, & in media Aula Sæculari omnibus sinceræ Pietatis exemplum præbuit. Tandem secreto aufugiens, Fontanellam solus pervenit, & a S. Vandregisilo, aliquanto tempore juxta Regulam probatus, ad Professionem Monasticam admissus est. Cum in Monasterio clarissimo virtutis splendore luceret, Abbati præ ceteris carus, eo rogante, a S. Audoeno Presbyter ordinatus est; qua Dignitate susceptа nihilominus ut antea manuum labore occupabatur. S. Lamberto secundo Abbate Fontanellano in Archiepiscopum Lugdunensem anno 678. electo, Monachi S. Ansbertum, quem S. Lambertus in rebus arduis consulere solebat, unanimi consensu sibi Abbatem cooptarunt. Ipse Abbatiali Dignitate auctus Fratres non solum sermonibus, sed

Act. SS. Ben. to. 2. p. 1048.

Sup. Lib. XXXIX. §. 87.

sed multo magis exemplis ad Pietatem animabat. Nec tanta Charitas intra Monasterii muros contineri potuit; sed tria Hospitia ad recipiendos pauperes ædificavit. Multi quoque Sæculares viri veniebant, ut eum de rebus ad animarum suarum salutem pertinentibus consulerent, & peccata sua eidem confiterentur. Non nulli Monasticum Institutum amplexi sunt. Alii partem Bonorum suorum Monasterio donarunt. Sæculum VII A. C. 686.

In Cathedram deinde Episcopalem Rothomagensem evectus S. Ansbertus, Verbum Dei assidue prædicabat, egenorum paupertatem sublevabat, & collabentes restaurabat Ecclesias, quem in finem jure sibi in Parochias competente cessit. Anno Pontificatus sui quinto, Regis Theodorici decimo sexto, JEsu Christi anno 689. celebravit Concilium, cui Episcopi quindecim, inter quos Archiepiscopi Turonensis & Rhemensis numerantur, interfuere. Abbatiæ Fontanellanæ Privilegium concessit, in quo, præter alia, Monachi Regulam S. Benedicti observare jubebantur, & refractarii ab Episcopis Synodice congregatis corripi. *to. 6. Conc. p. 1240.*

§. XXXVI.

Joannes V. Papa.

Romæ Joannes V. Papa ordinatus est decimo Junii, anno 686. Natione

Sæculum VII A. C. 686.

Anast. Pap. Conat.

Syrus erat ex Provincia Antiochena, Cyriaci filius. Idem adhuc Diaconus in sexta Synodo Agathonis Papæ Legatus fuerat, vir doctus, fortis, & temperans. Electus est pro antiqua consuetudine, diu interrupta, unanimi omnium consensu in Ecclesia Lateranensi; unde ad Palatium Episcopale deductum Episcopi tres, Ostiensis, Portuensis, & Velliternensis, sicut antea Leonem II. consecrarunt. Joannes sub potestatem Sacræ Sedis reduxit Ecclesias Sardiniæ; nam ordinationes, quæ jure antiquissimo Sacræ Sedi competebant, ad tempus Archiepiscopis Calaritanis concessæ fuerant; his vero concessione ista abutentibus, S. Martinus Papa edicto Decreto ordinationes interdixerat. Cum igitur Citonatus Archiepiscopus Calaritanus Novellum ad Ecclesiam Turritanam sine licentia Joannis V. ordinasset, Papa Concilium convocavit, in quo Novellus ad obedientiam Sacræ Sedis redire Actis authenticis, in Tabulariis Ecclesiæ Romanæ deinde asservatis, compulsus est. Joannes diutina infirmitate afflictus vix Ordinationes Episcoporum explere poterat, & nihilominus in uno Pontificatus anno tredecim per diversa loca ordinavit. Decedens mille nongentos Solidos Clericis & Monasteriis dimisit, sepultusque est ad S. Petrum secundo die Augusti

gusti anno 687. Tum Sacra Sedes duo- Sæculum VII
bus mensibus & dimidio vacavit. A. C. 687.

§. XXXVII.

Conon Papa.

Joanne defuncto, Clerus Romanus Petro Archipresbytero, Exercitus vero Theodoro Presbytero favebat. Clerici congregati expectabant ad portam Ecclesiæ Lateranensis, quam milites claudi jusserant, & neminem intrare sinebant; ipsis interim in Ecclesia S. Stephani collectis. Neutra parte a proposito recedente, & quibusdam concordiam reducere frustra conantibus, tandem Episcopis & Clericis visum, e re se facturos, si in Palatium Episcopale Lateranense ingrederentur, & Tertium, nempe, Cononem Presbyterum eligerent. Erat is Senex facie & canis venerabilis, in verbis verax, simplex, pacis amans, qui nunquam negotiis temporalibus se implicuerat. In Sicilia natus, sed ex Thracia originem ducens. Illico Magistratus cum civium præcipuis advenientes Electum acclamationibus laude plenis salutarunt, Milites quoque, cum viderent, Cleri Populique animos consentire, & Decreto Electionis subscripsisse, post paucos dies mitigati subscripserunt. Itaque tres Ordines, Clerus, Militia, & Populus simul Legatos ad Theodorum Exarchum de

Sæculum VII A. C. 687.

more miserunt, ut ejus consensum obtinerent.

Imperator Joanni Papæ epistolam scripserat decimo tertio Cal. Martii, anno secundo Regni sui, Indictione decima quinta, seu septimo Februarii, anno 687. datam, in qua summatim dicebat: *Comperimus, Acta Sextæ Synodi apud quosdam Procerum nostrorum in hac Civitate Constantinopolitana detineri; existimantes autem, hanc custodiam solum nobis competere, Patriarchas cum Legato tuæ Sanctitatis, Senatum, Metropolitas, Episcopos in hac Civitate præsentes, Palatii nostri Proceres, Prætorianorum, & militum nostrorum ex diversis Provinciis Duces convocavimus; tum ipsis præsentibus Acta Concilii afferri, legi, & Sigillo muniri jussimus, ut sollicite custodirentur, & a nemine corrumpi vel adulterari possent.* (*) *De his te certiorem reddendum esse credidimus.* Hæc Epistola non prius Romam pervenit, quam sedente

(*) Hæc Fleurius ex Anastasio. Sed Cardinalis Baronius ad hunc locum dicit: *Ex litteris tamen Nicolai Pontificis ad Michaelem Imperatorem constat, haud sanæ Fidei extitisse, sed & adversatum fuisse eundem Imperatorem ipsi Cononi, cum Legatos ejus Constantinopolim missos prævaricari coegisset.* Sed Nicolai verba accipe,

te Conone Papa, cujus tempore Imperator alias etiam duas epistolas dedit, Ecclesiæ Romanæ faventes. In prima epistola jubebat, ut census a Brutiis & Lucanis in capita pendendi dimitterentur. In secunda mandabat, ut ex eadem Regione & ex Sicilia Servi, quos tanquam vades exercitus custodiebat, suis restituerentur. Hoc anno 687. obiit Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus, postquam ab illo tempore, quo in Sedem revocatus fuerat, eam annos tres tenuisset. Successorem habuit Paulum Laicum, Imperatoris epistolis præfectum, qui Sedem annis sex & mensibus octo tenuit.

Sæculum VII A. C. 687.

Anast. in Conc. Theoph. an. 17. p. 302. & an. 2. p. 303. S. Niceph. Chro.

Conon Papa vir simplex & in rebus gerendis parum versatus improborum suggestione contra morem & repugnantibus Clericis, adduci se passus est, ut Patrimonium in Sicilia Constantino Ecclesiæ Syracusanæ Diacono, viro malo, & fraudulento committeret. Nec multum exinde effluxit tempus, cum, sedi-

accipe, dum invehitur in improbos Imperatores de Ecclesia Romana male merentes, tantæ, inquit, *Salutis oblatæ Ministros duplici modo interemistis: quoniam aut participes illos sui erroris effectos spiritualiter occiderunt, sicut tempore reverendæ memoriæ Cononis contigit.* His suspiciones Baronii confirmantur.

Sæculum VII A. C. 687.

tione contra eundem Constantinum commota, quod multos viros privatos temere ad judicium vocaret, ab illius Provinciæ Rectore arctissimo carceri datus est.

§. XXXVIII.

S. Kilianus Herbipolensis.

Act. SS. Pon. to. 2. p. 991.

Sancto Conone sedente, S. Kilianus Romam venit, & ad prædicandum Infidelibus Evangelium Missionem accepit. Is illustri Familia Scotiæ, id est, Hiberniæ natus, in Sacris Litteris eruditissimus, in Episcopalis Dignitatis fastigio constitutus, & populo suo esset carissimus, majoris tamen perfectionis desiderio patriam reliquit, & aliquibus ex suis Discipulis, ut se viæ socios darent, persuasit. In Austrasiam delati, Herbipoli ad Mœnum hæserunt, ubi tunc temporis Dux, nomine Gosbertus, adhuc Gentilis imperabat. Regionis illius jucunda amœnitas & incolarum placidissima indoles Kilianum invitavit, ut ibi versari vellet. Rem sociis communicavit. *Prius vero*, inquit, *Romam, ut a principio in patria nostra nobis erat propositum, eamus, visitemus Apostolorum limina, & Joannis Papæ conspectum subeamus. Tum impetrata licentia in hunc locum reversi Evangelium prædicabimus.* Cum de isto itinere inter ipsos convenisset, Romam

delati

delati sunt Joanne Papa jam defuncto. Sæculum VII
Kilianum Conon Papa perbenigne excepit, & Fidem viri, Doctrinamque admirans, Auctoritate S. Petri potestatem docendi & convertendi Infideles ei tribuit. Ergo Herbipolim revertitur, Colomanno Presbytero & Totnano Diacono comitantibus. Verbum Divinum prædicantes Gosbertus Dux accersit, cui Kilianus collocutus eundem ad Fidem convertit & baptizavit, multis incolis Principis exemplum sequentibus. A. C. 687.

Gosbertus Fratris sui uxorem duxerat. Sed Kilianus rem difficilem admodum statim Duci noluit indicare, donec eum videret in Fide suscepta satis confirmatum. Tunc vero ait ad eum: *Carissime Fili! Deo demum per omnia placebis, si a generoso, quo præditus es, animo impetrare potueris, ut uxorem tuam dimittas; nam illicitum est hoc conjugium.* Gosbertus respondit: *hucusque nihil durum adeo a me petiisti. Quia vero cetera omnia ex amore Dei reliqui, etiam uxorem, mihi dilectissimam, dimittam, si eam retinere non licet.* Ipsum vero divortium, usque dum ab expeditione bellica, quam parabat, rediisset, distulit. Interim Conjux, cui nomen Gailana, iram coquebat & vindictam, atque arrepta occasione, cum Dux abesset, noctu suorum aliquem immisit, qui Virum Sanctum, S. Kilianus.

Sæculum VII A. C. 687.

ctum, sociosque interimeret. Illi Divinas Laudes cantabant, atque S. Kiliano hortante, ut exoptatam luctam, quam tanto tempore percupiebant, subirent, omnibus caput amputatum est. Corpora eadem nocte celeriter & occulte cum eorum sarcinis, Cruce, Evangelio, & vestibus Pontificalibus consepulta. Hæc anno 689. octavo Julii, quo die ab Ecclesia inter Martyres honorantur, acciderunt.

Martyr. R. 8. Jul.

Duci Gosberto e bello reduci, quærentique, ubi Servi Dei essent, Gailana respondit, nescire se, quid ipsis factum. At percussor se ipsum manifestavit; quippe circumcursans & palpitans fatebatur, se a Kiliano quasi ab igne crudelissimo torqueri. Gosbertus collectis omnibus subditis suis, qui Christiani erant, consilium expetiit, quid sceleſtissimo homuncione esset faciendum. Sed Gailana instigante vir in dicendo ceteris magis exercitatus ad Ducem dixit: *Domine! cogita, quantum tua & nostra, qui omnes ab his Advenis baptizati sumus, interſit, an vera afferant. Atque ut experiamur, an Deus eorum tanta, quantam jactant, valeat potentia, jube miseri hominis vincula solvi, da libertatem, & videbimus, an Deus ipsorum injuriam illatam ulciscatur. Si nulla sequatur vindicta, noli nobis irasci. Magnæ Dianæ servimus, si-*

cut

Sæculum VII
A. C. 687.

cut Patres noſtri, quibus idcirco nihil accidit mali. Fecit Dux, quod iſte petebat. At ecce! percuſſor vinculis liberatus in rabiem agitur, & ſeipſum dentibus usque ad necem dilaniat. Chriſtiani Deum laudabant. Verum necdum Divina vindicta quievit. Gailana, irruente maligno Spiritu agitata expiravit. Dux Gosbertus a familiaribus occiſus, & Hetanus filius e Ducatu a Francis Orientalibus pulſus. Nemo ex hac ſtirpe ſuperfuit. S. Kilianus ut Patronus Herbipolenſium colitur, cujus tamen civitatis nunquam Epiſcopus fuit; cum illa Sedes demum elapſis inde annis quinquaginta erecta fuerit.

§. XXXIX.

Cononis Obitus. Sergius Papa.

Conon Papa non ultra menſes undecim & tres dies Sacram Sedem tenuit, quo temporis ſpatio diu morbo afflicto vix ſuperfuere vires, ut Epiſcopos ordinaret. Conſecravit tamen ſexdecim. Ipſo ad mortem decumbente Paſchalis avidus auri, quod Conon Clericis & Monaſteriis legabat, datis ad Joannem Ravennæ Exarchum cognomento Platym litteris, hoc aurum ei dare pollicitus eſt, ſi faceret, ut Papa eligeretur. Accepit conditionem Exarchus, miſitque Romam miniſtros, qui ſuo nomine Civitatem regerent.

Anaſt. in Conc.

Sæculum VII A. C. 688.

gerent, & quamprimum mortuus esset Conon, Paschalem eligerent. Obiit ille sepultusque est ad S. Petrum vigesimo secundo Octobris anno 688. Sacra Sedes vacavit tribus mensibus.

Conone defuncto, Romanus populus in partes divisus est, quibusdam Paschalem Archidiaconum, aliis Theodorum Archipresbyterum eligentibus. Hi ceteris promptiores Partem interiorem Palatii Patriarchalis Lateranensis, & qui Paschali favebant, Partem exteriorem, nempe Sacellum S. Silvestri & Basilicam Juliæ occuparunt. Utraque Factione Papam suum obstinate tuente, supremi Magistratus, majorque Clericorum, Militum, populique numerus ducentibus quibusdam Episcopis ad Palatium Cæsareum perrexerunt, cumque diu pensassent, qua potissimum ratione sopiri posset contentio, consenserunt omnes, ut Sergius Presbyter eligeretur, eumque tollentes de medio populi in Sacellum S. Cæsarii Martyris, quod intra idem Palatium erat, introducunt, indeque inter acclamationes, & laudes, quæ ad Litaniarum modum cantabantur, ad Palatium Patriarchale Lateranense deducunt. Quamvis vero portæ essent clausæ & intus positis obstaculis munitæ, nihilominus qui cum Sergio erant, viribus superiores intrant. Theodorus Archipresbyter

V. Greg. IX ep. 1. Baron. an. 603. n. 3. 687. n. 3. Not. in Martyr. 1. Nov.

byter confestim se subjiciens, Sergium salutavit & osculatus est. Sed Paschalis Archidiaconus christas ponere noluit, & venit quidem, sed invitus ad salutandum novum Pontificem. Sæculum VII A. C. 688.

Sergius origine Antiochenus, Tiberii filius, Panormi in Sicilia natus, Romam venit Adeodato Papa sedente, & Clericis adscriptus est. Cum notarent Magistri, quod cantum amaret, juvenem Acolythum ordinatum viro hujus artis peritissimo tradiderunt. Tum per singulos ordines evectus a Leone II. Papa Presbyter Titulo S. Susannæ ordinatus est. Nemo autem diligentius Sergio ad celebrandam Missam diversa Cœmeteria adibat. Tandem expletis annis septem Papa eligitur.

Interim Paschalis Archidiaconus, quibusdam suorum Ravennam missis, ingentia promittendo Joannem Platym permovit, ut cum sua cohorte Romam contenderet. Tam subitus & arcanus fuit adventus, ut Romani venienti obviam cum signis militaribus procedere, ut adsueverant, non potuerint. Videns vero, quod omnes ordines Sergio adhærerent, nihil, quod Paschali prodesset, movere ausus est, & nihilominus postulavit, ut pro consensu suo ad ordinationem Sergii præstando Ecclesia S. Petri centum libras auri, sibi a Paschali promissas, Schisma Paschalis octavum.

Sæculum VII A. C. 688.

missas, daret. Contestabatur Sergius se nihil promisisse, nec omnino tantam pecuniam dare posse. Imo ut omnium commiserationem moveret, lucernas & coronas, ad portandos cereos factas, quæ ex antiquo more ante Altare & Confessionem S. Petri pendebant, tolli jussit, & pignori dedit. His tamen Exarchi avaritia non est satiata, sed ad dandas centum auri libras Pontificem compulit. Itaque Sergius Papa ordinatur 22. Nov. anno 688. qui Sacram Sedem annis tredecim & novem ferme mensibus tenuit. Haud diu postea Paschalis veneficii & Superstitionis reus Archidiaconatus Dignitate privatur, & in Monasterium includitur, ubi exactis annis quinque nullo dato pœnitentiæ signo obiit.

Paul. Diac. V. hist. c. 37. 34.

Sub idem tempus Sergio Papa ordinato, nempe anno sexcentesimo octogesimo nono, Pertharitus Longobardorum Rex fato functus est, postquam annos octodecim regnasset. Hic Princeps, qui a Pietate plurimum commendatur, initio Regni sui, ut gratum animum probaret in Deum, quod se de manibus inimicorum suorum liberasset, Ticini Monasterium S. Agathæ ædificavit. Regina quoque Rundelinda Conjux ejus prope eandem Civitatem Ecclesiam S. Virginis, quam magnifice ornavit, extrui curavit. Illo Rege Longobardis impe-

Id. VI. c. 5.

Pertharitus.

rante,

rante, & ſedente S. Agathone Pontifice, Indictione octava, quæ incidit in annum 680., ſæva peſtis trium menſium ſpatio graſſata eſt. Cuidam revelatum, tantam calamitatem non alia ratione averti poſſe, quam ſi S. Sebaſtiani honoribus Altare erigeretur. Illico Reliquiæ S. Martyris Roma allatæ, extructum Altare, & lues extincta eſt. Hic primum lego S. Sebaſtianum contra peſtem fuiſſe invocatum. Pertharito ſucceſſit Cunibertus, qui jam annis decem cum Patre regnabat.

Sæculum VII
A. C. 688.

§. XL.

Concilium Toletanum XV.

In Hiſpania anno 688. Æra 726. undecimo Maji Concilium Toletanum XV. primo anno Regis Egicæ, Generi, & Succeſſoris Ervigii celebratum. Adfuere Epiſcopi ſexaginta & unus, quorum priores quinque leguntur Metropolitæ Toletanus, Narbonenſis, Hiſpalenſis, Braccarenſis, & Emeritanus. Novem præterea Abbates, Archidiaconus, & Primicerius Toletanus. Quinque etiam Presbyteri, Legati abſentium Epiſcoporum, & Comites ſeptendecim. His in Eccleſia Regiæ SS. Petro & Paulo dedicata congregatis, Rex Egica poſtquam ſe de more humi proſtraviſſet, legi juſſit Libellum, in quo expetebat Patrum conſilium;

to. 6. Conc. p. 1294. Iſid. Pac. p. 9.

Sæculum VII A. C. 688.

quippe duobus se juramentis, quæ sibi ipsis adversantia videbantur, Regi Ervigio obstrinxerat, quod Rex Episcopis exposuit in hunc modum: *Quando Ervigius filiam suam selectissimam conjugio mihi junxit, compulit me juramento sibi promittere, ne suorum liberorum juventutem unquam destituerem, sed eos contra quoscunque paterne tuerer. At mortis proximus coegit me promittere, quod non ante pro Rege me gesturus essem; quam jurassem, quod populis omnibus mihi subjectis Justitiam velim decernere. Jam vero hic metus me angit; vereor ut liberos ejus defendere queam, nisi, quod justum & æquum est, multis denegem, scilicet illic, quos injuste Bonis suis spoliavit, nobilibus, quos in servitutem redegit, equuleo torsit, aut Sententia inique pronunciata oppressit.*

Ante omnia in isto Concilio de more Confessio Fidei recitata. Tum Sermo fusissimus lectus, in quo Patres ad objecta a Papa Benedicto respondent, de duabus Propositionibus in Concilio superiore affirmatis; nempe, *Voluntatem gemisse Voluntatem, & in JEsu Christo tres dari substantias.* Veritatem istarum Propositionum tam ratione, quam auctoritate Patrum probare conantur. De priore propositione edicunt, se locutos fuisse de Voluntate accepta Essentialiter,

Sup. n. 38.

non

Sæculum VII
A.C. 688.

non Relative, atque in hoc sensu etiam dici, Verbum esse Sapientiam de Sapientia. De propositione secunda suam mentem explicant; JEsum Christum constitui ex Divinitate, Anima, & Corpore, quæ sunt tres Substantiæ, (*) quamvis etiam solum duæ affirmari possint, si Anima & Corpus tanquam unica Humanitatis Substantia accipiantur. Responsum suum claudunt his Verbis de Romanis loquentes: *Jam vero si post hæc, & ab ipsis Dogmatibus Patrum in quocunque dissentiunt, non jam cum illis est amplius contendendum, sed speramus, Amatoribus Veritatis nostram Responsionem fore sublimem, quamvis ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis.* Deinde Concilii Patres ad duo Regis Egicæ juramenta transeunt, & declarant, non esse sibi ipsis adversantia, cum non esset credendum, quod promittere voluerit, se uxoris fratres contra jus fasque defensurum. p. 1303.

(*) Hispanorum Patrum verba sunt in Actis Conciliorum Tomo III. Parisiis Anno 1714. editis, *Ad secundum quoque retractandum capitulum transeuntes, quo idem Papa incaute nos dixisse putavit, tres Substantias in Christo Dei Filio profiteri: Sicut nos non pudebit, quæ sunt vera, defendere, ita forsan quosdam pudebit, quæ vera sunt, ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substantiis animæ scilicet & corporis?*

Sæculum VII A. C. 688.

Si vero alterutrum jusjurandum esset violandum, illud sane, quo populo se obstrinxisset, nullatenus violari posse, quandoquidem Reipublicæ Bonum singulis privatorum utilitatibus esset præferendum. Rex Egica suo Edicto Concilii Decreta confirmavit. p. 1308.

§. XLI.

S. Julianus Toletanus.

Decreta Concilii S. Julianus Toletanus, qui eidem præfuit, concinnavit. Is genere Judæus, sed Toleti ex parentibus Christianis natus, amicitiam Gudilæ Diaconi amplexus fuerat. Ambo quidem in eremo vitam degere statuerant, sed cum multa huic proposito obstarent, ad procurandam Salutem proximi operam junxerunt. Julianus Diaconus ordinatus, deinde Presbyter, & tandem octavo anno Regis Wambæ, nempe anno 680. defuncto Quiricio, Episcopus Toletanus, omnes boni Pastoris partes implevit, inprimis Disciplinæ conservandæ studiosus. Multos edidit Libros, quorum Catalogum Felix ejus Successor nobis transmisit. Libri vero ipsi tantum tres supersunt. *Isid. Pac. p. 9. 10. Fel. Tolet. ap. Boll. 8. Mart. to. 6. p. 785.*

Opus primum præfert Titulum de Prognosticis, id est, de Consideratione rerum futurarum, quod ad Idalium Episcopum Barcinonensem amicum suum direxit. *Bibl. PP. to. 8. p. 470.*

rexit. Natam hujus scriptionis occasionem narrat in hunc modum: *Cum Toleti una essemus in Die Passionis Domini Nostri, in conclave nos abdidimus, quærentes silentium huic Festo conveniens. Singuli lectulum prementes Sacram Scripturam accepimus, legimus Passionem, & contulimus Evangelia. Ubi ad certum quemdam Textum, cujus modo non memini, (*) venimus, sensimus corda nostra moveri, suspiravimus, consolatione Cælesti repleti sumus, & in sublimem contemplationem abrepti. Lectionem interruperunt lacrymæ, colloqui cœpimus inexplicabili dulcedine, & credo, te tunc podagræ, qua torquebaris, fuisse immemorem. Scrutabamur ergo, quid post mortem nobis futurum esset, ut seria & acris contemplatio rerum futurarum, sensus nostros a præsentibus averteret.* Opus dividitur in tres Libros. In primo agit de origine mortis. In secundo de statu Animarum ante Resurrectionem, ubi su-

Sæculum VII A.C. 688.

(*) Hier scherzet der ehrliche Protestant auf des heil. Julianus Unkosten, und saget: So solte man glauben, es wären die Worte Christi gewesen: Heut wirst du mit mir im Paradies seyn .... aber alsdann hätte er vom Fegfeuer nicht so viel unwitziges Zeug schreiben können. Dieser Uebersetzer ist ein Feind des Fegfeuers.

Sæculum VII A. C. 688.

Purgatorium

se ignem Purgatorii asserit. (*) In tertio differit de Resurrectione, & Statu Beatorum. Multa Patrum testimonia, præsertim S. Gregorii, S. Augustini, & Juliani Pomerii affert.

Bibl. p. to. 4. p. 218.

Opus secundum, quod a S. Juliano Toletano habemus, est Tractatus de sexta Mundi ætate contra Judæos, qui se jactabant demonstrare, Messiam nondum veniisse, quia demum in sexta ætate venturus esset. Ipsi vero singulas ætates pro suo arbitrio in mille annos dividebant, &, ut ipsi putabant, tunc primum agebatur Millenarium quintum. Cum ob Judæorum insaniam non nulli Christiani vacillarent, Ervigius Rex, qui tunc imperabat, Julianum jussit Hebræis istis respondere. Composuit itaque libros tres, quos Regi inscripsit. In libro primo interrogat Judæos, unde ipsi accepissent, quod Christus in Sexto Millenario nasciturus esset, & ex antiquo Testamento, omissa illorum superstitione probat, Messiam jam veniisse. Idem in secundo libro ex novo Testamento proba-

&

feuers, da doch diese Lehre in der heil. Schrift ihren richtigen Grund hat. Allein ein anders ist die Schrift immer im Munde, und ein anders, im Kopfe haben.

(*) Novum, præter antiquiora, contra Protestantes Testimonium.

& in tertio conficit, adveniſſe ſextam ætatem, imo & ſextum Millenarium juxta computationem Septuaginta Interpretum, quam ſolam accuratam eſſe exiſtimat. Sæculum VII A. C. 688.

Cum Julianus Opus iſtud abſolveret, Æram 724. & annum 686. a JEſu Chriſti Nativitate poſuit. *p.* 251.

Tertium Opus ejus Hiſtoria eſt belli Regis Wambæ adverſus Paulum Ducem Rebellem geſti. *Ducheſne to.* 1. *p.* 821.

Juliani Operibus etiam accenſebantur duæ pro Fide Apologiæ, prima ad Benedictum Papam, & ad alium Papam altera, quæ quinto Concilio Toletano inſerta eſt. Varia etiam carmina, Hymnos, & Epitaphia ſcripſerat. Item multæ extabant ipſius Epiſtolæ, Sermones, Miſſæ & Orationes in omnia totius anni Feſta diſtributæ. Sedem Toletanam obtinuit annis decem uno menſe & diebus ſeptendecim, & e vivis abiit ſexto Martii anno Egicæ Regis tertio Æra 728. ſeu anno 690. Eccleſia S. Juliani honorat memoriam octavo Martii eique Sisbertus ſucceſſit. *Sup. Lib. XXXIX.* §. 51. *Felix ap. Boll.* *Mart. Rom.* 8. *Mart.*

§. XLII.

S. Wilfridi Labores.

Sanctus Wilfridus ab Agathone Papa abſolutus, & in Angliam reverſus, Egfridum Nordhumbriæ Regem, a quo

Sæculum VII A. C. 688.

Sup. n. 9.

Vita per Eddi. c. 32.

expulsus fuerat, adiit, & Sacræ Sedis Decretum a toto Concilio Romano signatum cum Bullis & Sigillis obtulit. Rex Optimates & Clericos convocavit, atque has litteras coram omnibus legi jussit. Illi, cum ista Mandata in rem ipsorum non facerent, rejectis his Bullis dixerunt, pecunia fuisse extortas. Itaque Wilfridus jussu Regis, & sententia illorum Episcoporum, qui ejus Diœcesin occupabant, ad carcerem & novem mensium captivitatem damnatur. Omnia, sola veste, qua tegebatur, excepta S. Viro adimuntur, pelluntur familiares, & amici, ne afflictum invisérent, arcentur. Regina Ermenburga Reliquias Episcopi collo detractas, domi in suo cubiculo, & iter faciens in vehiculo suspendit.

c. 34. Cum primo S. Wilfridus carcere admodum obscuro fuisset inclusus, custodes Psalmos canentem audiebant, & terrificam lucem videbant. Rex promisit, partem Episcopatus sui ei se redditurum, si Bullæ Pontificis renunciare vellet, cui ille respondit; malle se vita privari. Accidit deinde, ut Vir Sanctus aqua benedicta sanaret uxorem carceri præfecti, *c. 35.* qui, beneficio delinitus, noluit ultra captivum custodire; *c. 36.* hinc Rex in alium carcerem deduci jussum vinculis ferreis ligari præcipit, at nunquam corpori ejus includendo apta fabricari potuere, semper

per vel ampla nimium vel arcta inventa. Sæculum VII
Tandem, Regina subito morbo correpta A. C. 688.
in Monasterio, cui præerat Eba Regis c. 37.
Propinqua, S. Abbatissa, quantam injuriam S. Wilfrido faceret, Regi ob oculos posuit, permovitque, ut libertate donaret, suasque ei Reliquias, & Socios redderet.

Ut primum S. Wilfridus liber fuit, in Regiones Saxonum, ad Meridiem & Occidentem positorum peregrinatus, Evangelium prædicavit; nam Ethelvaldus Rex ad meridiem ante breve tempus in Regione Merciorum, Wulfero Rege excitante, qui eum e sacro fonte levaverat, baptizatus fuerat, sed totus ejus populus adhucdum erat infidelis. Ergo S. Wilfridum, gratissimum sibi hospitem, honorifice excepit, & docentem avide auscultavit. Vir Sanctus, in medio Infidelium istorum versatus, initio prædicationis eos ad sinceram pœnitentiam hortabatur. Tum per spatium aliquot mensium prolixe Opera Dei a Mundi principio usque ad diem Judicii enarrabat. Unde aliqui ultro Idololatriam damnabant, alii Regis Mandatis obtemperabant, atque sæpius factum, ut uno die aliquot millia hominum baptizarentur. S. Wilfridus Optimates & militum Duces, & quatuor Presbyteri, pii laboris Socii, reliquum vulgus baptizabant.

Sæculum VII
A. C. 688.

Ceterum S. Wilfridi Prædicatio Donis Gratiæ ſenſibilibus confirmabatur. Ab annis jam tribus in illa Regione pluvia ſolum non irrigaverat; unde tam dira fames orta, & incolæ usque adeo in deſperationem acti, ut homines numero quadraginta vel quinquaginta manus jungentes ſe ſe in mare præcipitarent. Verum ex illo die, quo baptiſmum recipere cœperunt, imbre leniter decidente, rediit agrorum fertilitas, & annonæ abundantia. Erant homines illi piſcaturæ adeo rudes, ut ſolas anguillas caperent, & artem alia piſcium genera capiendi ignorarent. S. Wilfridus omnis generis piſces capere edocuit.

S. Wilfridus.

Eddi. c. 40. Bed. IV. c. 16

Prædio in Peninſula octoginta ſeptem familiarum, tunc Seleuſa, & hodie *Selſey* dicto, a Rege dono accepto, fundavit ibi Monaſterium, & munere Epiſcopali functus eſt annis quinque, nempe, ab anno 680. quo Roma rediit, usque ad annum 685. quo Egfridus Rex Nordhumbriæ e vita migravit. Poſteriore tempore iſtud Monaſterium *Selſey* in Sedem Epiſcopalem evectum eſt. Illo temporis ſpatio S. Wilfridus adjuvit Ceduallam Regem Saxonum Occidentalium patria pulſum, qui eodem anno 685. reſtitutus S. Virum ad ſe vocavit, ejusdem conſilio uſurus, eique quartam partem Inſulæ *Vict*, quam totam Infideles incolebant, donavit.

navit. S. Episcopus, Clericum Bernui- Sæculum VII
num Nepotem suum cum Presbytero il- A. C. 688.
luc missum ad hos populos convertendos incumbere jussit.

§. XLIII.

S. Cutbertus Episcopus.

Egfridus Rex ultimo vitæ suæ anno S. *Bed. IV. hist.* Cutbertum, in parva Insula vicina, *c.* 27.
quæ Farnia dicebatur, vitam Anachore- *Id. vit. S.*
ticam ducentem, Episcopum Lindisfar- *Cutb. c.* 4.
nensem ordinari jussit. Is a pueritia ad *Act. SS. Ben.*
serviendum Deo vocatus fuerat; nam *to.* 2. *p.* 877.
cum esset pastorculus, & noctu gregem *Boll.* 20.
custodiens preces ad Deum funderet, vi- *Mart. to.* 8.
dit S. Aidani animam ad Cœlos ascende- *p.* 93.
re, eaque visione commotus, Monachi
habitum induit in Abbatia *Mailros*,
quam, in Regione Merciorum sitam, Hi-
berni Monachi incolebant. Ex illis Mo-
nachis unus fuit, qui ad fundandam Ab- *Sup. Lib.*
batiam Ripponensem missi sunt; post- *XXXVIII.*
quam vero eadem Abbatia S. Wilfrido *§.* 19.
data fuisset, discessit cum ceteris, qui
Ritum Hibernorum sequebantur, &
Mailros rediit, ubi post breve tempus *c.* 7. 8.
Prior constitutus est. Non nunquam e *c.* 9.
Monasterio exibat, & ad loca remota &
inaccessa se conferebat ad informandos
agricolas, a ceteris Clericis omnibus ob
paupertatem & morum asperitatem de-
spectos. Interdum per tres septimanas

aut

Sæculum VII A. C. 688.

aut menſem integrum inter eos commoratus, necdum Chriſtianos baptizabat. Multis præterea clarebat miraculis. Ab Abbate ſuo ad Monaſterium Lindisfarnenſe deinde miſſus, diſſolutæ vitæ Monachos manſuetudine & patientia ad frugem reduxit. Miſſam celebrans, aut peccata confitentium audiens lacrymis madebat.

c. 16.

c. 17. Poſtquam annis duodecim Prioris munus Lindisfarniæ geſſiſſet in Farniam Inſulam ſe recepit, ut in ſolitudine viveret. Ibi labore manuum ſuarum ſuſtentabatur, de cultu corporis tam parum ſollicitus, ut aliquot annis nunquam niſi in Cœna Domini ad lavandos pedes ſuos calceamenta deponeret. In eo quoque loco aliquot editis miraculis fulſit.

c. 18. 19.

Tandem S. Cutbertum, jam plurimis annis in hac ſolitudine verſantem, Patres Concilii, a S. Theodoro Cantuarienſi, Rege Egfrido præſente, anno 684. celebrati unanimi conſenſu Epiſcopum Lindisfarnenſem elegerunt; quia vero curſores iterato miſſi permovere non poterant, ut e Monaſterio ſuo prodiret, neceſſe fuit, ut ipſe Rex cum S. Tremuino Epiſcopo Pictorum, & plures alii viri ſpectatiſſimi ad eum venirent, qui tamen non niſi difficillime perſuaſerunt, ut conſentiret. Ordinatio ipſius, in annum ſequentem dilata, poſtea præſente Rege Ebo-

Eboraci in Die Paschæ vigesimo sexto Martii, anno 685. Episcopis septem, quibus S. Theodorus præerat, assistentibus celebrata est. S. Cutbertus jam Episcopus Monasticum rigorem non dimisit, & maxima tamen cura populum suum instruxit. Totam suam Diœcesin atque etiam viles pagos perambulabat, monita rudibus salutaria dabat, manus neo-baptizatis imponebat, ut acciperent Gratiam Spiritus Sancti, id est, Confirmationem tribuebat. Multis itidem tempore Pontificatus sui editis prodigiis præsertim ægrotos sanando, post annos duos, nempe 687. die Mercurii vigesimo Martii, quo Ecclesia ejus memoriam veneratur, ad cœlestem coronam recipiendam e corpore migravit.

Sæculum VII A.C.688.

vit. c. 26.

c. 39. hist. c. 29.

Mart. Rom. 20. Mart.

§. XLIV.

S. Wilfridus restitutus.

Interea S. Theodorus Cantuariensis, octogenario major, & frequentibus morbis afflictus, cum S. Wilfrido reconciliari cuperet, misit, qui eum & Erconbaldum seu Archambaldum loci Episcopum invitarent, ut Londinum ad se venirent. His totius vitæ suæ confessionem exponens, vultu deinde ad S. Wilfridum converso, dixit: *Nihil magis pœnitentem me torquet, quam consensus Regum voluntati datus, ut Bonis tuis spoliareris,*

Eddi. c. 41.

&

Sæculum VII A. C. 688.

& in exilium, nulla tua culpa, mitteretis. Confiteor hoc peccatum Deo & S. Petro, vosque ambos testes compello, propositum mihi esse, ad delendum hoc peccatum facere, quæcunque potuero, ut cum Regibus & Optimatibus amicis meis in gratiam redeas. Deus mihi revelavit, moriturum me, antequam hic annus prætereat; hinc, obtestor te! patere, ut te, dum adhuc spiro, Sedis meæ Archiepiscopum constituam. Scio enim, tuæ nationis neminem in omnibus Scientiis & Romanorum Disciplina te melius instructum esse. S. Wilfridus respondit: *Deus & S. Petrus ignoscant tibi discordiam nostram. Nunquam cessabo Deum orare pro te amico meo. Istud vero emendationis tuæ principium sit; litteras ad omnes amicos tuos mitte, & fac, ut aliquam Bonorum meorum partem juxta Decretum S. Sedis mihi reddant. De eligendo tibi Successore in ampliore conventu deinde deliberabimus.*

S. Theodorus, ut his promissis staret, Alfrido Nordhumbriæ Regi, qui Fratri suo Egfrido anno 685. successerat, scripsit. Ad Ethelredum quoque Regem Merciorum, ad Elfledam Abbatissam Streneshalensem aliosque amicitiæ vinculo sibi conjunctos litteras dedit. His litteris acceptis Rex Alfridus S. Episcopo, anno secundo Regni sui, id est, sub finem

Bed. IV. hist. c. 16. Eddi. c. 42.

finem anni 686. revocato, primum Monasterium suum Haguſtaldenſe, paulo poſt Sedem Epiſcopalem Eboracenſem, & Monaſterium Riponenſe, exteris Episcopis, qui in ejus locum intruſi fuerant, pulſis, reſtituit. Ita S. Wilfrido per annos quinque quieto eſſe licuit. Sæculum VII A. C. 689.

§. XLV.

Ceduallа & Ina Reges Saxoniæ Occidentalis.

Ceduallа Rex Saxoniæ Occidentalis, qui olim S. Wilfridum humaniſſime ſuſceperat, Regno poſt lapſum duorum annorum, id eſt, anno 688. dimiſſo, Romam profectus eſt, ante Sepulchra Apoſtolorum baptizari cupiens, & confeſtim ad vitam æternam transferri. Utrumque precibus ſervi ſui Deus dedit. Nam, cum Romam perveniſſet, Sabbati ſancto, decimo Aprilis, anno 689. baptizatus eſt a Sergio Papa, qui ei Petri nomen impoſuit, & mox correptus morbo, adhuc veſtem candidam gerens, vigeſimo ejusdem menſis anno vitæ circiter trigeſimo, mortem oppetiit. Papa jubente duo Epitaphia in ejus Laudem, unum latinis verſibus, alterum proſa, concinnata. Ceduallæ in Regno Saxoniæ Occidentalis ſucceſſit Ina, qui convocatis Optimatibus & viris ſapientibus, Epiſcopis quoque *Be. V. hiſt. c. 7. & epiſt.*

Sæculum VII A. C. 689.

que duobus Hedda, & Erchembaldo præsentibus in Bonum populi sui Leges edidit. Has inter Notatu digniores sunt, quæ ad Religionem pertinent, sequentes:

to. 6. Conc. p. 1224.

c. 2. Parvuli post nativitatem intra unum mensem baptizentur. Si Servus Die Dominica, præcipiente Domino suo, operatus fuerit, liber esto.

c. 3. Si liber, libertatem perdat.

c. 4. Primitiæ seminum ad Festum S. Martini Ecclesiæ tribuantur.

c. 6. Si quis in Ecclesia cum adversario pugnaverit, centum viginti solidis mulctetur.

c. 7. Eadem pœna puniatur, qui coram Episcopo falsum testimonium dixerit, aut qui in urbe Episcopali pacem turbaverit.

c. 9. Si quis Filiolum occidat, vel Patrinum, parricidarum mulctam det.

c. 11. Quippe hæ Leges sicut & aliæ Barbarorum Principum non nisi mulctas pecuniarias imperant.

Illo ferme tempore Benedictus Biscopius in suo Monasterio Viromuthensi, cum illud rexisset annis sexdecim,

vit. lib. 1. n. 1. to. 2. Act. SS. Ben. p. 1007. Boll. 12. Jan. to. 1.

mortuus est. Extremo morbo decumbens sæpe Fratres hortabatur, ut Regulam ipsis a se traditam fideliter servarent, quod eam ex Regulis septendecim Monasteriorum, in quibus iter faciens fuerat diversatus, excerpsisset. Monuit, ut pulcherrimam & ampliſſimam Bibliothecam, quam Roma ad utilitatem Ecclesiæ suæ attulerat, conservarent, nec libros

destrui,

destrui, aut dissipari paterentur. Prohibuit, ne in Electione Abbatis generis rationem haberent, sed tantum morum, præcepitque, ut in hoc negotio Regulæ Magni S.Benedicti obtemperarent. Addidit singulare mandatum, ne eligerent fratrem suum, quem eo munere judicabat indignum. Obiit Vir Sanctus anno 690. duodecimo Januarii, quo die Ecclesia ejusdem memoriam colit. Sæculum VII A. C. 690. *Mart. Rom.* 12. *Jan.*

§. XLVI.

S. Theodori Cantuariensis Obitus.

Eodem anno ad cœlestia evolavit S. Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis, annos natus octoginta octo, postquam Episcopus fuisset annis viginti duobus. Sepultus est in Ecclesia S. Petri prope Antecessores suos, ejusque memoria, die obitus, decimo nono Sept. celebratur. Ceterum is inter Latinos omnium primus Librum Pœnitentialem, id est, Collectionem Canonum, ad pœnitentiam diversis peccatis præscribendam, composuit. Multi hos Canones descripserunt, & ejusmodi collectiones compilarunt, postea Collectioni Theodori adjunctas; hinc genuina vix dignosci potest. Illud satis videtur constare, quædam Capitula seu Articulos numero centum viginti, qui summam Disciplinæ Græcorum Latinorumque exhibent, *Bed. V. hist.* c. 8. *Mart. Rom.* 19. *Sept.*

Sæculum VII A. C. 690.

to. 9. Spicil. to. 6. Conc. App. p. 1875.

ipsius esse opus. In iis præ ceteris notatu digna hæc inveni: Neo-Baptizati septem diebus velamen capiti eorum impositum gestabant, quod deinde Presbyter tollebat. Non licebat Baptizatis cum Catechumenis comedere. Die Dominica Christiani non vehebantur ratibus, non equitabant, non coquebant panem. Ex vita S. Cutberti dispicimus, Reginam ipsam non fuisse solitam Die Dominica vehiculo uti. Sanguinem, aut animalia suffocata non comedebant. Græci omni Die Dominica etiam Laici communicabant, & qui tribus Dominicis non communicaverant, excommunicabantur. Quamvis Pœnitentes secundum Canones, non oporteret communicare, nihilominus per misericordiam cœptum est, iis hanc licentiam post annum vel sex menses dare. Neo-Conjuges abstineant se ab Ecclesia triginta diebus; quibus transactis pœniteant quindecim diebus, antequam communicent. Mulieribus non ante quadragesimum post partum diem Ecclesiam ingredi liceat. Qui oblationes pro mortuis afferebant, etiam jejunare tenebantur.

c. 2.
c. 86.
c. 7.
vit. S. Cuth. c. 27.
c. 10. 19.
c. 12.
c. 16.
c. 21.
c. 19. 77.

Infantes in Monasteriis usque ad annum decimum quartum carnes manducant. Pueri anno ætatis decimo quinto, puellæ decimo sexto Monasticum Institutum amplecti poterant. Abbas a Mona-

c. 34.

Monachis eligatur, & in ſua ordinatione detur ei Baculus paſtoralis. Monachi Græci non habebant mancipia, Latini vero habebant. Jam illa ætate multum de pœnitentiæ rigore fuerat relaxatum. Tempus longiſſimum, ut ſi quis homicidium voluntarium commiſiſſet, non ultra ſeptem annos extendebatur, vel tali arma ferre non amplius licebat. Si quis fornicatus fuerit cum virgine, uno anno pœniteat. Si cum nupta tribus annis. Si quis ſe ipſum occiderit propria voluntate, orare pro eo liceat, ſed non Miſſas facere. Qui ordinati ſunt a Scotorum, id eſt, Hibernorum & Britonum Schismaticorum Epiſcopis, manuum impoſitione ab Epiſcopo Catholico iterum confirmentur, & Eccleſiæ eorum reconcilientur. Britonibus non ante S. Chrisma vel Evchariſtia detur, quam Eccleſiæ fuerint reconciliati.

Sæculum VII
A. C. 690.

c. 118. S. Theodori. Capitula.
c. 3.
c. 4.
c. 53. 108.
c. 55.
c. 63.
c. 80.

S. Theodori in Sede Cantuarienſi Succeſſor fuit Britovaldus, antea in Monaſterio Raculfi in Regione Cantiorum Abbas, vir in Scripturis verſatus atque in Diſciplina Eccleſiaſtica & Monaſtica exercitatus, ſed nihilominus Anteceſſori ſuo impar. Non prius quam elapſis duobus annis ab obitu S. Theodori, ſcilicet, primo die Julii anno 692. electus, & iterum poſt annum Die Dominica, 29. Junii, anno 693. a Goduino Archiepiſcopo Lugdunenſi

Bed. V. hiſt. c. 9. *Act. SS. Ben. to.* 3. *p.* 526.

Sæculum VII A.C. 690.

dunensi consecratus est. Legitur Archiepiscopus Britanniæ a Sergio Papa ordinatus; quod forte aliud non significat, quam ipsum ab eo Pallium accepisse. Primus is fuit ex Gente Anglorum Cantuariensis Archiepiscopus, & Sedem hanc annis triginta septem obtinuit.

Anast. in Serg.

§. XLVII.

S. Suitbertus in Frisia.

tom. 3. Act. Ben. p. 487. Ben. V. hist. c. 10.

Sede Cantuariensi vacante S. Suitbertus ordinatus est Episcopus Frisonum, ad quos a S. Egberto missus fuerat. Egbertus erat nobilis Anglus, qui in Hiberniam trajiciens, Institutum Monasticum suscepit. Sacerdotio initiatus & plenus ferventi zelo, anno 686. in Frisiam navigare constituit ad convertendos Germanos, unde Angli originem trahebant; & quamvis terrerent eum sinistri ominis somnia, quæ a Deo immissa credebat, nihilominus navigium conscendit; sed cum vix portu provectus ægre naufragium evasisset, abjecto hoc proposito, postea Schismaticis Hibernis reconciliandis utilissimam navavit operam. Aliquis Socio-

c. 2. Ben. V. c. 10.

rum ejus, nomine Wigbertus, qui & ipse longo tempore in Hibernia vitam Anachoreticam magno perfectionis studio duxerat, conscenso navigio in Frisiam trajecit, & annorum duorum spatio huic Nationi & Regi ejus Radbodo Evange-

lium

lium prædicavit; at videns, sterilem esse laborem, rediit in Hiberniam, ut Deo in silentio serviret, & saltem Discipulis suis bono exemplo prodesset. Sæculum VII A. C. 690.

S. Egbertus, etiamsi ipse in Frisiam navigare non potuisset, & Wigbertus in illa Regione frustra operam consumpsisset, ut tamen nihil relinqueret intentatum, plures illic viros virtute conspicuos, & zelo animarum flagrantes mittere decrevit. Ergo duodecim viros elegit, quorum princeps fuit Willebrodus Anglus in Nordhumbria circa annum 658. natus. Eum anno ætatis suæ sexto vel septimo ad Abbatiam Riponensem Parens deduxerat, ubi sub Disciplina S. Wilfridi educatus, postea vitam Monasticam professus est. Annum agens vigesimum anno Christi circiter 678. consentiente Abbate suo inde egressus in Hiberniam profectus est, sub Sancti Egberti Regimine ad altius perfectionis Religiosæ fastigium eluctaturus. Presbyter erat, & annos vitæ numerabat ferme triginta, quando in Frisiam missus est ab eodem S. Egberto, qui usque ad annum 729. superstes, obiit nonagenarius vigesimo quarto Aprilis, quo Ecclesia ejus celebrat memoriam. Missionarios duodecim in Frisiam anno 690. appulsos perbenigne excepit Pipinus, Dux Francorum & Major Domus Regiæ, cognomento Heristal-

c. II.

vit. per. Alcui. to. 3. *p.* 605.

Bed. V. hist. c. 12.

Martyr. R. 24. *April.*

S. Viri in Britannia.

Sæculum VII A. C. 690.

lus. Is ante breviſſimum tempus Radbodo Friſiam citeriorem inter fluvios Rhenum & Moſam poſitam armis victricibus eripuerat, hinc Sanctos viros ſuo Patrocinio tutos illo miſit, Verbum Dei prædicaturos. Editis mandatis prohibuit, ne quis obſtaculum poneret, & beneficia largius illis contulit, qui Fidem amplectebantur, hinc factum, ut maximus Idololatrarum numerus brevi temporis ſpatio converteretur.

Tunc igitur Miſſionarii e gremio ſuo elegerunt Suitbertum, qui Epiſcopus ordinaretur. Priusquam in Friſiam proficiſceretur, Presbyter erat & Abbas Monaſterii Dacorienſis in Regione Scotiæ maxime propinqua poſiti. Cum eum Socii in Angliam remiſiſſent, & Sedem Cantuarienſem illo intervallo, quod inter S. Theodori mortem & Britovaldi Ordinationem nempe anno 692. fluxit, vacantem inveniſſet, S. Wilfridum Archiepiſcopum Eboracenſem adiit, tunc temporis in Regione Merciorum Exulem, qui eum Epiſcopum ordinavit. In Germaniam redux ad Bructeros ſeu Boructuarios, populos prope Coloniam habitantes delatus, multos convertit; ſed brevi poſt, iisdem populis a Saxonibus devictis, & novellis Chriſtianis in diverſa ſparſis, S. Suitbertus ad Pipinum confugit, qui Plectrudis uxoris ſuæ precibus

S. Suitbertus.

bus motus Sancto Viro Insulam in Rhe- Sæculum VII
no, nobili fluvio, sitam donavit, ubi ille A. C. 691.
Monasterium primo Werdam & deinde
Cæsaris-Werdam, id est Cæsaris Insulam
dictum condidit. Obiit in hoc Monaste-
rio S. Suitbertus anno 713., cujus me- *Martyr. R.*
moriam Ecclesia primo die Martii colit. 1. *Mart.*

S. Wilfrido in Sedem suam restituto, antiquarum rixarum fomites iterum accensi. Jam Regi Alfrido acceptus, *Sup. §. 41.*
jam invisus erat. Dicebant aliqui, Mo- *Eccli c. 43.*
nasterium Riponense Fundis & Ditio-
nibus suis esse privandum. Alii, esse in
Sedem Episcopalem erigendum, violata
libertate ab Agathone Papa concessa.
Alii denique volebant, ut S. Episcopus
Decretis, quæ Archiepiscopus Theodo-
rus tempore veteris discordiæ ediderat,
se subjiceret. S. Wilfridus itaque, cum
in his omnibus Regis voluntati obsecun-
dare non posset, annis quinque exactis,
nempe a. 691. iterum ex Nordhumbria
pulsus ad Regem Merciorum Ethelre-
dum, amicum suum, se recepit, qui ho-
norifice exceptum, Episcopatu Lichfel-
diensi, tunc morte Episcopi Sexulfi va-
cante, donavit.

§. XLVIII.

Concilium Cæsaraugustanum tertium.

In Hispania eodem anno 691., Regis *to. 6. Conc.*
Egicæ *p. 1311.*

Sæculum VII A. C. 691.

Egicæ quarto, æra 729. Cæsarauguſtæ celebratum, quod tertium habetur, ubi quinque Canones conditi. In primo

c. 1. ſtatuitur: Epiſcopi alia die quam Dominica Eccleſias non conſecrent. In

c. 3. Monaſteriis Sæculares homines non diverſentur, ſed ſolum pauperes, qui ex officio Charitatis ſuſcipiendi ſunt. Liberti

c. 4. Eccleſiæ mortuo Epiſcopo litteras manumiſſionis ſuæ Succeſſori ejus exhibere teneantur, ni faciant, iterum ſervire cogantur. Prius autem neceſſe eſt, ut ab Epiſcopo moneantur, ne vexationibus occaſio detur. Ultimus Canon præ ceteris notari meretur, hujus ferme tenoris: *Viduæ Regum non ſolum ad ſecundas*

Sup. §. 38. *nuptias tranſire prohibeantur, quod jam ante in tertio Concilio Toletano ſtatutum fuerat, ſed Habitum Monialium induere, & in Monaſterio per reliquum vitæ tempus permanere teneantur.* Hujus Decreti rationem reddunt Patres, quod in Sæculo manentibus congrua Reverentia non haberetur; imo de ſordidis inſectationibus non eſſent ſecuræ. (*)

§. XLIX.

(*) Hier hebet der Proteſtant eine Anmerkung mit dieſen Worten an: Dieſer letzte Satz leget einen Beweis ab, was für Dinge die *Concilia* ſich heraus genommen, und wie ſie ſich erkühnet, über die geheiligten Perſonen der Maje-

Sæculum VII
A. C. 692.

§. XLIX.

Concilium in Trullo.

Cum ultima duo Concilia Oecumenica nullos condidissent Canones, visum est Orientalibus post elapsos annos undecim, nempe anno 692. Indictione quinta, sextum Concilium in hac parte supplere. Hoc ergo consilio Justinianus Imperator convocavit Synodum, cui Episcopi ducenti & undecim interfuerunt. Inter ceteros eminebant quatuor Patriarchæ Paulus Constantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, Anastasius Jerosolymitanus, & Georgius Antiochenus. Tum in Subscriptionibus leguntur Joannes Justinianopolitanus, Cyriacus Cæsariensis in Cappadocia, Basilius Gortynensis in Creta, qui dixit, se totius Concilii Ecclesiæ Romanæ vicem gerere, quod etiam cum subscriberet sexto Concilio, dixerat. Aliunde autem constat, in isto

to. 6. Conc. p. 1124.

Anast. in Serg.

Majestäten zu disponiren. Allein er lässet nur seiner Schmähsucht wider alle Concilien und Katholische Bischöfe den Zügel, und leget an Tag, daß er ein ungeschickter Kriticker sey. Er hätte sich erinnern sollen, daß der Herr Fleury die Anmerkung gemacht; die Bischöfe in Spanien hätten solche Dinge nicht aus angemaßter Macht, sondern auf das Verlangen und die Einwilligung der Könige und der Grossen des Reichs verordnet.

Sæculum VII A. C. 692.

Sacræ Sedis Legatos adfuiſſe. (*) Concilium hoc in Aula Palatii Cæſarei, latine in Trullo, unde nomen hæſit, etiamſi Latine Quiniſextum & Græce *Pentecty*, appellatur; ac ſi quis diceret, Quinto-Sextum, ut indicaret, eſſe ſolummodo duorum præcedentium Conciliorum Supplementum; quamvis omnino ſit Concilium diſtinctum.

In eo igitur Concilio propoſitum ſibi habebant Corpus Diſciplinæ Eccleſiaſticæ colligere, quo tota Eccleſia uteretur, illudque in centum & duos Canones diviſe-

p. 1136.

c. 1. runt. Canone primo profitentur Epiſcopi, quod Fidem Apoſtolorum & ſex Conciliorum Oecumenicorum teneant, & Errores, Perſonasque, quæ in iis condemnantur, nominatim condemnant. Deinde antiquos Canones enumerant, quos obſervari

c. 2. volunt, ſcilicet Canones octoginta quinque, qui Apoſtolis tribuebantur, ſed Conſtitutiones, quæ tribuebantur S. Clementi, tanquam ab Hæreticis adulteratæ, rejiciuntur. Recipiuntur Canones Niceni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodiceni, item Conciliorum

(*) In Admonitione ad Lectorem ante hoc Concilium Editionis Pariſienſis p. 1646. tom. III. leguntur hæc verba: *in quibus* (Epiſcopis) *nemo plane eſt, qui nomine Romani Pontificis intereſſet.*

rum universalium Constantinopolitani, Ephesini, Calcedonensis, Sardicensis, Carthaginensis, & Concilii Constantinopolitani sub Nectario & Theophilo Alexandrino. Hoc Concilium aliud non est, quam illud anno 394. in dedicatione Ecclesiæ Rufini celebratum; sed illos Canones non habemus. Præterea Concilium approbat Epistolas Canonicas S. Dionysii, & S. Petri, Alexandrinorum, S. Gregorii Thavmaturgi, S. Athanasii, S. Basilii, S. Gregorii Nyssæni, S. Gregorii Nazianzeni, S. Amphilochi; Timothei, Theophili & S. Cyrilli Alexandrinorum, Gennadii Constantinopolitani, & tandem Canonem a S. Cypriano pro sola Ecclesia Africæ editum. Non facile dispicias, de quo Canone hic sermo sit; nisi forte de Præfatione S. Cypriani ad Concilium, ubi dicit, nullum præsumere, ut Episcopus Episcoporum esse, aut Collegas suos more Tyrannorum ad obedientiam compellere velit. Concilium prohibet, ne alii Canones sub spuriis Titulis supponantur.

Sæculum VII A. C. 692.

Sup. l. XIX. §. 51.

Sup. l. VII. §. 29.

§. L.

Matrimonium Clericorum.

Tum Concilium ad particularia descendit, & initium faciens a puritate Clericorum, dicit: *Romani Regulæ exacte inhærent; qui vero ad Ecclesiam Constantinopo-*

c. 3.

Sæculum VII A. C. 692.

tinopolitanam pertinent, magis ad illud quod humanitatis & Misericordiæ est, attendunt. Utrumque miscemus, ut vitemus extrema. Itaque qui usque ad decimum quintum Januarii, ultimæ Indictionis quartæ, anno 6199. duplici Matrimonio implicati fuerunt, deponantur. Illi vero, qui ante illum diem ab illicito congressu se continuerunt, ordinem suum servent, illa tamen conditione, ut eis omne officium interdictum sit. Indictio quarta & annus 6199. a Creatione Mundi, secundum Græcos anno JEsu Christi 691.

Can. Apost. 16. 17.

respondet. Episcopi deinde prosequuntur: *Abhinc definimus, & renovamus Canonem, qui dicit, non esse ordinandum Episcopum, Presbyterum, Diaconum vel in quocunque gradu Sacerdotali, qui secundas nuptias inierit, aut qui post susceptum Baptismum Concubinam habuerit, aut qui viduam, repudiatam, meretricem, vel Scenicam duxerit.*

Can. Trull. 6. Apost. 25.

Et quia secundum Canones Apostolorum solis Lectoribus & Cantoribus permissum est post suam Ordinationem matrimonium inire, id quoque deinceps Subdiaconis, Diaconis & Presbyteris sub Depositionis pœna prohibemus. Si quis eorum uxorem ducere velit, mulierem accipiat, antequam his ordinibus initietur.

Can. Trull. 13.

Scimus in Ecclesia Romana Regulam observari, ut promovendi ad Diaconatum

vel

vel Presbyteratum profiteantur, se non amplius suis uxoribus conjungendos; nos vero antiqui Canonis Apostolici perfectionem servantes, hominum, qui sunt in Sacris, conjugia firma esse volumus, nec eos uxorum consuetudine tempore convenienti privamus. Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui Subdiaconus, Diaconus, vel Presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet; sed neque Ordinationis suæ tempore ab eo postuletur, ut promittat, se a legitima cum uxore consuetudine abstinere velle, ne a Deo constitutas, & sua præsentia benedictas nuptias injuria afficiamus. Scimus etiam Patres Concilii Carthaginensis decreviſſe, ut Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri statutis temporibus, secundum proprios terminos, a Consortibus suis abstineant, ut, & quod ab Apostolis traditum est, in omni re tempus servemus, præsertim in jejunio, & oratione; oportet enim eos, qui Altari appropinquant, in Sanctorum tractandorum tempore, omnino continentes esse, ut id, quod a Deo petunt, obtinere possint. Si quis ergo fuerit ausus præter Canones Apostolicos Presbyterum, Diaconum vel Subdiaconum legitima cum uxore conjunctione privare, deponatur. C. Ap. 5.

Sæculum VII A. C. 692.

Illud quod in hoc Canone dicitur, in Concilio Carthaginensi præceptum fuisse

Sæculum VII A. C. 692.

se Presbyteris, ut a commercio cum uxoribus abstinerent *secundum proprios terminos*, in sensu perverso, seu malitia, seu ignorantia fuit, accipitur. Canon hic excerptus est ex quinto Concilio Carthaginensi, anno 400. habito, ubi legitur, Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros, & Episcopos secundum priora statuta ad abdicandam licentiam maritalem teneri, & ad continentiam, quam illi servant, qui uxores non habent. Jam versio Græca hujus Canonis verba latina: *priora statuta*, reddidit; ἀρχαῖς ὅροις, quæ voces significare possunt terminos proprios; nam Interpres vocem *propria* pro *priora* legerat, secundum aliud Exemplar. Interim Patres Concilii Trullensis præsumpserunt, Clericos vi hujus Canonis non nisi certis diebus ad continentiam obligari, & cernere noluerunt, in eodem Canone etiam Episcopos comprehendi; atqui, ipsi Græci fatebantur, Episcopis accessum ad uxorem omni tempore esse interdictum; loquuntur enim in hunc modum: *Cum ad nos relatum fuerit, quod in Africa & aliis locis Episcopi cum uxoribus suis habitare etiam post ordinationem suam non recusent, ex eo populis offendiculum & scandalum afferentes, prohibemus, ne deinceps istud audeant. Si quis autem deprehensus fuerit, deponatur.* Et infra statuunt, ut uxor illius, qui

Sup. t. XX. §. 43. Conc. Carth. 5. c. 3. to. 2. Conc. p. 1216.

Concilium in Trullo.

Cod. Eccles. Afric. c. 25. tom. eod. p. 1061.

Can. Trull. 12.

c. 48.

qui ad Episcopatum evectus fuit, communi sui viri consensu prius separata, postquam ordinatus fuerit, Monasterium ingrediatur, procul ab Episcopi Domo positum. Ipse autem mulieri vitæ necessaria conferat. Sæculum VII A. C. 692.

In alio Canone de Presbyteris inter Barbaros versantibus, id est, in Italia & aliis Ritus Latini Provinciis loquuntur in hunc modum: *Si Apostolicum Canonem de uxore non ejicienda, Religionis prætextu, violandum sibi existimant, voluntque ultra ea, quæ præcepta sunt, facere, & communi consensu a mutua consuetudine abstinere, prohibemus, ne cum uxoribus, quacunque demum ratione versentur, ut ex eo nobis perfectam sui promissi demonstrationem præbeant. Hoc autem illis non propter aliud, quam propter eorum pusillanimitatem, extraneosque & non satis firmos mores concedimus.* Nempe, si Græcis fidem habemus, imperfectio est Continentiam perfectam sectari. c. 30.

Ut ut vero istud se habeat, hos Canones Concilii in Trullo exinde Græci & omnes in Oriente Christiani tanquam normam universalem circa continentiam Clericorum amplexi sunt, jamque ab annis mille observantur. Scilicet, non licet Clericis, qui in Sacris Ordinibus sunt, post suam ordinationem conjugem accipere. Episcopi perfectam Continentiam

Sæculum VII A. C. 692.

tiam ſervent, ſive prius uxorem habuerint, ſive cælibes fuerint. Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi uxorem habentes, apud ipſas remaneant, & cohabitent, illis diebus exceptis, quibus Sacra Myſteria tractare debent.

§. LI.

Alii Canones ad Clericos ſpectantes.

Porro renovantur Leges, quibus prohibentur Clerici in domo ſua habere mulieres a ſuſpicione non alienas, quod
c. 5. Præceptum etiam ad Evnuchos & Laicos
c. 9. extenditur. Clerici caupones non
c. 24. ſint, cum ipſis cauponas ne quidem intrare liceat. Clerici, aut Monachi ſpectaculis, ſive equorum curricula ſint, ſive ſcenica, non interſint. Clerici ad
c. 27. nuptias invitati, quando ludicra incipiunt, ſurgant, & diſcedant. Clerici nec in Civitate nec in itinere aliam veſtem gerant, quam talem, quæ Status eorum ſublimitatem deceat. Clerici ob
c. 21. crimen depoſiti, & ad conditionem Laicorum detruſi, ſi hanc pœnam ſponte ſubierunt, Clericorum habitu tondeantur, ſi inviti, comam ſicut Laici nutriant. Igitur jam illa ætate Clerici a Laicis habitu diſcernebantur, & longis capillis, (*) ut hodie mos eſt, non incedebant. Quod

(*) In Germania Presbyteri non ita capillos nutriunt,

Quod spectat ad Jurisdictionem Episcoporum, confirmatur Canon, in quo eis Potestas in Ecclesias rurales, si in possessione triginta annorum sint, tribuitur, item Canon Calcedonensis, qui Sedi Constantinopolitanæ eadem Privilegia ac Sedi Romanæ tribuit, ita ut teneat locum secundum, Alexandria tertium, Antiochia quartum, & quintum Jerosolyma. Barbarorum, præsertim Musulmannorum incursus & latrocinia obstabant, ne Episcopi post ordinationem Ecclesiarum suarum possessionem adire, & Munere suo fungi, possent. Hinc talibus Concilium Dignitatem, & Potestatem tam Clericos ordinandi, quam in Ecclesia præsidendi conservat. Hic videmus originem Episcoporum in Partibus Infidelium. Non nullos quoque Clericos Barbarorum incursus ab Ecclesiis suis discedere coegerant. Hos Concilium, quamprimum cessaverit periculum, reverti jubet. Eædem Barbarorum incursiones tanquam causa adducuntur, quod Concilia non sæpius quam semel in anno celebrari possint.

Sæculum VII
A. C. 692.

c. 25.
c. 36.
Sup. Lib. XXIII. §. 30.
Can. Trull. 37.
c. 18.
c. 8.

§. LII.

nutriunt, ut longi dici possint, nisi in comparatione cum Monachis.

Sæculum VII
A. C. 692.

§. LII.

Sacramenta & Cæremoniæ.

Clerici in Oratoriis, quæ ſunt intra domos, non baptizent, nec Sacra faciant, ſine conſenſu Epiſcopi. Nihil exigatur ab illis, quibus S. Communio porrigitur. Communicans non recipiat Evchariſtiam in vaſe ex auro vel ex alia materia, ſed in manibus ſuis crucis formans figuram, quia nulla materia Corpus humanum, quod Templum JEſu Chriſti eſt, pretio ſuperat. Nullus Laicus ſe ipſum communicet præſente Epiſcopo, Presbytero, vel Diacono. Mortuorum corporibus nemo Evchariſtiam præbeat. Quia ſcriptum eſt: *accipite & comedite.* Mortuorum autem corpora nec poſſunt accipere, nec comedere. In Quadrageſima ſingulis diebus, præterquam Sabbato, & Dominica & Sancto Annuntiationis die, Miſſa (*) Præſanctificatorum celebretur. Miſſa ſemper a jejuno, etiam in Cœna Domini, celebretur. Uva unacum Euchariſtia, quod in quibusdam Eccleſiis fiebat, populo non diſtribuatur, ſed ſeorſum benedicatur, ſicut primitiæ frugum ſolent. Mel & lac ad Altare non offerantur.

c. 31. 59.
c. 23.
c. 83.
Matth. 26.
c. 52.
c. 29.
c. 28.
c. 57.

Tota

(*) Verba Concilii ſunt: mihi pag. 1682. *Fiat Sacrum Præſanctificatorum Miniſterium.*

Sæculum VII
A. C. 692.

Tota Septimana Paschali oportet Fideles Festum celebrare, & Divinis Officiis vacare. Nec prædictis diebus aliquod publicum exhibeatur Spectaculum. *c. 66.* Nemo tribus continuis Dominicis sine necessitate ab Ecclesia absit. *c. 80.* Transgressores Clerici deponantur, Laici excommunicentur. *c. 89.* Sabbato Sancto usque ad mediam noctem Fideles jejunent. *c. 55.* Ceteris vero Sabbatis, neque in Quadragesima, secundum Canonem Apostolorum *Can. Ap. 65.* nunquam jejunent. Tum Romani consuetudinem Sabbato jejunandi dimittere jubentur. Hic Canon quoque, præter alias, causa fuit, quod istud Concilium Romæ rejectum fuerit. *vid. Balsam in hunc c. 55* Fideles ova & caseum in Quadragesima non comedant, quæ comedebant Armeni, quorum aliæ præterea consuetudines damnantur; *Can. Trull. 56.* scilicet, quod vino Eucharistiæ aquam non (*) miscerent, *c. 32.* quod Sacerdotibus carnes coctas ad Ecclesias afferrent, *c. 99.* & ad ordinem Clericorum illos solum admitterent, qui ex Genere Sacerdotali essent. *c. 33.* Nemo cujuscunque animalis sanguinem comedat. *c. 67.* Clerici, si comederint, deponantur, Laici segregentur.

(*) Der Protestant hat es gegeben: Nämlich, im Abendmahl den Wein mit Wasser zu vermischen. Das ist gerad das Gegentheil.

Sæculum VII A. C. 692.

In Eccleſiis convivia, quæ *Agapes* dicebantur, non adornentur. Intra Sacros Eccleſiarum ambitus officina cauponaria non ſtruatur, nec ibi cibi, vel quæcunque aliæ merces venumdentur. Sæpius notavimus, Eccleſiis multas ædes fuiſſe junctas, quæ uno ambitu claudebantur. Mariti uxores intra ſepta Eccleſiarum non cognoſcant, aut quocunque alio modo hæc loca ſancta profanent. Nemo intra ædem Sacram quodvis jumentum introducat, niſi forte viator quispiam, urgente neceſſitate, animali tectum quæſierit. Nullus Laicorum Sanctuarium, id eſt, intra Septa Sacri Altaris, ingrediatur, præterquam Imperator, quando voluerit Creatori dona offerre ſecundum antiquam Traditionem. Hujus rei exemplum vidimus, cum S. Baſilius Valentis Imperatoris oblationem recepit. Qui Eccleſias ad pſallendum accedunt, non incondite vociferentur, nec naturam ad clamandum urgeant, ſed magna attentione & compunctione Deum laudent, nec alia, quæ Eccleſiæ non conveniunt, canant. Triſagion cantantes, non addant: *qui crucifixus es pro nobis.* Nemo audeat S. Scripturæ aut Patrum Libros corrumpere, conſcindere, Unguentariis vendere, aut eos quocunque modo delere, niſi utique vel a tineis, vel ab aqua, vel ab aliquo alio

c. 74.
c. 76.
c. 97.
c. 88.
c. 69.
Sup. l. XVI. §. 48.
c. 75.
c. 81.
Sup. lib. XXIX. §. 31.
c. 68.

reddita

redditi fuerint inutiles. Præcipitur, ut Cruci congruus honor exhibeatur. Pavimento, quod pedibus calcatur, Crucis figura non imprimatur, juxta Legem Theodosii junioris. In multis Imaginibus JEsus Christus in specie Agni, quem S. Joannes digito monstrabat, repræsentabatur. Concilium jubet, ut deinceps JEsus Christus in Forma humana tanquam magis conveniente depingatur.

Sæculum VII
A. C. 692.

c. 73.

L. un. Cod. Nem. lib. I. tit. 8.

c. 82.

§. LIII.

Monachi &c.

Monachos, quos S. Basilius non ante annum ætatis decimum septimum recipi permittit, hoc Concilium jam anno ætatis decimo recipi vult, sub prætextu, quod Dei Ecclesia potentior ac robustior evaserit. Nulli liceat Clausuram ingredi, nisi prius annis tribus in Monasterio probatus fuerit. Non tolerentur in urbibus homines vagi, qui se dicebant esse Eremicolas, longis capillis, & vestibus nigris. Nullo crimine quisquam prohibeatur Monasterium ingredi, cum domus istæ ad agendam Pœnitentiam sint fundatæ. Mulieres, quæ ad accipiendum habitum Monasticum accedunt, non sint indutæ vestibus pretiosis, non gemmis coruscantibus fulgeant, ne mundum invitæ relinquere videantur. Monasteria Auctoritate Episcopi semel

c. 40.

c. 41.

c. 43.
c. 44.

c. 49.

Sæculum VII A. C. 692. consecrata ad usus profanos non convertantur, nec Sæcularibus concedantur, quod non nunquam fiebat.

c. 54. De Matrimonio statuitur: Pater & Filius matrem & filiam, aut duas sorores, vel duo fratres duas sorores non ducant. Patrinus infantis matrem non ac-

c. 53. cipiat conjugem. Nemo accipiat alte-

c. 99. rius sponsam. Catholici non copulen-

c. 72. tur hæreticis. Qui congregant, & alunt Concubinas, si Clerici sint, deponantur,

c. 86. si Laici, excommunicentur. Nemo pin-

c. 100. gat, quæ ad turpium voluptatum movent incendia, sub pœna Excommuni-

c. 96. cationis. Nemo capillos scite excogitatis nexibus adornet, sub eadem pœna.

c. 77. Nemo cum mulieribus lavetur. Nemi-

c. 50. ni, nec Laicis, liceat alea ludere. Mimorum ludi, saltationes scenicæ, pugnæ

c. 51. cum bestiis prohibentur. Qui obsessos

c. 60. a Dæmone se simulant, gravi labore, ac si revera essent, coerceantur.

Præstigiatores, & qui iis fidem ha-

c. 61. bent, qui ursas circumducunt, Vates, Circulatores, pœnitentia sexenni damnantur. Plures aliæ Superstitiones e Pa-

c. 62. ganismo allatæ, publicæ fæminarum saltationes, invocatio Bachi vindemiæ tempore, rejiciuntur. Nec fæminæ virilem, nec viri muliebrem vestitum habeant. Nemo audeat comicas Satyricas vel tragicas personas induere; diversæ enim in

in diversis his spectaculis sumebantur. Nemo in Noviluniis ante tabernas vel domos ignes excitet, & transiliat. Non liceat post Domini Nostri Nativitatis diem sibi invicem similam coquere & mittere in memoriam partus S. Virginis, quæ absque ullis secundis peperit. Non legantur in Ecclesia depravatæ Martyrum historiæ ad eorum probrum ab inimicis veritatis conscriptæ, sed potius flammis tradantur. Sæculum VII A. C. 692. c. 65. c. 79. c. 63.

Hæretici, quorum Baptismus judicatur validus, recipiuntur, si Libellos dent, & omnem Hæresim anathematizent. Inunguntur autem Sacro Chrismate in fronte, in oculis, naribus, ore, & auribus, additis verbis: (*) Signaculum Doni Spiritus Sancti. Illi, quorum Baptismus validus non judicatur, ut Gentiles habentur, primo adscribuntur Catechumenis, & deinde baptizantur. Porro in discernendo Baptismo valido vel non valido Græci hic sequuntur Regulas a S. Basilio S. Amphilocho traditas. Eundem Doctorem sequuntur in Dispensatione Pœnitentiæ, ut ea gravitati peccati, & viribus pœnitentis conveniens sit. Hic c. 95. *Sup. lib. XVII. §.* 14.

(*) Ex his videtur, Hæreticos Sacri Chrismatis unctione in Baptismo non fuisse usos, aut certe non fuisse solitos, Sacramentum Confirmationis conferre.

Sæculum VII A. C. 692.

ultimus Canon est Concilii in Trullo, cui Justinianus Imperator primus cinnabari subscripsit; id enim ejus Dignitatis Prærogativa erat. Tum locus, ubi subscriberet Papa, relictus, & deinde subscripserunt quatuor Patriarchæ omnesque Episcopi, locum relinquentes, quo aliqui absentes nomina apponerent. Nomina Legatorum Papæ non visuntur, cum tamen Anastasius dicat, eos dolo deceptos subscripsisse.

Anast. in Serg.

§. LIV.

Papa Concilium rejicit.

Justinianus Imperator volens Sergium Papam compellere, ut huic Concilio subscriberet, misit unum Exemplar sex voluminum, cui ipse manu propria & deinde tres Patriarchæ Alexandrinus, Constantinopolitanus, Antiochenus, aliique Præsules subscripserant, cui etiam Papa primo loco subscriberet. At Pontifex hæc Volumina nec recipere, nec aperiri voluit, ut legerentur, cum sibi persuasum haberet, nullum esse istud Concilium. (*) Hinc Imperator magna indigna-

Paul. Diac. VI.

(*) Eo minus etiam Summus Pontifex Concilium in Trullo seu Quinisextum tanquam legitimum recipere potuit, quod illud sine participatione Sedis Romanæ Universale appellabant; ita

dignatione commotus misso Romam offi- Sæculum VII
ciorum Præfecto, cui nomen Sergius, Jo- A. C. 692.
annem Episcopum Portuensem, & Boni

 facium

ita enim incipit Canon LI: *omnino prohibet hæc Sancta & Universalis Synodus* &c. Si enim Papæ hanc Orientalium præsidentiam dissimulassent, actum fuisset de Unitate & Hierarchia Ecclesiæ.

Necessaria veræ Ecclesiæ Nota est unitas, & maximum Bonum, de quo, quis crederet? etiam aliquæ in Hollandia Provinciæ sollicitæ sunt. † Serenissima Princeps Anna, Georgii II. Regis Magnæ Britanniæ Filia, Wilhelmi V. Principis Arausionensis vidua, Belgii fœderati Gubernatrix, mense Januario hujus anni 1759. obiit; cumque pauculis horis antequam oppeteret, pactis Matrimonii inter Filiam suam Carolinam & Principem Weilburgo-Nassovienſem ineundi, conditione addita, ut proles ex hoc Conjugio nascitura non in alia Religione, quam illa, quæ in Republica dominatur, educaretur, manu propria subscripsisset, & septem Provinciarum unitarum Mandatarios rogasset, ut pacta hæc Nuptialia rata haberent, Provinciæ, Principe paulopost fatis functa, hac de Re deliberare cœperunt. At in diversas abiere sententias. Provinciæ Zelandia, Frisia, Transisalania, & Grœninga consenserunt, satis Religioni veræ reformatæ cautum existimantes illa Clausula, liberos procreandos in nulla alia educari posse. Econtra Provinciæ, Hollandia, & Ultrajectum objecerunt; si procederent hæ Nuptiæ, cum Princeps Nassoviæ-Weilburgen-

† *Relata Ratisb.*

sis

Sæculum VII A. C. 692.

facium Sacræ Sedis Cnosiliarium inde abstractos Constantinopolim perduci jussit.

Postea Zachariam Protospatarium suum, id est, Prætorianorum Præfectum, Romam misit cum mandatis, Papam quoque capiendi. Sed milites urbis Ravennatis, Ducatus Pentapolis & vicinarum Regionum hanc vim Pontifici inferendam prohibuerunt; cumque Zacharias tot milites undique Romam convolare vide-

sis Religionem Confessionistarum profiteretur, si aliquando conscientiæ suæ repugnare crederet, permittere, ut proles sua in alia Religione quam Lutherana institueretur, posse contingere, ut aliquis Gubernator Hæreditarius alterius Religionis, quam illius, quæ in Provinciis fœderatis præcipua est, existeret. Jam vero admiratione & quæstioni locus est, cur Provinciæ unitæ Principem habere reformident Religione Lutheranum, idque Religioni veræ, ut ajunt, reformatæ Hollandiæ nociturum timeant, cum tamen, dum singulis annis indicunt Pœnitentiæ, Jejunii & Orationis Dies, populos suos pro Conservatione omnium Ecclesiarum Protestantium in variis Orbis Partibus dispersarum orare jubeant, & eo ipso se cum illis omnibus in eadem Religionis Communione vivere profiteantur? Nempe omnibus extra Communionem Ecclesiæ Romanæ positis in Doctrina de Ecclesiæ Unitate nulla Regula est, nihil fixum, nihil firmum; unde etiam non mirum, quod circa hunc Fidei Articulum sibimetipsis contradicant & adversentur.

videret, perterritus Papam rogabat, ut portas claudi & custodiri juberet. Imo omnibus artubus trepidans usque in cubiculum Papæ se penetravit, cum fletu orans, ut misereretur, & sibi vitam servaret. Interim copiæ Ravennatenses per portam S. Petri urbem intrant, usque ad Palatium Lateranense perveniunt, & quosque obvios minaciter jubent, sibi Papam monstrare; nam increbuerat rumor, eum noctu fuisse abstractum; & quia foribus clausis excludebantur, militari ferocia imperant confestim aperiri ab iis qui intus erant, nisi mallent eas vi prosterni. Tunc vero Zacharias nullus dubitans, actum esse de vita sua, sub lectulum Papæ irrepsit, adeo timore mortis obrutus, ut mentis impos esset. Papa consternatum bene sperare, & metum discutere jubet, moxque extra Basilicam Theodori Papæ progreditur, & portis aperiri jussis, in Sede, quam *sub Apostolis* nominabant, acquievit, ut conspiceretur ab omnibus. Ibi populum, militesque tumultuantes, qui ad se videndum confluxerant, lenibus verbis demulsit. Recedere tamen, & stationes circum ædes Lateranenses deserere noluerunt, donec Zacharias Protospatarius ex urbe Roma probrose ejectus fuisset.

Sæculum VII A. C. 694.

§. LV.

Sæculum VII
A C. 694.

§. LV.

Justinianus pellitur. Leontius Imperator.

Sub idem tempus Justinianus Imperator, qui Protospatarium Romam miserat, ex urbe Constantinopolitana migrare jussus est. (*) Is odium suorum incurrerat, quod initam cum Bulgaris & Musulmannis pacem imprudens violasset. Præterea Procerum præcipuos, quorum opera utebatur, atque inter ceteros Stephanum Evnuchum Persam ærario arcano præfectum, & Theodorum, quem, antea Monachum Solitarium, Logothetam constituerat, id est, ærario publico præfecerat, crudelitatis nota infames reddebat.

S. Niceph. hist. p. 25.

Theoph. an. 9. p. 306.

S. Niceph. Chr.

Paulus Patriarcha, postquam Sedem tenuisset annis septem, vita functus, Successorem habuit Callinicum, Presbyterum, & Thesauro Ecclesiæ in Blachernis præfectum, qui annis duodecim sedit. Cum aliquando Imperator novas ædes extructurus hunc Patriarcham rogasset, ut

(*) Miserum Imperatorem, de Definitione Fidei, ad se nihil spectante, sollicitum, cum de conservando Regno esse debuisset!

ut publicas preces indiceret, ad demoliendum Ecclesiam S. Virginis prope Palatium Cæsareum positam, respondit: *Habemus præscriptas preces recitandas, quando Ecclesia fundatur, nunquam vero vidi aliquas formulas dicendas, quando destruitur.* Nihilomius, Imperatore vehementer instante, Patriarcha dixit: *Laudetur Deus, qui omnia tolerat, nunc & semper & in Sæcula Sæculorum, Amen!* Illico dejecti Ecclesiæ muri, ut ædibus extruendis locus daretur; Ecclesia vero in alio loco ædificata est. Sæculum VII. A. C. 694. *Theoph. p. 307.*

Haud multo post tempore Justinianus mandavit Stephano Patricio & Civitatis Constantinopolitanæ Præfecto, ut noctu populum Constantinopolitanum necaret, & cædis initium a Patriarcha faceret. Sed ecce! ea nocte Leontius Patricius, Constantinopoli abiturus, in portu opportunum navigationi ventum præstolabatur. Is, in Oriente re bello præclare gesta, in carcere deinde triennio detentus, jam Dux Græciæ factus, & ipso die urbe avehi jussus erat. Ergo e portu soluturus valedicebat amicis, quos inter numerabantur Paulus Monachus Astronomiæ peritus, & Gregorius Cappadox Claustri Floriani Abbas. Hi sæpius ad eum in carcere *Nic. hist. p 25*

invi-

Sæculum VII A. C. 694.

invisentes Imperium ipsi vaticinati fuerant; jamque dicente ad eos Leontio: *Ecce, Imperium misero homini promissis, & mortem singulis horis exspectanti, nam quamprimum avectus hinc fuero, perniciem meam adfuturam credo.* Respondérunt: *Gnaviter rem aggredere, jam nunc implendam. Crede verbis nostris, & sequere.* Mox ad carcerem properant, & Imperatorem venire simulantes, educunt multos viros fortes, quos cum Leontius armis instruxisset, & junxisset militibus suis, in forum prodiens, vociferabatur: *Quicunque Christiani nomen gerunt, in Æde S. Sophiæ præsto sint!* Eandem rem suis per diversas Urbis Regiones proclamare jussis. Turbata multitudo confestim ad lavacrum Magnæ Ecclesiæ coivit. Tum Leontius, cum duobus suis Monachis, & præcipui Clientes ejus ad Patriarcham se conferunt, mandatis, quæ Stephanus Patricius acceperat, utique perterritum, & compellunt, ut ad Baptisterium procedens clamaret: *Hæc dies, quam fecit Dominus!* Psalm. 117. populis sublato clamore vociferantibus: *Refodiantur ossa Justiniani!* quasi vero jam e luce abiisset. Tunc quidem omnes ad Circum discurrunt, & prima luce producitur Justinianus, clamante

mante populo, necandum esse. At Leontius, ei vitam servaturus, amicitiæ memor, quæ sibi cum Constantino ipsius Parente interceſſerat, naso truncatum Chersonam relegavit, postquam regnasset annis decem. Hæc anno 694. gesta, statimque Leontius Imperator proclamatus. Sæculum VII A. C. 694.

§. XVI.

Concilium Toletanum XVI.

In Hispania interim duo Concilia decimum sextum & decimum septimum Toleti celebrata. Primum sexto anno Egicæ Regis, Æra 731. id est, anno 693. secundo die Maji habitum est. Episcopi quinquaginta novem, Abbates quinque, & absentium Episcoporum Legati tres, adfuere. Rex quoque cum sexdecim Comitibus interfuit. In eo decem Canones ad Disciplinam spectantes conditi, & in primo decernitur, ut Judæi, si se sincera mente converterint ad Fidem Catholicam, ab omni exactione, quam Fisco persolvere consuevissent, exempti sint. Præterea Leges superiorum temporum confirmantur contra illos, quorum duritia proteri non posset. Omnia veteris Idololatriæ vestigia damnantur. Nemo lapides, fontes, aut arbores *to. 6. Conc. p. 1327.* *c. 2.*

Sæculum VII A. C. 694.

res veneretur. Nemo Augures aut ſcultet, aut Præſtigiatoribus aures det. Ut hæc ſcandala tollantur, Epiſcopi, Presbyteri, aut Judices curare jubentur.

Qui contra naturam peccant, in perc. 3. petuum a Chriſtianis ſeparentur, centenis verberibus cædantur, turpiter decalventur, & exilio mancipentur perpec. 4. tuo. Hi ſicut & Idololatræ non niſi in mortis articulo, & peracta digna pœnip. 1329. tentia Communionem accipiant. Qui ſe ipſum ſuadente deſperatione enecare voluerit, ad duos menſes Communione privetur.

Aliquæ in Hiſpania Eccleſiæ erant derelictæ, quod propter inopiam Sacerdos ali non poſſet. Raro in iis Sacrificium offerebatur, & ruinam minabantur. Hinc cavillantes Judæi dicebant, nihil profuiſſe Chriſtianis, quod Synagogas deſtruxiſc. 5. ſent, cum jam eorum Eccleſiæ forderent. Huic malo remedium afferre Epiſcopi jubentur, & tertiam partem redituum Eccleſiarum ruralium, quam juxta Canones percipere poterant, ad reparandas collabentes Eccleſias impendere. Quod ſi dictam tertiam non percipiant, Pres-

Canones Concilii Toletani.

byteri, qui his Parochiis ſerviunt, ſarta tecta præſtent. Superius vidimus, S. Ans-

Ansbertum Archiepiscopum Rothomagensem, quæ in hoc Concilio statuuntur, accurate observasse. Porro præcipitur: Plures Ecclesiæ unius Sacerdotis curæ non committantur, sed illæ, quibus pauciores quam decem Coloni sunt, aliis conjungantur. Sæculum VII A. C. 694. *Sup. n. 35.*

In quibusdam Hispaniarum partibus quidam Sacerdotum de pane ad usum suum præparato crustulam rotundam Sacrificio adhibere, & super Altare offerre solebant. Præcipit Concilium, ut ad hunc Sacrum usum non nisi panem integrum, candidum, ad id unice præparatum, & in parva quantitate adhibeant, ne stomachum oneret, quod solius animæ alimentum esse oportet, & facile in modico loculo asservari possit. (*) Ex his dispicimus jam illa ætate hostias ad eum ferme modum, quo hodie solemus, præparatas fuisse. c. 6. *v. Mabill. de Azymo* c. 8.

Cum Sisbertus Archiepiscopus Toletanus inita cum quibusdam aliis societate c. 9.

(*) Ex hoc Canone iterum contra Protestantes probatur, Eucharistiam fuisse asservatam. At in quem finem? plane nullum alium, quam ut etiam extra Sacrificium sumi posset.

Sæculum VII A. C. 694.

te conjuraſſet, Regem Egicam Regno & vita privaturus, depoſitus, omnibus Bonis ſpoliatus, & poteſtati Regis traditus eſt, qui eum ad perpetuum carcerem damnavit. Illud quoque additum, condemnatum non ante articulum mortis ad Communionem eſſe recipiendum, niſi Rex gratiam faceret. Sisberto depoſito Patres Felicem Hiſpalenſem in Epiſcopum Toletanum ordinarunt. Tumque ad Sedem Hiſpalenſem Fauſtinus Braccarenſis translatus, & ad Braccarenſem Felix Portucalenſis ſubrogatus eſt, qui omnes, cum Concilio ſubſcriberent, novos Cathedrarum ſuarum titulos aſſumpſerunt.

c. 12.

Itaque in Hiſpania Epiſcopi ab una Sede ad aliam amoto omni ſcrupulo transferebantur. Conjicere eſt, dictam conjurationem cauſam fuiſſe, quod Patres veteres Canones confirmaverint, quibus proli Regiæ defunctis Regibus præſidium & Tutela promittitur, pœnæ in rebelles ſtatuuntur. Præterea etiam Anathematiſmos in quarto Concilio Toletano pronunciatos repetunt. In hoc Concilio item præcipitur, ut in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & Parochiis ruralibus, ſingulis diebus, præterquam in Paraſceve, pro Rege & liberis ejus Miſſa celebretur.

c. 8.

c. 10.

Sup. Lib. XXXVII. §. 49.

bretur. Item præcipitur, ut quoties a- Sæculum VII
liquod Concilium fuerit celebratum, qui- A. C. 694
libet Episcopus illud intra semestre in c. 8.
Synodo sua, ad quam Abbates, Presbyteri & omnes Clerici cum populo Civitatis Episcopalis convocentur, promulget.

Cum Episcopi Provinciæ Narbonensis, peste in illa Regione grassante ad Concilium venire non potuissent, præcepit c. 13.
Rex, ut Narbonæ congregarentur, & ibi Concilii hujus Decretis subscriberent.

§. LVII.

Concilium Toletanum ultimum.

Anno sequente, Egicæ Regis septimo, *to. 6. Conc.*
Æra 732. id est, anno 694. nono No- *p.* 1361.
vembris, Concilium Toletanum decimum septimum in Ecclesia S. Leocadiæ celebratum. In eo octo Canones conditi. Primo præcipitur, ut in initio cu- c. 1.
juslibet Concilii Patres triduo jejunent, quo temporis spatio de Fide, de correctione Episcoporum, & aliis rebus spiritualibus, nemine sæcularium hominum præsente, agant. Ab initio Quadragesimæ usque ad Cœnam Domini ostia Bap- c. 2.
tisterii claudantur, Episcopi annulo signentur, & sine maxima necessitate non referentur. Dicitur, quod in Cœna Do-

Sæculum VII. A. C. 694.

mini Altaria fuerint denudata, quem morem hodieque servamus. Eadem die quilibet Episcopus Mandatum Domini observet. Denuo præcipitur, ne Presbyteri ad usum suum privatum adhibeant Vasa Sacra, vel Ornamenta Ecclesiæ, ne ea vendant, aut distrahant.

Conc. XVI. c. 8.

Conc. XVII. c. 3. c. 4.

c. 5. Aliqui Missas defunctorum celebrabant pro vivis, eo consilio, ut iis mortis causa essent. Prohibent Patres tantum

c. 6. Sacrilegium. Presbyter deponi & perpetuo carceri mancipari jubetur, atque tam ipse, quam ille, qui eum ad nefas perpetrandum impulerit, usque ad tempus mortis suæ sint excommunicati. Litaniæ seu preces publice quolibet mense decernuntur.

Judæi in Hispania convicti, quod in patriam & Christianos conjurassent, & cum aliis suæ gentis ultra mare positis (forte in Africa) fœdera pepigissent, omnibus rebus suis spolientur, in servitutem perpetuam redigantur, & Christianis juxta Regis voluntatem dividantur. Additur etiam, nullum iis a Dominis suis Exercitium Cæremoniarum suarum esse concedendum, liberos, ubi ad septimum annum perveniissent, ipsis eripiendos esse, Christianorum Sacris instituendos, & cum Christianis conjugio copulandos.

Ulti-

Ultimum hoc est Toletanum Concilium, cujus Acta nobis supersint, nec adsunt subscriptiones, unde dispicere possemus, qui Episcopi interfuerint. Jamque intervallo annorum circiter centum quinquaginta rarissima Ecclesiæ Hispanorum monumenta occurrent. Sæculum VII A.C. 695.

§. LVIII.

Leontius pellitur. Apsimarus Imperator.

Jam etiam de Africa raro nobis erit sermo; hoc enim tempore in potestatem Muslumannorum redacta est. Carthagine capta, Imperator anno Regni sui secundo, ab Incarnatione Domini 695. Joannem illo misit, præclarum bello virum, qui Muslumannos omnibus, quas occupaverant, urbibus expulit. Verum illi anno sequente collectis majoribus viribus reversi, & Carthagine aliisque Civitatibus ad deditionem iterum compulsis, Romanorum imperio in Africa finem fecerunt, postquam in illa Orbis Parte ab anno Romæ conditæ sexcentesimo octavo, quo Carthago a Scipione capta est, per annos octingentos & quinquaginta dominati fuissent. Post hanc cladem Christianis illatam Muslumanni Africam in hunc usque diem tenuerunt. *Theoph. an. 3. p. 309.*

Sæculum VII A. C. 696.

At vero pudorem non ferentes Romani milites, cum ad Leontium redire non auderent, alium, nempe Apsimarum, quem cognominarunt Tiberium, Imperatorem proclamarunt, qui Constantinopolim perveniens, & porta sibi a conscii prodita ingressus, Leontium comprehendi jussum præcisis naribus in Monasterium S. Dalmatii relegavit. Hæc anno 696. Regni ejus tertio contigerunt. Apsimarus vero annis septem imperavit.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XLI.

S. SERGIUS PAPA.
TIBERIUS III. IMPERATOR. CUNIBERTUS, REX LONGOBARDORUM.

§. I.

S. Willebrordus in Frisia.

Sancto Willebrordo, ceterisque Missionis sociis Anglis piissimus labor in Conversione Frisonum sub Pipini Senioris, Majoris Domus, præsidio feliciter succedebat. Cum eum Pipinus anno circi- Sæculum VII. A. C. 696. *Sup. Lib. XL. §. 46. Bed. V. hist. c. 12.*

Sæculum VII A. C. 696

circiter 692. Romam misisset, ut, acceptа a Sergio Papa Apostolica Benedictione, Reliquias afferret, in Ecclesiis, quas destructis Idolorum templis ædificaturus erat, deponendas, inde reversus, Fidem Frisonibus, qui Francis parebant, ut antea prædicavit. Exinde iterato Romam cum donis & Epistolis Pipini, qui Papam rogabat, ut eundem Frisonum Genti Episcopum daret, profectum Sergius Papa Archiepiscopum Frisonum in Ecclesia S. Cæciliæ, Die huic S. Virgini sacra vigesima secunda Nov., anno 696., consecravit. Pallium quoque dedit, & mutato barbaro Willebrordi nomine Clementem appellavit; sed nihilominus subpristino nomine magis notus est. Confestim ad populum suum redire a Pontifice jussus (quippe non ultra quatuordecim dies Romæ morari licuit) a Pipino obtinuit Civitatem, quam veteres incolæ Wildburgum, Gallo Romani autem Trajectum dicebant, ubi Sedem Episcopalem erigeret. Ibi igitur S. Willebrordus ædificata Ecclesia titulo S. Salvatoris Sedem suam fixit, cumque maximum Infidelium numerum circumquaque quinquaginta Prædicationis suæ annis convertisset, plures alias Ecclesias & aliquot Monasteria fundavit, novosque Episcopos ordinavit.

v't. S. Vill. per Alcui. c. 7. to. Act. B. Anast. inter.

ep. 97. Bonif. ad Steph. Pap.

Sancto-

Sæculum VII
A. C. 696.

Sanctorum virorum in Frisia Fidem prædicantium exemplo tracti duo Presbyteri Angli, antehac diu in Hibernia commorati, in Germaniam trajecerunt ad illos populos convertendos, quos veteres Saxones appellabant, quia olim ex illis Regionibus in Angliam navigaverant. Hi Presbyteri ambo Evaldus vocabantur; hinc, ut distingui possent, unus Candidus, & alter Niger a capillorum colore cognominabatur. Cum ad quemdam virum prædiis Regiis præfectum divertissent, rogarunt, ut se ad Regionis illius Principem deduci juberet; quod ille facturum se recepit, & aliquot diebus hospites distinuit. Interim adverterunt Barbari, Religionem duorum Advenarum a cultu Deorum suorum esse alienam; quippe Psalmodiæ & Orationi jugiter incumbebant, & quotidie Sanctum Sacrificium Deo offerebant, portantes secum Vasa sacra, & Tabulam consecratam, quæ ipsis Altaris loco erat. Hic primo, quod sciam, Altare portatile memoratur. Barbari igitur veriti, ne, si Advenæ in conspectum Principis admitterentur, eum ad Christiana Sacra traducerent, & sensim tota Regio patriam Religionem abjicere cogeretur, hospites derepente invadunt, & truculenter necant. Et quidem Evaldum candidum gladio confoderunt, Evaldum

Bed. V. hist. c. 11.

Candidus & Niger Martyres.

Sæculum VII A. C. 696.

vero nigrum longis & horrendis tormentis interemerunt; qua crudelitate ad Regionis Principem delata, usque adeo ira accensus est, quod duo viri exteri ad alloquium suum non potuerint pervenire, ut missis satellitibus pagum flammis vastari & incolas internecione deleri jusserit. Martyrum corpora in Rhenum projecta, & luce prodigiosa, quam Interfectores suis oculis viderunt, manifesta. ta, Pipino jubente Coloniam honorifice translata sunt.

Mart. Rom. 5. Octob.

S. Willebrordum in illam quoque Frisiæ partem, in qua Radbodus imperabat, ad prædicandum Evangelium delatum, ille quidem honorifice excepit, sed Doctrinæ veritatem noluit agnoscere. Ergo S. Episcopus ad Danos migravit, ferociſſimum populum, cui tunc imperabat Ungendus, homo cunctis belluis truculentior. S. Virum tamen honore prosecutus est, at fidem prædicanti non adhibuit. Itaque, cum S. Willebrordus nihil se agere in illa Regione intelligeret, satis ei visum, inde triginta adolescentes secum abducere, & in Franciam redire. Veritus deinde, ne tam longo itinere aliquis eorum periret, in Fide eruditos baptizavit. In finibus Danorum & Frisonum, ad Albis Fluvii ostia, Insula erat, tunc a nomine illius Numinis, quod ibi colebatur, Fositea dicta. Hanc Insi-

vit. c. 9.

c. 10.

Sæculum VII
A. C. 696.

Infideles tanto tremore reverebantur, ut nec animalia, quæ in pinguibus paſcuis alebantur, capere, nec ullam vocem, cum ex fonte, quo Inſula irrigabatur, aquam haurirent, emittere auderent. Vir Sanctus tempeſtate in eam Inſulam conjectus, & triduo expectans ventum opportunum ibi commoratus, tres homines in illo temporis ſpatio baptizavit, & aliquot animalia juſſit occidi, quorum carnes cum ſuis comedit. Pagani expectatione ſuſpenſi non dubitabant, fore, ut qui ex his carnibus manducaverant, ſubito exanimes corruerent, aut ſaltem extrema rabie exagitarentur. Cum vero cernerent, nihil mali illis accidere, attoniti prodigium ad Ducem Radbodum deferunt. Ille, ut læſum Deorum ſuorum honorem vindicaret, pro antiqua Germanorum ſuperſtitione per dies tres ter ſuper S. Epiſcopum & Socios ejus ſortes mitti jubet; ceciditque ſors ſuper unicum, qui Martyrium paſſus eſt. Radbodus deinde accerſito Viro Sancto acerbe exprobravit, quod Deos ſuos contemneret, ſed Viri conſtantiam admiratus, eundem ad Pipinum honorifice remiſit. Itaque Sanctus Epiſcopus non ceſſavit Verbum Dei in Friſia Francica prædicare. Multa etiam de eo referuntur miracula; nam cum in Inſula, populi illius lingua *Walqueren* dicta, Idolum aliquod

c. 11.

Tac. de mor. Germ.

c. 14.

Sæculum VII A. C. 696.

aliquod comminúere vellet, vir, cui Dei illius custodia commissa erat, Sanctum Episcopum ense feriit in capite, nullo apparente vulneris vestigio, & illis, qui Sanctum Virum comitabantur, audax facinus percussoris morte punire volentibus, obstitit Episcopus, & ex eorum manibus hunc Deorum cultorem eripuit, quem nihilominus post triduum triste fatum abstulit. (*)

§. II.

(*) Die Anmerkungen unsers Protestanten werden immer elender und verworrener. Hier sagt er: Vermuthlich war er vorher unter den Händen seiner Ueberwältiger so zugerichtet worden ꝛc. Wer fraget nach dem Vermuthen eines solchen Uebersetzers. Ferner heißet es: Denn das Amt eines Predigers führte er (der heilige Willebrord) nicht auf eine apostolische Art. Wenigstens ist die Entführung der dreyßig schönen Kinder, eine That, die einem Apostel nicht geziemet, und er hätte vorlieb nehmen müssen, wenn ihn der grausame Ongenda mit einem Staupbesen begnadiget hätte. Jedoch er glaubte vielleicht, daß er GOtt einen Dienst damit leistete, und das vorhin beschriebene Toletanische *Concilium* hatte es ja für recht erkannt, den Juden ihre Kinder . . . wegzunehmen und zu Christen zu machen. Es ist gar nicht wahrscheinlich, daß der heilige Mann diese Kinder heimlich und wider den Willen ihrer Eltern habe aus

Sæculum VII
A. C. 696.

§. II.

S. Wulframus.

Sancti Willebrordi fama etiam S. Wulframum in Frisiam pertraxit, pii operis participem fieri cupientem. S. Wulframus in lucem editus erat Mauriliaci, quod hodie *Milly* dicunt, in agro Vastinensi, cujus Parens ejus Dominus fuit. Hos

c. 16. 17. & 11 vit. to. III. Act. SS. Be. p. 357.

---

aus dem Lande entführen können, und also rühret diese Muthmassung nur von der bösen Art zu Denken unsers Uebersetzers her.

Wir haben auch oben angemerket, daß dasjenige was in den Concilien in Spanien verordnet worden, mehr auf Befehl der Könige und der Großen als der Geistlichkeit geschehen sey, da doch der schmähsüchtige Uebersetzer alles nur den Katholischen Bischöffen zur Last legen will. Zu dem waren diese Juden einer Verrätherey wider das Vaterland überführet worden. Uebrigens lehret man in der Römischen Kirche nicht, daß man den Heyden ihre Kinder mit Gewalt nehmen soll, um sie zu taufen.

Allein unser Protestant verhöhnet alle Glaubensprediger, welche ihren Beruf von der Römischen Kirche und den Päbsten bekommen, und kann gleichwohl keine andere als solche durch alle Jahrhundert darstellen und namhaft machen. Folglich wenn die Papistischen Prediger nicht Apostolisch gewesen, so müßte Christus der HErr wegen der Fortpflanzung des Glaubens seiner Kirche schlecht vorgesehen haben.

Sæculum VII A.C. 696.

Hos Fundos anno 685. Monasterio Fontanellensi donavit. Tum defuncto Lamberto anno circiter 690. Archiepiscopus Senonensis electus, postquam hanc Ecclesiam aliquot annis rexisset, inspirante Deo ad suscipiendum in Frisiam iter, Verbi Divini prædicandi causa, animum adjecit. Primum Rothomagum profectus est ad S. Ansbertum, qui, olim Abbas Fontanellensis, adhucdum illius Congregationis Pater habebatur; inde evocatis quibusdam Monachis itineris & Prædicationis in Frisia sociis futuris S. Wulframus conscensa in portu ejusdem Monasterii navi ex Sequana in Oceanum delatus est. Cum oras Morinorum, *hodie* Flandriæ, præterveherentur, & hora Sacri Sacrificii offerendi adesset, jactis anchoris sistitur navigium. S. Episcopo Missam celebrante, cum ventum esset ad illum locum, ubi Diaconus Patenam Sacerdoti porrigit, eoque ad eam accipiendam manum extendente, Diaconus, nomine Vandon, Monachus Fontanellensis, cujus Monasterii postea Abbas fuit, ad ipsius pedes se demittens fassus est, quod Patena, quam erat abluturus, sibi paulo ante e manibus excidisset in mare. S. Wulframus flexis genibus oravit, tumque præcepit Diacono, ut in loco, in quo Patena cecidisset, manum aquæ immergeret; mox illa e fundo maris ascendens

Sup. L. XL. §. 35.

Diaco-

Diaconi digitis ultro inserta est. Præsentes omnes Deum laudarunt, & S. Episcopus Missam absolvit. Hæc Patena Fontanellæ asservatur, quam illi Monasterio, cum votum Monasticum emitteret, donavit; Item Calicem suum & Altare, quod in quatuor cornibus conseeratum & in medio Reliquias habens, quotiescunque iter faciebat, secum deferebat, eidem Monasterio dono reliquit. Sæculum VII A. C. 696.

Ubi in Frisiam appulit, benevolas Infidelium aures inveniens, multos convertit. Inter alios Radbodi Ducis filium baptizavit, qui, necdum deposita veste candida, mortuus est. Mos erat inter hos Barbaros, ut illum hominem in Deorum suorum honorem interficerent, quem sibi sacrum esse velle crudelia Numina missis sortibus indicassent. Cum una die Juvenis nomine Ovon ad mortem nefandam duceretur, rogabat Wulframus Ducem Radbodum, ut misero vitam servaret; jamque annuebat Dux, nisi obstitissent Idololatræ dicentes: *Si Christus tuus eum a morte liberare potest, tuus sit iste, quoad vixerit.* Viro Sancto conditionem acceptante suspenditur Ovon, & duabus horis e patibulo pependit. Interim orabat Sanctus, atque oratione completa, rumpitur funis, delabitur in terram Ovon, & compellan- S. Wulframus

te

Sæculum VII A. C. 696.

te S. Episcopo incolumis humo se erigit. Is fatebatur deinde, quod, cum penderet, somno oppressus, & cingulo S. Viti circa lumbos sustineri sibi visus fuerit. Is postea baptizatus, & in Monasterio Fontanellensi Monachus & Presbyter factus, ibi post obitum suum multos Titulos & Libros sua manu descriptos reliquit. Litteras enim pulcherrime efformabat.

§. 8. Multos præterea alios S. Wulframus e mortis faucibus eripuit. Quadam die sors cecidit in cujusdam viduæ filios, alterum septennem, & quinquennem alterum. Hi plusquam barbara sævitia maris undis tumulandi erant, nam diverso mortis genere miserandæ victimæ immolabantur. Ergo duo pueri in arena exponuntur, unde redeunte maris æstu in altum provolverentur. Jamque, aquis ascendentibus, major minorem fraterculum suis brachiis complexus fluctibus eripere adnitebatur, spectabantque ipse Dux & innumerabilis populi multitudo colluctantes cum undis miselos & innocentes nullo humanitatis sensu tacti. Tunc vero S. Wulframus Ducis lateri admotus pueros sibi dari rogavit. Respondit Dux: *Si Christus tuus eos morti eripere potest, tui sint.* Hoc responso accepto S. Episcopus preces ad Cælum fudit; & ecce! exæstuans mare locum, ubi pueri jam jam obruendi

di ſtabant, ſiccum reliquit. Proceſſit ad eos Vir Sanctus, utrumque manibus prehendens matri afflictæ reddidit, & baptizavit. Crediderunt S. Wulframum ſuper aquas ambulaſſe, & magna hominum multitudo ad Fidem converſa eſt. Sæculum VII A. C. 698.

§. III.

S. Ansberti obitus.

Sanctum Ansbertum Archiepiſcopum Rothomagenſem Adverſarii ſuſpectum reddere conabantur Pipino Principi, quod in lite de Regno dividendo inter ipſum & Optimates exorta Pipino non faviſſet. Id anno 692. contigiſſe credunt. Hinc Theodorico Rege fatis functo Pipinus S. Epiſcopum in Monaſterium Aumontenſe ad Sabim in Hannonia relegavit, ubi aſſidue jejunans & orans eximium virtutis exemplum Monachis præbuit, & ad ipſorum utilitatem non nullos Tractatus ſpirituales ſcripſit, qui non amplius extant. Cum vero ſciret, Pipinum a quibusdam ſolicitari, ut ſe in locum multo remotiorem proſcriberet, miſſo ad eum Hadulfo Aumontii Abbate, tam claris argumentis facta ſua purgavit, ut ei Pipinus ad Diœceſim ſuam redire conceſſerit. Ecce autem dum ad iter ſuſcipiendum omnia parat, mortem ſanctam oppetiit, anno Childeberti III. quarto, reparatæ ſalutis 698. Defuncti

vit. S. Ansb. to. 2. Act. Be.

Sæculum VII A. C. 698.

corpus, vestibus Pontificalibus, quibus indutus ad Altare procedere solebat, ornatum, & ad Monasterium Fontanellense revectum est. Ecclesia ejusdem Memoriam 9. Februarii honorat.

Mart. Rom. 9. Febr.

§. IV.

Concilia in Anglia.

In Anglia S. Britovaldus Archiepiscopus Cantuariensis aliqua celebravit Concilia. Primum est Concilium Becancel-denſe anno 694., cui Tobias Episcopus Rofensis cum Abbatibus & Abbatissis, Presbyteris, Diaconis, Optimatibus, & Vitredo Rege Cantii, interfuit. Promisit Rex se Libertatem & Immunitatem Ecclesiarum & Monasteriorum conservaturum, nec passurum, ut quisquam eorum Bona usurpet, aut Electiones Canonicas impediat. Profitetur etiam, quod regere Ecclesias, atque eligere & confirmare Episcopos, ad officium Episcopi Metropolitani pertineat. Alterum Concilium, cui S. Britovaldus præfuit, Bergamstedæ anno Regis Vitredi quinto id est Christi 697. celebratum. Adfuere Gybmundus Rofensis cum aliis Viris Ecclesiasticis & Rex comitantibus Satrapis. In illo Concilio viginti & octo Canones conditi, qui etiam Leges (*) dici possunt,

to. 6. Conc. p. 1356.

to. 6. Conc. p. 1377.

(*) His Canonibus præfixus est Titulus: *Hæc sunt Judicia Withredi Regis Cantuariorum.* Conc. Tom. III. p. 1812.

possunt, cum editi sint concurrente u- Sæculum VII
traque Potestate tam sæculari quam spi- A. C. 698.
rituali, & præter pœnas spirituales, e-
tiam mulctæ, aliæque pœnæ temporales
injungantur. Ceterum Sanctitas & Li- c. 1. 2. 3. 4 &c.
bertas Ecclesiarum conservatur. Pu-
niuntur Adulteri, illique, qui Die Do-
minica laborant, qui Dæmonibus sa-
crificant, qui in diebus Jejunii carnes
manducant. Præscribitur Formula præ-
standi juramentum, a cujus vero præ-
statione tam Episcopus quam Rex exi-
muntur.

§. V.

Sergii Obitus. Joannes VI. Papa.

Romæ Sergius Papa suis exhortationi-
bus reduxit ad unitatem Ecclesiæ
Archiepiscopum Aquilejensem & ejus
Episcopos Suffraganeos, qui in aliquo
Concilio habito ex ignorantia Concilium
quintum recipere recusabant. Multas *Paul. Diac. VI. hist. c. 14.*
reparavit, ornavitque Ecclesias. Præter
alia perfici jussit Thymiamaterium au-
reum majus cum columnis suis & oper-
culo, in quo, dum celebrabantur Missæ
solemnia, Diebus Festis Incensum cre-
mabatur. Corpus S. Leonis Papæ ex
abdito Secretarii Ecclesiæ S. Petri, ubi
latebat, tumba diligentius elaborata, in
loco publico dictæ Ecclesiæ reposuit. I-
dem Papa jussit, ut in Missa Agnus Dei

Sæcul. VIII. A. C. 701.

cantaretur illo temporis ſpatio, quo Hoſtiæ frangebantur, ad illud enim, ut diximus, aliqua morula opus erat. Præterea S. Sergius publicas preces inſtituit, juſſitque, ut populus a S. Adriano exiret, & ad S. Mariam procederet in quatuor Feſtis, nempe Annunciationis, Nativitatis S. Virginis, Dormitionis, id eſt, beatæ mortis, in Feſto S. Simeonis, quod Græci *Hypapanta*, id eſt, occurſus, & nos Virginis Purificationem appellamus. Inde videre eſt, quam antiqua conſuetudo ſit, hæc Feſta celebrandi. Item S. Sergius ad diverſa loca ordinavit Epiſcopos nonaginta ſeptem, & inter alios Damianum Archiepiſcopum Ravennatenſem. Una ordinatione Menſe Martio *creavit* Presbyteros octodecim & Diaconos quatuor. Sacram Sedem tenuit annis tredecim & novem ferme menſibus, ſepultusque eſt ad S. Petrum vigeſima octava Sept. anno 701. Indictione decima quinta, Tiberio Apſimaro regnante. Ex ejus Epitaphio diſpicimus, Sergium non ante fuiſſe receptum Papam, quam defuncto Theodoro ejus æmulo; item Roma fuiſſe pulſum, (*) & annis ſeptem exulem, interim

Sup. Lib. XXXVI. §. 15.

ap. Baro. an. 701. n. 9.

Sup. L. XL. §. 39.

(*) Pellitur Urbe Pater, pervadit Sacra Joannes,
Romuleosque greges diſſipat ipſe lupus.
Exul erat patria ſeptem volventibus annis,
Poſt populi multis urbe redit precibus.
Manlius.

interim Antipapa, cui nomen Joannes, Sacram Sedem occupante, Sergium deinde rediisse, populo vehementissime instante, atque consecratum & Sedi suæ restitutum Usurpatores secundum Canones excommunicasse. Sæcul. VIII. A.C. 701.

Sergio Papa defuncto, cum S. Sedes uno mense & viginti ferme diebus vacasset, electus est Joannes VI. Natione Græcus, qui annis tribus, duobus mensibus, & diebus duodecim sedit, imperante Tiberio. Unica Ordinatione Presbyteros novem, Diaconos duos, & per diversa loca Episcopos quindecim creavit. Ipso sedente Theophilactus Imperatori a cubiculis, Patricius, & Italiæ Exarchus, ex Sicilia Romam venit; qua re comperta, Milites totius Italiæ tumultuatim Romam convolant, Theophilacti perniciem molituri. Sed medium se dedit Pontifex, portas Civitatis clausit, Episcopos ad castra, ubi milites convenerant, misit, & hortatu suo paterno Seditionem coërcuit. Haud multo post tempore Gisulfus Longobardorum Dux Beneventanus Campaniam vastavit, nemine obsistente, rapinis & incendiis omnia miscens, multis in diram captivitatem abstractis. Tunc vero Pontifex missis Episcopis cum magna pecuniæ vi, ex Thesauris Ecclesiæ Romanæ exprom- *Anast.* *Id. & Paul. Diac. VI. hist. c. 27.*

Sæcul. VIII. A. C. 701. pta omnes captivos redemit, & Gisulfum copiasque ejus terga vertere coegit.

§. VI.

Monasteria, Farfense, & S. Vincentii.

Gisulfus, cujus hic meminimus, locum illum donavit, in quo deinde Monasterium S. Vincentii a tribus viris nobilibus Beneventanis, quorum nomina Paldon, Tason & Taton, ex duobus fratribus genitis, fundatum est. Eos Perfectionis Evangelicæ desiderium impulit, ut relicta patria & divitiis suis ad lucranda Galliæ Monasteria iter susciperent. Abeuntes parentibus dixerunt, se Romam ire; quo etiam primo se contulerunt, cum equis & servulis, quot viros præclara Stirpe ortos decebant, domo profecti. At Provinciæ suæ fines egressi, famulos & equos remiserunt, fingentes, se votum concepisse, quod soli & pedibus Romam ire vellent. Deinde vestibus pretiosis, quas gerebant, obvius quibusdam mendicabulis datis, ipsi eorum centonibus se contexerunt.

Act. SS. Ben. to. 3. p. 415.

Ad Monasterium Farfense in Regione Sabinorum pervenientes ab Abbate, cui nomen Thomas, magna Charitate excepti sunt. Is natione Gallus in Valle Maurienſi natus, postquam fuisset Presbyte-

ib. p. 285.

byter creatus, Jerosolymam profectionem suscepit, Sacra Loca visurus. Ibi tribus annis commoratus continuo Deum orabat, ut sibi Divinam suam voluntatem manifestaret. Tandem ipsi in somno objecta est Persona, miræ pulchritudinis panem manu tenens, & dicens: *accipe hunc panem, discede, & scito, eum tibi nunquam defuturum.* Igitur in Italiam reversus & in Regione Sabinorum subsistens, Faroaldi, Ducis Spoletani auxilio in loco, qui Auctianus dicebatur, Monasterium fundavit. Jam Sæculo sexto S. Laurentius Episcopus Spoletanus, cognomento Illuminator, quod quibusdam hominibus cœcis lumen reddidisset, in illo loco Monasterium Farfense extruxerat, ubi beato fine quievit. Ecclesia S. Virginis honori sacra erat; sed Thomas Monasterium desertum & Ecclesiam collapsam inveniens omnia restauravit, atque exinde istud Monasterium admodum opulentum & celeberrimum extitit; dicunt, Ecclesias ultra sexcentas eidem fuisse subjectas. Ceterum hæc Fundatio a plerisque ad annum 680. refertur, Thomas vero, postquam ibi annis triginta quinque præfuisset, anno 715. decimo Dec. e vita migravit.

Sæcul. VIII. A. C. 701.

Act. to. I. p. 131.

Talis ergo fuit venerabilis Thomas, qui tres Agnatos Paldonem, Tasonem, & Tatonem ad se divertentes excepit. Cum

Sæcul. VIII. A. C. 701.

eis pedes lavaret secundum Monastici Instituti, consuetudinem, notavit, delicata esse hospitum corpora, judicavitque, alios esse, ac vestium paupertas indicabat. Mox cognito eorum proposito, volentes Romam comitatus est, & ad suum reduxit Monasterium, ut, priusquam ad exteras Provincias proficiscerentur, in Disciplina Monastica instituerentur. Parentes filiorum fuga afflicti, Farfam eos quæsitum venerunt, compellitque Abbas juvenes, ut de se solicitis colloquerentur. Illi a proposito dimoveri non potuerunt, persuasit tamen Thomas, ne ex Italia excederent, & in vicinia locum, quo commode sedem figere possent, ostendit. Locus iste erat Sacellum S. Vincentii in ripa Vulturni mille passus a fonte, ex quo fluvius scaturiebat, positum. Ad utramque fluvii ripam Silvæ porrigebantur, latronum latibula. *In loco hoc*, dicebat Abbas: *tutam peregrinantibus viam præstabitis, & dabitis terræ, Deo adjuvante, fertilitatem.* Ipse Abbas ad Ducem Gisulfum se conferens obtinuit, ut ad extruendum Monasterium locum donaret, & tres fratres patrueles illuc abierunt nihil omnino secum habentes; sed eadem nocte vir ignotus farinam & vinum attulit. Paldon hujus Monasterii ad S. Vincentium prope Vulturni fontem, posteriori tem-

tempore celeberrimi, primus Abbas constitutus est. Hæc fundatio anno 703. facta creditur, atque Paldon, cum novellam Congregationem annis septendecim rexisset, anno 720. Gregorio II. Pontifice, die undecima Octobr. obdormivit in pace. Sæcul. VIII. A. C. 701.

§. VII.

Vitiza Rex Hispaniæ.

In Hispania, Egica Rege mortuo, Vitiza filius, jam antea in Regni societatem adscitus, æra 739. id est anno Salutis 701. successit, regnavitque annis novendecim. Is in Ecclesia S. Petri prope Toletum ab Episcopis & Optimatibus ad res in Regno suo componendas jussit haberi Concilium, cujus vero nec Acta nec Canones supersunt. Hoc fuit decimum octavum & Toletanum ultimum. Vitiza sub auspicia Regni magnæ clementiæ dedit specimina, exules revocans, & populorum necessitatem sublevans; at brevi post deseruit Justitiæ limites, in omnem vitæ licentiam effusus. Plures simul habebat uxores, & plures insuper Concubinas. Proceres Regis exemplum paulo post, & deinde etiam populus, ipsique Clerici secuti sunt. *Roder. l. II. c. 15. Isidor. Pacens. p. 10. 11.*

Gundericus illa ætate Sedem Archiepiscopalem Toletanam tenebat, Vir Sanctitate & miraculis illustrissimus. Ei suc-

Sæcul. VIII. A. C. 703.

cessit Sinderedus, qui zelo, præter prudentiæ regulas animatus, Viros Ecclesiasticos ætate & moribus venerabiles acerbe habuit, instigante Vitiza, qui virorum istorum sibi in faciem resistentium, & crimina exprobrantium Sanctitatem non ferebat. Cum eos igitur Archiepiscopus suus contra æquitatem persequeretur, ad Papam appellarunt. Verum Vitiza, veritus, ne proborum Virorum Auctoritas populos a se averteret, ut subditis suis adularetur, non permisit modo, sed etiam præcepit omnibus Clericis, ut uxores acciperent, pellices, quot luberet, publice haberent, vetuitque, ne Romanorum Constitutionibus, quibus pudenda commercia prohibebantur, morem gererent. Hæc data a Rege Licentia ingentem morum dissolutionem in omnibus hominum ordinibus post se traxit. Tandem Vitiza Archiepiscopatum Toletanum Oppæ fratri suo, qui jam ante Archiepiscopus Hispalensis erat, dupliciter Canones violans, contulit, Judæos in Hispaniam revocavit, & majoribus privilegiis Synagogas, quam Christianorum Ecclesias donavit.

c. 16.

c. 17.

§. VIII.

Concilium Nestrefieldense.

In Anglia anno 703. Rex Alfridus Concilium Nestrefieldam, locum quinque Leucis

Leucis a Monasterio Riponensi situm, convocavit, cui ferme omnes Britanniæ Episcopi interfuerunt, Berthualdo Archiepiscopo Cantuariensi Præside. S. Wilfridus invitatus est, ut se Concilio sisteret, eique promissum, causam ipsius secundum Canones esse decidendam. Venit ille, sed Patres, quod promiserant, non præstiterunt; nam Episcopi & Abbates, qui Bona & Possessiones ejus Monasterii usurpaverant, Regis Præsidio freti, magna contentione excitata Virum Sanctum cogere volebant, ut Decretis Theodori Archiepiscopi se submitteret. S. Wilfridus humiliter respondit, omnia se velle obedientissime facturum, quæ Canones præciperent. Sæcul. VIII. A. C. 703. *vit. per Eddi c. 44. Sup. XL. §. 46.*

Postea Vir Sanctus iisdem gravi oratione mentis pertinaciam exprobravit, quæsivitque, qua fronte Decreta Theodori, lite fervente facta, Decretis Agathonis, Benedicti, & Sergii Romanorum Pontificum præferre auderent. Ipsi nihil, quod æquitate niteretur respondebant. Sed aliquis Procerum, a puero cum Rege educatus, illius tabernaculo furtim egressus, ad S. Wilfridum se contulit (nam Concilium istud in campo, ubi castra metati fuerunt, agebatur) & S. Episcopo indicium fecit, Adversarios ipsius istud jam agere, ut eum ad subscribendas litteras insidiose compellerent, quas

Sæcul. VIII. A. C. 703.

quas deinde cum revocare non posset, ei Bona omnia tam in Nordhumbria quam in Regione Merciorum eriperent. Vera iste attulerat, quippe institerunt, ut subscriberet, quod Rex & Archiepiscopus decreverant, verumtamen etiam inimicis videbatur, æquum non esse, ut vir celeberrimus omnibus Bonis suis privaretur, nullius culpæ reus. Ergo putabant, concedendum ipsi esse Monasterium suum Riponense, ea conditione, ut sine expressa Regis licentia inde non exiret, & ab omni munere Episcopali abstineret. S. Wilfridus voce elata constanter respondit: *Cur ad extremam necessitatem compellere vultis, ut me ipsum meo judicio condemnem? nonne id faciendo scandalum præberem omnibus, qui sciunt, me ab annis jam quadraginta, etsi indignum, nomen Episcopi gerere? post obitum magnorum Virorum, quos S. Gregorius huc misit, ego omnium primus errorem Hibernorum extinxi, totam Nationem Nordhumbrorum ad observandum Paschæ tempore congruo, & ad gerendam Tonsuram coronæ in modum, ego adduxi, Responsoria, & cantus alternos docui, vitam Monasticam secundum S. Benedicti Regulam, quam ante me nemo attulerat, ego invexi. Quod vero ad hanc causam, quam hodie adversus me movetis, spectat, audacter ad Sedem Apostolicam appello, & unum-*

unumquemque ex vobis, qui deponere me vult, provoco, ut mecum illuc eat. Ibi ambo judicium experiamur. Archiepiscopus & Rex dixerunt: *vel hoc solo reum se probat, quod Romanorum Judicium nostro anteponat.* Volebatque Rex armatorum vi S. Virum ad obediendum cogere, nisi Episcopi in memoriam Principi reduxissent, quod fidem dedisset, eum incolumem futurum. Itaque soluto Concilio S. Wilfridus libere ad Ethelredum Merciorum Regem rediit. S. Viri inimici Monachos Riponenses excommunicatos pronunciarunt, & si de populo aliquis illis Monachis carnes signo crucis benedicendas obtulerat, religiose projiciebantur, ac si falsis Diis oblatæ fuissent. Sæcul. VIII. A. C. 703. c. 45.

§. IX.

S. Wilfridus Romæ absolutus.

Itaque S. Wilfridus cum quibusdam suorum in Italiam trajecit, & Romam contendit, ubi in conspectum Joannis VI. admissus, flexis genibus petiit, ut Libellum suum reciperet, dicens, non se venisse, ut quemquam accusaret, sed ut se contra illos, qui ipsum accusaturi essent, tueretur. Papa & Clerici Romani hospites omni Charitatis officio susceperunt, dumque S. Sedis Responsum expectant, adsunt Legati Berthualdi Archiepiscopi Cantuarienſis, afferentes Libellum accusatio- c. 47.

Sæcul. VIII. A. C. 703.

sationis contra S. Wilfridum. (*) Cum Papa multos Episcopos & Clericos suos ad Synodum convocasset, S. Wilfridus intravit, & lectus est Libellus supplex ab ipso traditus, quo postulabat, ut Decreta Agathonis Papæ, Successorumque illius Benedicti & Sergii executioni mandarentur. In illis statuebatur, ut Episcopatum suum Eboracensem, & Monasteria sua in Regnis Nordhumbriæ & Merciæ servaret. Promittebat, de cetero se Archiepiscopum Cantuariensem omni veneratione juxta Canones prosecuturum.

c. 48.

c. 49. Hoc Libello perlecto ipse dimittitur, & Legati Archiepiscopi Berthualdi intrare jubentur, qui Accusationis capita exposuerunt. Promisit Concilium, utriusque Partis Argumenta accurate examinanda fore.

c. 50. Tum simul omnes ingredi jubentur, stetitque S. Wilfridus cum Presbyteris &

(*) Ex his contra Protestantes probatur, tunc in Anglica sicut in omnibus aliis Ecclesiis Auctoritatem & Jurisdictionem Summi Pontificis fuisse receptam. Ubi ergo tunc erant Ecclesiæ Protestantes? Hæc interrogatio, ut supra ex Præfatione D. Mosheim vidimus, Homines ab Ecclesiæ Romanæ Communione separatos usque adeo perturbat, ut variorum temporum Hæreticos in auxilium advocent, & in suam Communionem recipiant.

& Diaconis viæ comitibus ex una parte, & ex adversa Berthualdi Archiepiscopi Legati, qui dixerunt; Wilfridum Episcopum in publico Concilio Decreta Episcopi Cantuarienſis, a Sancta Sede super omnes Ecclesias Britanniæ positi, contemptui habuisse. Surrexit S. Wilfridus, & venerabili Viri canitie loquentis Auctoritatem commendante dixit: *Cum in Concilio essem, miserunt ad me Episcopum, qui interrogavit, an vellem me Archiepiscopi judicio submittere. Respondi: necessarium esse, ut prius scirem, quale hoc judicium sit. Ille iterum; id Archiepiscopum nolle edicere, priusquam datis litteris promisissem, me velle morem gerere. Quamquam valde absurdum esset, quod a me petebatur, dixi tamen, obedientem me habiturum Archiepiscopum, in tantum, in quantum ejus Judicium Canonibus, atque Agathonis Papæ & Successorum ejus Conciliis futurum esset consentaneum.* Sæcul. VIII. A. C. 704.

Audito hoc Responso Concilium Romanum declaravit, Wilfridum Episcopum Canonice Causam dixisse. Mox Episcopi præsentes subridere, Græce loqui, & aliqua inter se conferre, quæ Angli non intelligebant. Tandem dixerunt: *Scitis, Fratres nostri! quod Canones statuant, illum, qui primum Accusationis articulum non probat, ad probanda alia non esse admittendum. Nihilominus ob Reverentiam*

Sæcul. VIII. A. C. 704.

rentiam Archiepiſcopi & Epiſcopi Wilfridi ſingulos Articulos examinabimus. Ita Partes tunc dimiſſæ; poſtea vero ſpatio quatuor Menſium Romani ſeptuaginta Seſſiones celebrarunt. In iis S. Wilfridus abſolutus, & deinde Acta Concilii elata voce coram populo, ut mos Romanorum ferebat, lecta ſunt. Qui S. Wilfridum Agathonis Papæ tempore viderant, eundem jam cognoſcebant, & indignantes mirabantur, quod denuo accuſaretur. Demum Joannes Papa eum abſolutum dimiſit ad ſua, datisque epiſtolis ad duos Reges, Ethelredum Merciorum, & Alfridum Nordhumbrorum in eum modum loquebatur: *Admonemus Bertbualdum Epiſcopum Cantuarienſem, ut cum Wilfrido Epiſcopo Synodum congreget, Epiſcopos quoque Bozam & Joannem vocet, & poſtquam eos audierit, cauſam in ſuo Concilio, ſi poſſit, deſiniat, ſi non poſſit, ad Sacram Sedem remittat, in ampliore Concilio judicandos. Qui venire recuſaverit, non ſolum a Communione Epiſcoporum, ſed etiam omnium Fidelium ejiciatur.* Tum Papa duos Reges exhortatur, ut iſtud Decretum effectui dari curent. Boda in Sedem Eboracenſem pro S. Wilfrido, & Joannes in Sedem Haguſtaldenſem pro Eata, Theodori Archiepiſcopi Auctoritate intruſi fuerant.

c. 51.

c. 52.

S. Wil-

S. Wilfridus impetrata Sententia sibi favente, Romæ permanere, & ætate jam inclinata ab omnibus Mundi negotiis liber ibi vitam claudere cupiebat, sed Papa & totum ejus Concilium in virtute obedientiæ, quam promiserat, S. Viro præceperunt, ut in Angliam, populorum solatium & amicorum gaudium futurus, reverteretur. Roma discedens Reliquias, pannosque ex Purpura & Serico ad ornandas Ecclesias, asportavit, sed in Galliam revectum gravis morbus corripuit. c. 53. Igitur cum equi jactationem ultra ferre non posset, in lectica Meldas delatus est, quo pene ad extrema redactus pervenit. Cum ibi quatriduo jacuisset, quin ullum alimentum posset capere, apparuit ei S. Michael, eique promisit, adhuc annis c. 54. quatuor superstitem futurum. Vera nunciasse Angelum, eventus docuit; nam post lapsum paucorum dierum S. Wilfridus convaluit, & prosperis ventis in Angliam appulsus est. Sæcul. VIII. A. C. 704.

§. X.

S. Adamnanus Abbas.

Sub illud tempus Rex Alfridus S. Adamnanum Presbyterum & Abbatem Hyanum, suæ Nationis, id est, Hibernorum, Legatione fungentem, excepit. Cum in Nordhumbria moraretur, nactus est occasionem observandi Ecclesiæ Anglicanæ con-

Sæcul. VIII. A. C. 704.

consuetudines, virique doctissimi Hospitem hortabantur, ut eas amplecteretur; quod essent Ritus Ecclesiæ universalis; utique opinioni Hibernorum, paucorum hominum, & in extremo orbis angulo habitantium, anteponendi. Præsertim S. Ceolfridus Abbas Viromuthensis, cujus Monasterium Adamnanus invisit, cum virum sapientem, humilem & piissimum experiretur, ei persuadere aggressus est, ut patriæ morem abjiceret. Dicebat de Tonsura Clericali: *Frater mi! tu, qui Coronam immortalem speras, cur Coronam imperfectam in capite præfers? si S. Petri societatem quæris, cur illius Tonsuram servas, cui Petrus Anathema dixit?* Adamnanus respondit: *Scias velim, Frater! me, etiamsi Simonis Tonsuram habeam, nihilominus ejusdem errores abominari.* Tandem, cum esset virtutis amans, & in Scripturis versatus, victas manus dedit, & quæ in Anglia didicit, patriæ suæ consuetudini præhabuit.

Bed. V. hist. c. 16.
ibid. c. 22.

Is in tribus Libris vitam S. Columbani, primi Abbatis Hyani, qui a Magno S. Columbano discerni debet, scripsit. Præterea Descriptionem Locorum Sanctorum Jerosolymæ concinnavit ex commentario Episcopi cujusdam Galli nomine Arculphi, qui iter Jerosolymam susceperat. Habemus utrumque opus, in quorum altero meminit alicujus Ecclesiæ in

Bed. V. hist. c. 16. Sup. l. XXXIV. §. 15.

10. 4. Act. SS. Ben. p. 502.

in Valle Josaphat, ubi Sepulchrum Sanctæ Virginis monstrabatur, *sed*, inquit, *nescitur, quo tempore, a quo, vel quomodo ejus Corpus ablatum fuerit, vel in quo loco Resurrectionem expectet.* (*) Ergo jam illa ætate S. Virgo Jerosolymæ obiisse credebatur, sicut infra Adamnanus expressis verbis notat, sed necdum credebatur resuscitata. Idem Auctor scribit, in illo loco deserti, in quo S. Joannes degebat, locustas fuisse inventas, quibus, in oleo coctis, accolæ pauperes vescebantur; item arbores, quarum folia lata & longa colorem lactis & mellis saporem habebant. Dicit, illud ipsum esse, quod in Evangelio mel sylvestre appellatur. Arculphus etiam Constantinopoli fuerat, narratque, ibi veram Crucem fuisse asservatam, & in triduo Majoris Hebdomadæ solemni ritu fuisse populo ostensam.

Sæcul. VIII. A. C. 704.

Sepulchrum Sanctæ Virginis.

c. 18. L. II. c. 23.

Matth. 3. 4. Lib. III. 3.

(*) Huic Adamnani dubio, & Fleurii Reflexioni opponitur, quod S. Joannes Damascenus scribit orat. 2. de Dormit. Deip. post triduum, tumulo aperto, Corpus Beatissimæ Virginis non fuisse inventum. Ceterum R. P. Boucher O. S. Franc. in suo itinere ad plagas Orientales scribit, se in Sacello hujus S. Sepulchri incruentum Deo Sacrificium obtulisse, atque tectum Sacelli, in majore Ecclesia positi, quindecim pedes longum, quatuordecim latum, & novem altum esse testatur.

Sæcul. VIII. A. C. 705.

sam. S. Adamnanus hunc librum Regi Alfrido dedit, qui eum donis cumulatum dimisit.

Ad sua reversus, Fratribus Monasterii sui Hyani, & omnibus, qui huic Monasterio subjiciebantur, frustra conatus est persuadere, ut morem Ecclesiæ reciperent; in Hiberniam deinde delatus ceteros ferme omnes suo hortatu, quem inprimis modestia commendabat, eo adduxit, ut veterem consuetudinem dimitterent. Paschate cum illis secundum Ritum totius Ecclesiæ celebrato ad insulam suam rediit, rursusque suos Monachos instantissime hortatus, ut mentem mutarent, nihil ab obstinatis impetravit. Obiit Vir Sanctus vigesimo tertio Sept. ejusdem anni, qui septingentesimus quintus fuisse creditur.

§. XI.

Justinianus Imperator restituitur.

Hoc anno Justinianus Imperator Solium denuo conscendit. Cum mare trajiceret, a Bulgaris opem flagitaturus, sæva incumbente tempestate, sociorum aliquis in tanto periculo suggessit consilium: *Fac Deo votum; si tibi Imperium reddiderit, nullam te vindictam contra inimicos tuos susceptum.* Justinianus ira commotus respondit: *Cœlum me perdat, si vel uni eorum pepercero.*

Theoph. an. Asp. p. 312. S. Niceph. p. 27.

cero! Bulgarorum copiis auctus Constantinopolim venit, per Aquæ ductum furtim intromissus portas & aditus occupavit. Tiberius Apsimarus e fuga retractus, jubente Justiniano vinctus catenis per urbem raptatur cum Leontio Antecessore suo. Ita acerbe delusos in Circum duci præcipit; prosternuntur ante Sedem ipsius, eorumque colla, dum equi excurrunt, spatio circiter horæ unius sedens pedibus suis premit, acclamante populo: *super aspidem & Basiliscum ambulasti, & conculcasti Leonem & Draconem.* Tum illi, quibus a Justiniano imperatum erat, ambobus capita amputant. Apsimarus septem annis regnaverat, & Justinianus postliminio restitutus sex annis sceptrum tenuit. Callinicum Patriarcham Constantinopolitanum effossis oculis in exilium misit, quod famam suam, cum coronaretur Leontius, proscripsisset. Tum in Sedem ejus Cyrum prius in Insula Amastri Anachoretam, qui sibi iter facienti, & in illam Insulam delato Imperium secundo capessendum vaticinatus, evexit.

Sæcul. VIII. A. C. 705.

Psalm. 90.

Sup. §. 7.

§. XII.

Abdelmelici Mors. Ovalidus Califa.

Eodem anno 705. Hegiræ octogesimo, Califa Abdelmelico fatis functo, filius ejus Oulitus, seu Ovalidus successit.

Theoph. §. 7. p. 312. Elm. c. 13. p. 70.

Sæcul. VIII. C. 705.

Abdelmelico regnante Jacobitæ, Simone defuncto, quemdam nomine Alexandrum Patriarcham Alexandrinum crearunt, anno Diocletiani 420. JEsu Christi 724. qui Sedem supra annos viginti tempore magnæ persecutionis tenuit; nam bis Tributum trium *Dinars* (ita nempe Arabes Solidum aureum Romanorum appellabant) dare coactus est. Califa Ovalidus Ægypti Præfecturam dederat Abdelazizio fratri suo, qui jussit, ut omnes Monachi describerentur, & in singula capita Solidum penderent. Hæc prima exactio fuit, cui Monachi se subjicere compulsi sunt. Ovalidus Damasci Regni sui Sede Delubrum Mahometanum magnifici operis ædificaturus, ut amplior locus esset, magnam Christianorum Ecclesiam S. Joanni Sacram destruxit. Fertur Christianis quadraginta Solidorum millia pro ea obtulisse, ipsisque recusantibus, occupatam nullo dato pretio dejecisse.

Icle 12 p. 68. Chr. Orient. p. 104.

Sup. lib. 40. §. 54.

Elmac. c. 15. p. 71. Theoph. p. 314.

§. XIII.

Joannis VI. obitus. Joannes VII. & Sisinnius Papæ.

Anast. V. Papebr. con.

Justinianus Imperator Regno recuperato nihil antiquius habuit, quam Concilium in Trullo Romam mittere a Joanne Papa septimo, qui tunc S. Sedem tenebat, confirmandum. Nam Joanne VI. sub

sub initium hujus anni 705. defuncto, cum Sacra Sedes uno mense & diebus octodecim vacasset, ordinatus fuerat Joannes VII. Natione Græcus, (*) Platonis filius, pro temporum illorum ratione doctus & facundus, qui S. Sedem tenuit annis duobus, mensibus septem, & diebus septendecim, Tiberio & Justiniano Imperatoribus. Idem Justinianus Imperator duos Metropolitas cum duobus Tomis Concilii in Trullo & Epistola ad Joannem Papam misit, obtestans, ut con-

Sæcul. VIII. A. C. 705.

(*) Cardinalis Baronius opportune Adnotationem apponit in hunc modum: *Alia via studuerunt* (Græci) *eidem Romanæ Ecclesiæ dominari: agentes nimirum, ut in Collegium S. Rom. Eccles. Cardinalium adlegerentur Orientales, qui etiam opera Exarchorum adnitente, crearentur Romani Pontifices. Hinc videas post Benedictum Pontificem Joannem V., Syrum natione, creatum Successorem, deinde Cononem Thracem, postea Sergium Syrum, Joannem deinde Græcum pariter ordine Sextum dictum, inde hunc Joannem VII. itidem Græcum, postea Sisinnium Syrum, & post eum Constantinum pariter Syrum, itidemque Gregorium III. Syrum etiam, nec non post eum Zachariam Græcum: ut appareat inter hos annos vix unum Gregorium II. intercalatum Romanum natione Pontificem.* Nihilominus hi Pontifices adversus omnes conatus Orientalium strenue steterunt.

Sæcul. VIII. A. C. 705.

vocato Concilio, quæcunque ei viderentur, ſtabiliret, & reliqua rejiceret. Sed Joannes Papa humana fragilitate timidus, & veritus, ne iratum ſibi Imperatorem haberet, Tomos non emendatos remiſit. (*)

Paul. Diac. VI. hiſt. c. 28.

Joanne VII. ſedente Aripertus Rex Longobardorum S. Petri Eccleſiæ Patrimonium Alpium Cottiarum, (hodie Genebra & Ceniſius montes) jam diu ab illa natione ademptum reſtituit, atque Donationis Acta litteris aureis exarata. Idem Papa multas reparavit Eccleſias, & inter alias Eccleſiam S. Virginis, quæ antiqua dicebatur, & ubi ſedem ſuam, quoad vixit, elegit. Diverſas quoque Eccleſias imaginibus, & una *icone*, in qua ipſe Pontifex repræſentabatur, decoravit. Calicem aureum librarum viginti

(*) Hic iterum appoſite Baronius: *Verum etſi juſta hæc eſſe petitio videretur, tamen quod non deceret Majeſtatem Apoſtolicæ Sedis ne quid minimum comprobare, quod non in legitima Synodo ſancitum eſſet, eos Joannes nec ex parte voluit comprobaſſe. Cæterum, quod ab eo fieri expectabatur, neque voluit condemnare, ne commoveret animum Imperatoris.* Et infra: *Etenim ſi recepti fuiſſent* (Concilii in Trullo Canones) *haud opus fuiſſet Juſtiniano Imperatori vocare ob eam cauſam Conſtantinopolim* (ut dicemus) *Conſtantinum Pontificem.*

ginti, seu triginta marcarum, fabricari jussit. Ordinavit per diversa loca Episcopos octodecim, sepultusque est in Oratorio S. Virginis, quod extruxerat, & picturis Musivi operis multa impensa pecunia ornaverat. Tumulo illatus est decimo quinto Cal. Nov. Indictione sexta, Justiniano Principe, id est, decimo octavo Octobr. anno 707. vacavitque Sacra Sedes mensibus tribus. Quo intervallo elapso ordinatus est Sisinnius natione Syrus. Is, licet esset podagra usque adeo debilitatus, ut ne quidem manum ori admovere posset, constante tamen erat animo, & tam tenero in populum suum amore, ut muros Urbis Romanæ restaurare aggrederetur. Verum Sacram Sedem non ultra dies viginti tenuit, subita morte defunctus. Episcopum unum pro Insula Creta ordinaverat. Sepultus est ad S. Petrum septimo Febr. Indictione sexta, regnante Justiniano, id est, anno Salutis 708. vacavitque Sacra Sedes mense uno & diebus novendecim. Sæcul. VIII. A. C. 707.

§. XIV.

S. Bonetus Claromontanus.

Sub idem ferme tempus S. Bonetus Episcopus Claromontanus Romam venit. Is Claromontii Arverniæ Metropoli e genere Senatorio in lucem editus, cum au-

Sæcul. VIII. A. C. 708.

Act. SS. Ben. to. 3. p. 90.

Sup. lib. XXXIX. §. 50.

lam Sigeberti III. Regis Auſtraſiæ adiiſſet, primum Regi a poculis, & deinde ab epiſtolis, ſeu Cancellarius, fuit. Acceptа poſtea a Rege Childerico, Sigeberti nepote, Maſſiliæ & Provinciæ Præfectura, omnes optimi Chriſtiani partes implebat, captivos redimebat, jejunio & orationi deditus, inimicos reconciliabat. Frater ejus Avitus II. in hac Sede Sancto Præjecto anno 674. ſucceſſerat, quam annis ferme quindecim rexiſſet, & obitum ſuum ex certis indiciis haud procul abeſſe ominaretur, Bonetum Succeſſorem ſuum conſentiente ſua Eccleſia deſignavit. Agebatur tunc annus 688. juſſitque Pipinus Major Domus, qui Franciam ſub Theodorico Rege moderabatur, conſenſum ſuum & litteras neceſſarias Boneto tradi. Itaque Epiſcopus Claromontanus ordinatur. Tunc vero jejunia ita geminavit, ut non nunquam per duos tresve aut etiam quatuor dies nihil cibi caperet. Vigilias, lectionem, ſilentium, ſolitudinem amabat, præſertim in Quadrageſima. Largiſſimis lacrymis diffluens cucullum madefaciebat, hoſpites liberaliter excipiebat, eleemoſynis pauperum inopiam ſublevabat, &, cum Presbyteris ſuis frequenter conferens, eos Canones edocebat.

S. Bonetus anxie deinde perpendere cœpit, quod Fratri ſuo viventi in Epiſcopatu

patu succeſſiſſet, timuitque ne illegitime fuiſſet ordinatus; hinc ad Monaſterium Soliniacenſe prope Limovicum ſe contulit, hac ſuper re conſulturus S. Tillonem S. Eligii Diſcipulum, qui ei ſuaſit, ut abdicaret ſe Epiſcopatu, quem contra Canones ſuſcepiſſet. Ipſe obediit, & pro ſe Nadobertum, conſentiente Rege, ordinari curavit. Exinde S. Bonetus ſeceſſit ad Abbatiam Magni loci, quæ a viro Eccleſiaſtico, nomine Magno, qui illuc S. Sebaſtiani Reliquias, id eſt ex ejus Sepulchro pulverem, attulerat, dicebatur; quippe S. Geneſius Epiſcopus Claromontanus ibi anno circiter 656. in propriis agris fundaverat Monaſterium, quod hodieque exiſtit, cujusque Abbas primus Evodius ab eo conſtitutus eſt. Illo igitur S. Bonetus ſe recepit, & circa annum 699. habitum Monaſticum induit. Interim cum Hæreſes Novatiani & Joviniani in Diœceſi Claromontana caput attollere viderentur, Monachi Magni loci edita in publicum Epiſtola antiqua monſtra perdomuerunt; S. Bonetus vero, in illo Monaſterio per annum ferme verſatus, Romam profectus eſt, SS. Apoſtolorum limina veneraturus, omnibus Bonis ſuis prius in Eccleſias & Monaſteria diſtributis. Cum Lugdunum perveniſſet, effecit, ut Archiepiſcopus & Dux Burgundiæ reconciliarentur. Tum in Monaſte-

Sæcul. VIII. A.C. 708.

Act. SS. Ben. to. 5. p. 401.

Sæcul. VIII. A. C. 708.

nasterio Insulæ Barbaræ aliquamdiu moratus, etiam Agalienſe inviſit. Ubi Italiæ fines attigit, Hoſpitem perbenigne excepit Aripertus Longobardorum Rex, qui cum cauſam ſuam precibus Viri Sancti commendaſſet, victoriam de Rege juvene Lichtberto reportavit. Quod anno 705. contigit. Tandem S. Bonetus urbem intravit, & Sanctis Eccleſiis viſitatis multos captivos pretio redemptos reduxit. Plurimas in eo itinere diſperſit eleemoſynas, & miraculis claruit. Ex Italia reverſus, & Lugduni annis quatuor commoratus ibidem anno circiter 709. migravit e corpore. Reliquiæ ejus Claromontium translatæ, ejusdem memoriam Eccleſia decimo quinto Jan. colit.

Paul. Diac. VI. hiſt. c. 19.

Martyr. R. 15. Jan.

§. XV.

S. Tetricus Antiſſiodorenſis.

Eodem ferme tempore obiit S. Tetricus Epiſcopus Antiſſiodorenſis, qui circa annum 695. Scobilioni ſucceſſit, & hanc Sedem annis quindecim tenuit. Antea Abbas Monaſterii S. Germani fuerat, namque quatuordecim Monachi, quos inter ſex Abbates fuere, ad Antiſſiodorenſem Præſulatum evecti numerantur. S. Tetricus primo Pontificatus ſui anno congregata Synodo rationem & modum præſcripſit, quo Abbates & Archipresbyteri diverſarum Eccleſiarum illius Diœceſis

tom. 3. Act. Ben. p. 101. it. to. 1. Bibl. nov. p. 427. hiſt. Epiſc. Antiſſ. c. 24.

cesis in Ecclesiam Cathedralem ad peragendum ibi Officium Divinum venirent. Unde credendum, Clericorum Cathedralium numerum non fuisse ad hæc munera subeunda sufficientem. Prima Januarii Septimana ordo tangebat Monachos S. Germani, secunda Clericos S. Amatrii, tertia S. Petri, quarta S. Juliani, & sic de ceteris, singulis mensibus adnotatis, præterquam mense Septembri, quo forte vacatio ob vindemiæ tempus concedebatur. Oeconomus Ecclesiæ his Clericis per suam septimanam Distributiones necessarias præbebat, & qui sero veniebant, aut oscitanter officio vacabant per dies quadraginta vino privabantur. Si Vicedominus vel Cellerarius ea, quæ debebat, non suppeditasset, in Monasterio ad agendam pœnitentiam in pane & aqua sex mensibus includebatur. Vicedominus Domum Episcopi speciatim regebat; at Oeconomus omnia Ecclesiæ Bona administrabat. Sæculo superiore S. Aunacarius Episcopus Antissiodorensis Statuta his non absimilia sanciviſſe legitur. S. Tetricus dormiens ab Archidiacono suo, cui nomen Regenfredus, oppressus est die octavo Martii, atque inter Sanctos Martyres colitur. Post ejus necem Sedes Antissiodorensis annis tribus vacavit.

Sæcul. VIII. A. C. 708.

Sup. lib. XXXIV. §. 51. hist. Episc. c. 19.

§. XVI.

Sæcul. VIII. A. C. 708.

§. XVI.

S. Lamberti Obitus.

Act. SS. Ben. to. 3. p. 72. Sup. lib. XXXIX. §. 50. l. XL. §. 9.

Tantæ audaciæ facinus sine dubio ad illam calamitatem pertinet, qua tota Francia sub pigris Regibus laborabat, atque exemplum aliud isto atrocius S. Lamberti cædes exhibet. Is cum annis septem Sede sua Trajectensi pulsus in Monasterio Stabulensi versatus fuisset, & Ebroinum fata sustuliissent, Pipinus arrepta occasione Faramundum Sedis Trajectensis usurpatorem ejecit, & S. Lambertum ad totius Cleri, populique preces reduxit. Igitur Vir Sanctus denuo maximo zelo boni Pastoris muneri incubuit, Gentiles, qui adhuc dum in Toxandria, Regione Ecclesiæ Trajectensi vicina, falsos Deos colebant, convertere adlaboravit, barbarorum animos patientia demulsit, templa & multa Idola destruxit.

Ecce vero duos fratres Gallum & Rioldum, Bona Ecclesiæ Trajectensis pervim & nefas diripientes, S. Lamberti amici & propinqui non tulerunt, sed in ultimum furorem acti ambos occiderunt. Duo fratres interfecti sanguine contingebant Dodonem Pipini Familiarem, multorum agrorum Servorumque Dominum. Is occisos propinquos morte ipsius Episcopi ulturus, collecta valida armatorum manu,

manu, eum Leodii ad Mosam tunc mo- Sæcul. VIII.
dico pago, ex quo magna Civitas Leo- A. C. 708.
diensis extitit, invasit. S. Lambertus post Matutinos acquiescebat in lectulo, unusque Servulorum, nomine Baldoveus, qui vice sua vigilabat, & Episcopum custodiebat, foras egressus vidit Dodonis exercitum divisis cohortibus imminentem. Ubi ad ædes Episcopi pervenerunt, septis portisque dejectis tectum superant. Cucurrit Baldoveus ad S. Episcopum sensim obdormiscentem, monuitque, hostes ingruere. Ille in primo animi motu gladium corripit, quo se tueretur. Mox vero Deum cogitans & in eo confidens arma in terram projicit, statuitque, potius mortem subire, quam improborum sanguine Sacras manus polluere. Intrant illi, sed hastis muros verberantes duo Episcopi nepotes fustibus abigunt, ad quos, eorumque commilitones Episcopus: *Carissimi! si me vere amatis, meum exemplum sequentes JEsum Christum amate, & ei peccata vestra confitemini. Quod ad me spectat, tempus est, ut hinc discedam, & cum ipso vivam.* Ex Nepotibus ejus alius dixit: *non audis vociferantes, ignem ædibus subjiciendum esse, ut vivi comburamur?* Tum S. Lambertus ad Nepotes: *mementote, vos hujus criminis reos esse* (scilicet duorum fratrum necis) *ite jam, & pœnas date.*

Hæc

Sæcul. VIII. A. C. 708.

Hæc locutus, cunctis e cubiculo suo egredi jussis, prostravit se in terram brachiis in formam crucis extensis, & inter largos fletus oravit. Interim hostes irrumpunt, omnes, quotquot obvios habuere, necant, & aliquis conscenso tecto cubiculi, in quo S. Episcopus erat, orantem telo confodit. Ita mortuus est Lambertus decimo septimo Sept. anno circiter 708. postquam Episcopatum gessisset annos quadraginta, nempe ex anno 668. quo S. Theodardo successerat. Corpus ejus lembo impositum, & Trajectum reductum, in Ecclesia S. Petri sepultum est, at exinde Leodium translatum. Ceterum inter Martyres honoratur.

Sup. lib. XXXIX. §. 45.

Martyr. R. 17. Sept.

S. Lamberti Successor fuit S. Hubertus ejus Discipulus, qui in Aquitania nobilibus parentibus natus in Aula Theodorici versatus fuerat. Is fertur in quodam Solemni Festo, Christianis ceteris in Ecclesia officio vacantibus, in campos venatum exivisse, & conspecto cervo Crucem inter cornua gestante audivisse vocem, inferni pœnas sibi minitantem, nisi vitam emendaret. Ipsum illico ex equo desiliisse, & promisisse, se mandatis Cœlestibus obedientem futurum. Quomodocunque istud se habeat, famam pii simi Pipini Majoris Domus secutus in Austrasiam venit; tum audiens, quantum S. Lamberti virtutes a cunctis laudarent-

Anon. ap. Coint. an. 688. n. 34.

darentur, ad eum se Trajectum contulit, & illius Clericis adscriptus est. Etsi esset adhuc juvenis, in conjugio tamen vixerat, & filium habebat, nomine Florebertum, qui ei in Episcopatu successit. Sæcul. VIII. A. C. 708.

§. XVII.

Constantinus Papa.

Eodem anno 708. quarto die Martii, ordinatus est Papa Constantinus Syrus, miræ lenitatis vir, qui S. Sedem annis septem & diebus quindecim occupavit. Hic septimus Pontifex serie non interrupta est ex illis, qui ex Syria vel Græcia advenerant. Nam Joannes V. ex Syria erat, Conon ex Thracia, Sergius ex Syria, Joannes VI. & VII. ex Græcia, Sisinnius & Constantinus item ex Syria. Forsan Arabum persecutiones & frequentes Imperii Græcorum vicissitudines multos ex Græcia & Oriente Romam confugere compellebant. Constantinus Papa ordinavit Felicem Archiepiscopum Ravennatem, qui potentia Sæcularium fretus Ecclesiæ Romanæ ea promittere detrectavit, quæ Antecessores ejus, ut ex Tabulis probabatur, promittere adsueverant. Verum Justinianus Imperator, haud multo post tempore, Patricio, & exercitus Siculi Duce immisso, qui capta urbe Archiepiscopum, omnesque ceteros Seditionis conscios vinculis onu- *Anast. Pabeb.*

Sæcul. VIII. A. C. 708.

ſtos Conſtantinopolim abſtrahi juſſit, Felicem Archiepiſcopum erutis oculis in Pontum relegavit. Hanc ſortem cæleſti vindicta Archiepiſcopo obtigiſſe Romani crediderunt.

§. XVIII.

S. Wilfridus reſtituitur.

Paul. Diac. VI. hiſt. c. 37.

Illa ætate Angli utriusque ſexus omnisque conditionis Nobiles, Duces & Reges Romam Devotionis cauſa peregrinabantur. Ex illorum numero fuit Coenredus Rex Merciorum, qui ad reſtituendum S. Wilfridum operam junxerat. S. Epiſcopus Roma redux, cum in Regionem Cantiorum perveniſſet, & Legatos *ad Episcopum* Berthualdum miſiſſet, *promiſit ille*, ſe ſententiam contra S. Wilfridum in Concilio Neſtrefeldenſi pronunciatam mitigaturum; nam Berthualdus acceptis Roma Legatorum ſuorum Epiſtolis, Papæ Auctoritati cedens, cum S. Wilfrido ſic cere in Gratiam rediit. Vir Sanctus ve-

Eddi. vit. c. 54. Sup. n. 9.

ro Wilfridus contulit ſe ad Ethelredum antiquum ſuum amicum, qui, poſtquam annis triginta & uno Merciis imperaſſet, anno 704. in Aſceterio Bardeneienſi Monachum induerat, ubi poſtea Abbas fuit. Ambo inter lacrymas in amplexus ruerunt, & S. Wilfridus ſententiam a Papa latam exhibuit, qua perlecta Ethelredus pollicitus eſt, ſe omnibus viribus

ei

ei suffragaturum. Moxque missis ad Coenredum Regem Successorem suum ministris rogavit, ut ad se veniret, compulitque, ut se juramento obstringeret, quod S. Sedis Decretis obedientiam præstare vellet. Ethelredo deinde suadente S. Wilfridus Presbyterum & Abbatem ad Alfridum Regem Nordhumbriæ misit, qui rogarent, ut boni consuleret, si ei litteras Papæ exhiberet. Respondit Rex; quoad ipse viveret, non destructurum se, quod totius ferme Britanniæ Episcopi statuissent. Haud diu postea, cum in morbum incidisset, crederetque, instare Divinam ultionem ob contemptam S. Sedis Auctoritatem, Successorem suum hortatus est, ut cum Episcopo Wilfrido pacem iniret.

Sæcul. VIII. A.C. 708.

c. 55.

Alfrido fatis functo Eadulfus ejus Successor non modo S. Wilfridum non restituit, sed præcepit, ut intra dies sex e Regni sui finibus excederet, adjecta comminatione, se cunctos ejus socios, quotquot comprehendi possent, interfecturum. Verum elapsis duobus mensibus Eadulfo pulso Alfridi filius necdum pueritiam egressus, paternum solium conscendit. Anno Regni ejus primo Berthualdus Archiepiscopus Cantuariensis cum omnibus Episcopis suis, Abbatibus, & Regni Optimatibus in Nordhumbriam venit, atque prope Nidum amnem

Be. epist.

c. 37.

Sæcul. VIII. A. C. 708.

Concilium celebravit. Adfuit Rex Juvenis Osredus cum Proceribus, tribus Regni sui Episcopis, Abbatibus, & Elfleda Abbatissa Streneshalensi, cujus prudentiam in dandis consiliis cuncti maximi faciebant. S. Wilfridus quoque intererat. Rege, Episcopis, & Proceribus considentibus Berthualdus Archiepiscopus dixit: *Oremus Deum, ut per Spiritum Sanctum suum ponat pacem in cordibus nostris. Episcopus Wilfridus & ego in manibus nostris habemus S. Sedis Epistolas, quas vobis præsentibus recitari oportet.* His recitatis, Bertfridus a Proceribus Nordhumbriæ præcipuus petiit, ut hæc sibi & ceteris, latini Sermonis ignaris, explicarentur. Statim Archiepiscopus rei summam exposuit; nimirum Papam Episcopis Angliæ præcipere, ut cum Wilfrido in Gratiam redirent, & Ecclesias suas ipsi redderent, quod si facere detrectarent, omnes Romam pergerent, ibi judicandi. Episcopi adversantes dixerunt, fixum sibi esse, ea servare, quæ Theodorus Archiepiscopus & Egfridus Rex decrevissent, ipsique cum Rege Alfrido in Concilio Nestreiensi ratum habuissent. Elfleda Abbatissa testabatur, Alfridi Regis ultimam fuisse voluntatem, ut S. Episcopus restitueretur. Tunc Bertefridus Regis pueri nomine dixit: *Regis & Optimatum omnium*

Sup. n. 9.

omnium voluntas est, ut Sacræ Sedis & Regis Alfridi mandatis omnino obediamus. Cum enim Bebamburgi obsideremur, & arctiora in dies nobis fierent omnia, nos voto obligavimus, istud Papæ Decretum effectui dandi, si Deus Principi juveni Patris sui Regnum concederet. Mox hostium corda mutata, de pacis conditionibus agere cæperunt, & nos liberati sumus. His auditis, cum Episcopi deliberassent, in hanc sententiam ivere omnes; ut cuncti Episcopi, Rex & Proceres bona fide cum Wilfrido in gratiam redirent, & eidem duo sua Monasteria Riponense & Hagulstadense cum omnibus reditibus redderentur. Tum omnes in mutuos amplexus occurrunt, Communionem accipiunt, & agentes Deo gratias singuli ad sua revertuntur. Sæcul. VIII. A. C. 708.

§. XIX.

S. Wilfridi Obitus.

Inde post aliquod temporis spatium, cum S. Wilfridum in Monasterio Hagulstadensi, sicut olim Meldis, imo periculo majore morbus corripuisset, omnes Abbates & Anachoretæ illius Regionis confluunt, preces ad Deum cum Monachis illius loci jungunt, & flagitant, ut decumbenti mens & vox redderetur, quo domui suæ prospicere & res suas dividere posset. Exaudita est eorum o- *c.* 58.

Sæcul. VIII. A. C. 709.

ratio, convaluit æger, & adhucdum u-
no anno & dimidio inter vivos egit.
c. 59. Haud diu ante obitum ſuum, cum eſſet in
Monaſterio Riponenſi præſentibus duo-
bus Abbatibus, & octo Monachis arcano-
rum ſuorum conſciis juſſit theſaurum
ſuum ab eo, qui claves cuſtodiebat, ape-
riri, & ipſis ſpectantibus aurum, argen-
tum, gemmasque produci. Omnia in
partes quatuor diviſit, legavitque pri-
mam Eccleſiis S. Pauli, & S. Mariæ Roma,
alteram pauperibus, tertiam Præpoſitis
Monaſteriorum ſuorum Riponenſis & Ha-
gulſtadenſis, ut haberent, unde Regibus
& Epiſcopis dona offerrent; quartam in-
ter illos, qui itinerum ſuorum ſociis fue-
rant, diſtribui juſſit. Tum Tatbertum
Presbyterum propinquum ſuum Mona-
ſterii Riponenſis Præpoſitum creavit, nam
ipſe Abbatis munere adhucdum funge-
batur. Rebus ita compoſitis in Regio-
nem Merciorum profectus eſt, rogatus
c. 60. a Rege Coenredo, qui ejus conſilia de vita
bene inſtituenda expetebat. Abbates
quoque illius Provinciæ ſuper ſtatu Mona-
ſteriorum, quæ ibi fundaverat, eundem
c. 61. conſulere cupiebant. Cum hos viſitaſſet,
& fundos pecuniasque large diſtribuiſſet,
venit ad Monaſterium, *Oundle* dictum,
quod hodie in Comitatu Northantonen-
ſi poſitum eſt, ubi extremo morbo de-
cubuit. Haud diu antea iter faciens, e-

quo

quo vectus cum Tatberto Presbytero, eidem omnes vitæ suæ actus, tanquam sentiens, se brevi moriturum, narraverat. Hoc erat aliquot genus Confessionis, quæ humilitatis studio fiebat, a Confessione Sacramentali diversa. (*) In illo igitur loco, morbo ingravescente, Benedictionem Discipulis suis impertitus, obiit vigesimo quinto Aprilis anno 709. regnantis in Nordhumbria Osredi quarto, annos natus septuaginta sex, ex quibus quadraginta quinque Episcopatum gesserat. Corpus defuncti, vestibus Sacerdotalibus ornatum ad Monasterium Riponense revectum est, ubi Tatbertus illius Monasterii Abbas singulis diebus pro eo nominatim Missam unam celebrari jussit, & singulis annis in die Anniversario præter eleemosynas quotidianas gregum suorum Decimas pauperibus dedit. Acca Presbyter S. Wilfrido Hagulstadæ successit.

Sæcul. VIII. A. C. 709.

Bed. V. hist. c. 20.

ibid. c. 21.

(*) Diese Worte hat der Protestant also gegeben auf seiner 176. Seite im 6ten Theile. Dies war eine Art von Glaubensbekänntniß, die zuweilen aus Demuth geschahe, und von dem Glaubensbekänntniße des heiligen Abendmahls unterschieden ist. Wann vom Beichten etwas vorkömmt, stellet sich unser Uebersetzer an, als wann er weder recht Französisch noch Deutsch verstünde. Andere Fehler übergehe ich mit Stillschweigen.

Sæcul. VIII. A. C. 709.

Coenredus Rex Merciorum, cum annis sex regnasset, abdicato Regno, anno 709. Romam veniens, cucullo se abdidit, & vitam suam in oratione, jejunio & operibus misericordiæ in proximum finivit. Illo secum adduxerat Ofram Saxonum Orientalium Regem juvenem, formosum, populis carissimum, qui amore JEsu Christi relictis uxore, Patria, Regno, Monasticam vitam Romæ amplexus est. Ambo, quod unice in votis erat, celeriter beata morte ad Regna Cælestia translati.

§. XX.

S. Althelmus Episcopus.

Elog. to. 3. Act. SS. B. p. 222. vita to. 5. p. 7. 26.

Eodem anno vita functus est *S. Adelmus* seu Althelmus primus Episcopus Schireburensis. Is ex illustri Familia in Regno Saxonum Orientalium natus, primo Abbati Adriano Cantuariæ in Monasterio S. Augustini litteris Latinis & Græcis imbuendus traditur. In patriam deinde reversus Monachum induit in Monasterio, quod tunc Melodunum, & posteriore tempore Malmesburiense dictum, quod Anachoreta Hibernus, nomine Maidulfus, restauraverat. Initio Althelmus vitam anachoreticam ducebat; sed cum non haberet, unde nutriretur, alios docere cœpit, & multi Discipulorum ejus, Magistri exemplo attracti

tracti Monasticam Professionem amplexi sunt, unde postea celeberrimum Monasterium evasit. Althelmus, postquam ibi aliquamdiu artibus liberalibus operam dedisset, Cantuariam reversus est, ad perfectionis apicem Abbate Adriano Magistro eluctaturus, ibique tamdiu permansit, donec valetudinis causa ad sua redire coactus est. Ceterum primus ipse Anglorum fuit, qui versus latinos componere didicit. Poesin in lingua Anglicana quoque excoluit, & sermone vulgari Cantica concinnavit, ut moraretur populum, qui cum mores barbaros necdum dedidicisset, Missa vix finita, Ecclesia prorumpens ad alia festinabat. Althelmus stans in ponte, quo ex urbe exeuntibus transeundum erat, hymnos, quos fecerat, ipse cantabat, & circumstantium aures demulcens, eorundem animis Religionis Mysteria insinuabat, quæ audire detrectassent, si gravi sermone fuissent exposita. Sæcul. VIII. A. C. 709.

Præter Poesin etiam ad Leges Romanas, Arithmeticam & Astronomiam incubuit, & tanta apud omnes Doctrinæ ejus fuit opinio, ut eum non modo Populares sui, sed etiam Exteri, quales erant Hiberni, consulerent, & Franci advenirent, ut sub ejus Disciplina proficerent. Ille Discipulos suos non solum doctos, sed cumprimis probos & virtu-

Sæcul. VIII. A. C. 709.

tis amantes efficere satagebat; nam & ipse ante omnia virtutem sectabatur. E Monasterio, nisi necessitas urgeret, non exibat, lectioni & orationi vacans, atque ut corpus maceraret, in fonte non nunquam usque ad humeros, etiam per noctes hybernas, immersus Psalterium recitabat. Ordinatus est Presbyter a Leuthero Saxonum Orientalium Episcopo, qui, confirmato novi Monasterii Melodunensis instituto, ab aliis Abbatibus suæ Diœcesis rogatus Althelmum eidem Monasterio Abbatem præfecit, sub cujus Regimine maxima cepit incrementa, multis undique confluentibus, qui ejus Discipuli esse cupiebant. Cum illi Monasterio præesset, a Patribus Concilii in Regno Merciorum celebrati mandatum accepit, ut contra errores Britonum scriberet; nec inanis labor fuit, multos enim eo adduxit, ut Pascha tempore legitimo celebrarent.

Bed. V. hist. c. 19.

S. Heddio Episcopo Wigornensi seu Saxoniæ Orientalis defuncto, Diœcesim in duas partes dividere visum est. Unus Episcopatus Danieli datus, cujus Cathedra Wintoniæ erecta est. Sedes altera Schireburæ fixa, cujus Episcopus S. Althelmus, jam senex, Episcopus ordinatus est a Berthualdo Archiepiscopo, vetere ejusdem studiorum & vitæ Monasticæ socio. Berthualdus Neo-consecra-

tum

tum aliquamdiu apud se retinuit, ejus consilio in rebus arduis usurus; S. Althelmus vero annis non plus quatuor Episcopatum tenuit, obiitque anno 709. vigesimo quinto Maji, quo die ejus memoria ab Ecclesia colitur. S. Althelmum Libri scripti celebrem reddiderunt. Præter librum contra errores Britonum, scripsit alium in prosa & in versibus, habemusque hos duos Tractatus, in quorum posteriore Elogia multorum Sanctorum affert, præsertim S. Benedicti, quem tanquam præcipuum Instituti Monastici Magistrum dilaudat. Præterea de octo vitiis aliqua ænigmata, & aliquot Epistolas scripserat. Adrianus S. Althelmi olim Magister eodem anno 709. fatis functus est.

Sæcul. VIII. A. C. 709.

Mart. Rom. 25. *M.*

§. XXI.

Picti Schisma abjiciunt.

Sanctus Ceolfridus S. Benedicti Biscopii Discipulus & Successor illa tempestate duo Monasteria Viromuthanum & Jarovienſe regebat. Is cum Magistro suo olim Romæ fuerat, vir in omnibus, quæ ad Professionem Monasticam pertinent, versatissimus, & pio zelo ardens. Monasteriorum reditus auxit, Sacella extruxit, eaque ornavit, & Vasa sacra addidit. Inprimis Bibliothecam, cujus quasi fundamenta Benedictus posuerat, locupleta-

Act. SS. Be. to. 2. p. 1011.

Sæcul. VIII. A. C. 709.

pletavit, adjiciens tres Biblias novæ versionis, id est, S. Hieronymi, quas Roma attulerat, & librum Cosmographiæ, Opus elegantissimum.

Idem a Sergio Papa obtinuit Privilegium, simile illi, quod Benedictus ab Agathone Papa impetraverat, quod in Concilio subscribentibus Episcopis & Rege Alfrido confirmatum.

Act. SS. Bed. to. 3. p. 292. Bed. V. c. 22.

Sub annum septingentesimum decimum Naiton Rex Pictorum, incolentium illam Britanniæ Partem, quæ Septentrionem spectat, hodie Scotiam, frequenti Scripturarum meditatione meliora edoctus, renunciavit errori, quem huc usque in celebrando Paschate *retinuerat*, & totum populum suum ad *Ritum Catholicum* reduxit. Pictorum Apostolus fuerat S. Columbanus senior, qui cum esset natione Hibernus, eos patriæ suæ traditionem edocuerat.

Sup. Lib. XXXIV. §. 16.

Igitur Rex Naiton subditos suos permoturus, ut consuetudinem Catholicorum reciperent, quo facilius, & majore Auctoritate id faceret, auxilium ex Anglia accivit, missisque ad S. Ceolfridum Legatis rogavit, ut se hac super re erudiret. Præterea petebat, ut sibi mitteret Architectos, ad ædificandam in patria sua Ecclesiam lapideam more Romanorum, promittebatque, jussurum se, ut ea S. Petri honori consecraretur, seque cum

cum populo suo, quantum locorum di- Sæcul. VIII.
stantia, & linguarum diversitas permit- A. C. 709.
teret, Ecclesiæ Romanæ consuetudines amplexurum. S. Ceolfridus ei Architectos misit, &, data Epistola prolixa, doctissime probat, Pascha cum Ecclesia Catholica, tertia septimana mensis primi, & semper Die Dominica, esse celebrandum. Variorum Cyclos, nempe Eusebii, Theophili, S. Cyrilli, & tandem Dionysii Exigui, necdum expletum, adducit.

Quod ad Tonsuram attinet, fatetur rem esse in se indifferentem; asserit tamen, Tonsuram S. Petri, scilicet coronam integram, Tonsuræ Simonis Magi, quæ tantum in parte capitis anteriore prominet, esse præhabendam.

Nempe veram esse præsumit hanc Traditionem, de qua illo ævo nemo dubitasse videtur. Hac Epistola, præsente Rege Naitone & multis viris doctis prælecta, & in eorum sermonem patrium traducta, surrexit Rex in medio Procerum, ubi sederat, flexit genua, & Gratias Deo egit, quod tantum thesaurum ex Anglia allatum meruisset accipere. *Sciebam quidem antea*, dicebat, *hanc veram esse celebrandi Paschæ rationem, modo autem adeo clare causam perspicio, ut hanc rem antebac prorsus non intellexisse jam mihi videar. Itaque coram vobis pro-*

Sæcul. VIII. A. C. 710.

profiteor, me cum toto populo meo hunc morem semper servaturum, jamque volo & jubeo, ut omnes Clerici in Regno meo Tonsuram Romanorum modo gerant. Illico istud Decretum executioni datum, & in tota Regione Pictorum ex Regio mandato Cyclus Paschalis annorum novemdecim, rejecto Cyclo annorum octoginta quatuor, quo prius utebantur, scripius descriptus.

§. XXII.

Papa Constantinopoli.

Anast.

Inter hæc Justinianus Imperator missis mandatis Constantinum Papam Constantinopolim accivit. Obediit Papa, & in Portu Romano navem conscendit quinto Octobr. Indictione nona, id est, anno 710. duobus Episcopis, Presbyteris tribus, & quibusdam aliis exiguo numero Clericis Pontificem comitantibus. Papa absente Joannes cognomento Rizocopus, Patricius, & Exarchus, Romam contendens, jugulavit Paulum Diaconum & Vicedominum, Petrum Arcarium, Sergium Presbyterum & Abbatem, & Sergium Ordinatorem, & inde Ravennam delatus justo Dei judicio pudenda morte occubuit. Papa, postquam Hydrunti hyemem exegisset, Constantinopolim primum & deinde Nicomediam contigit, quo Imperator Nicæa ad eum venit.

venit. Die Dominico Papa Missam celebravit coram Imperatore, cujus manibus S. Communionem accipiens rogavit, ut pro peccatis suis Deum deprecaretur, & omnia Ecclesiæ Privilegia confirmavit, quibus peractis Pontificem dimisit. Quæ hujus itineris causa fuerit non memoratur, sed illud notatu dignissimum, Papam ubique summo honore fuisse exceptum. (*) Romam redux intravit vigesimo quarto Octobr. Indictione

Sæcul. VIII. A. C. 709.

(*) Anastasii Bibliothecarii verba sunt apud Cardinalem Baronium, & Palatium: *Dum vero Hydrunti moras faceret, eo quod hyems erat, illic suscepit Sigillum Imperiale per Theophanium regionarium, continens ita, ut ubicunque denominatus conveniretur Pontifex, omnes Judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent.* Et infra: *In die autem qua se vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum regno in capite, se se prostravit, pedes osculans Pontificis.* Tum referuntur Verba Anastasii in vita Gregorii II. de causa itineris: *Et cum Viro S. Constantino Pontifice ad regiam profectus est urbem, atque a Justiniano Principe inquisitus de quibusdam capitulis optima Responsione unamquamque solvit quæstionem.* Addit Palatius; *Intelligitur pro decidenda lite Concilii Quini Sexti Roma fuisse in Græciam vocatum Constantinum, eique, respondente Gregorio, cessisse victoriam.*

Sæcul. VIII. A.C. 711.

ne decima anno 711. postquam annum unum in illa profectione consumpsisset, & in diversis locis Episcopos duodecim ordinasset.

§. XXIII.

Justiniani Fata. Philippicus Imperator.

Post lapsum trium mensium Epistolæ Romam afferuntur, Justiniano occiso, Philippicum ad Imperium fuisse evectum. Ingratum omnibus nuncium fuit, quod novus Imperator Hæresin fovebat. Cum barbara sævitia Justinianum cunctis invisum reddidisset, exercitus, quem ad obsidendam urbem Chersonam miserat, inita cum civibus armorum societate quemdam Armenum Bardanem nomine, qui ibi in exilio degebat, Imperatorem proclamavit, appellavitque Philippicum. Eo confestim Constantinopolim contendente, Justinianus, qui inde se proripuerat, in fuga deprehenditur & obtruncatur. Philippicus amputatum miseri Principis caput in Occidentem & usque Romam deferri jussit. Tiberium Justiniani filium, qui Constantinopoli remanserat, ad Ecclesiam in Blachernis profugum una manu sanctæ Mensæ pendem & altera veram Crucem amplexum, pendentibus e collo Reliquiis, duo Patricii Maurus & Joannes abstraxerunt; quip-

S. Niceph. p. 30. Theophan. 6. p. 316.

quippe Joannes Sanctuarium ingressus, & nihil motus lacrymis Anastasiæ Justiniani Matris & Tiberii Aviæ, præsentis & ad eorum pedes provolutæ principem juvenem e loco sacro rapuit, crucem ex manibus ejus extortam super Altare posuit, & Reliquias e collo ejus detractas e suo suspendit. Itaque Tiberius ex Ecclesia exire compulsus, & humi toto corpore prostratus, jugulatur. Sæcul. VIII. A. C. 711.

Hic Justiniani & Tiberii filii ejus exitus fuit. Bardanes seu Philippicus Monothelita erat, utpote quem Stephanus Abbas Macarii Antiocheni Discipulus a puero erudierat. Multis antequam Imperator esset annis, quadam die Anachoretam Monasterii Callistratensis, Astrologiæ peritum, invisenti dixit ille, Imperium ipsi destinari, & Philippico ad hæc verba stupente addidit Solitarius: *Si Deus hoc decrevit, num tu resistes? jam monitum te volo, Patres orbi Christiano pessime consuluisse, dum Synodum sextam celebrarunt. Quamprimum imperabis, istud Concilium tolle, sic diu & feliciter regnabis.* Bardanes id se facturum jure jurando promisit. Ubi vero Leontium pulso Justiniano Imperatorem salutari vidit, adiit Solitarium, qui ei dixit: *Patientia tibi opus est. Cæsarea corona te manet.* Rursus cum videret regnare Apsimarum, ad Solitarium se contulit, qui re-

Agatho. to. 6 Conc. p. 1403 Theoph. p. 319.

Sup. Lib. XL. §. 54.

ibid. n. 57.

Sæcul. VIII. A.C. 711.

respondit: *Patientia! Imperator eris.* Qua re comperta Tiberius Apsimarus Bardanem Virgis cæsum, raso capite, & vinculis oneratum in Cephaloniam relegavit, unde a Justiniano postliminio regnante revocatus est.

Igitur Philippicus, Imperium consecutus, fidem Solitario datam servavit; nam priusquam Regiam intraret, imaginem, quæ Concilium sextum repræsentabat, in vestibulo suspensam, tolli jussit, dicens, secus nunquam se pedem illaturum. Mandavit deinde celebrari Concilium, in quo Concilium Generale sextum damnatum; Solitarius vero eodem anno utroque oculo captus est. Præterea jubente Imperatore Cyrus Patriarcha ejectus, in Monasterium Choranum relegatus, & in ejus Sedem Joannes, qui juxta ipsum Monothelitarum hæresi adhærebat, positus. Imperatori assentabantur Germanus Metropolita Cyzicenus, Andreas Episcopus Cretensis, Nicolaus Medicus peritissimus & quæstor, Elpidius majoris Ecclesiæ Diaconus, Antichus Tabularii Custos, & multi alii tum ex Episcopali, tum ex Senatorio Ordine.

Agath. epist.

Philippicus.

S. Niceph. p. 31.

Philippicus vero omnes Concilio suo subscribere detrectantes persequebatur, vel exilio damnabat. Diptychis inseri jussit nomina Sergii, Honorii, aliorumque, quos Concilium sextum rejecerat, eorum-

eorumque imagines denuo erigi præcepit. Haud multo post tempore inventa in Regia Acta sexti Concilii, Agathonis tunc Diaconi, & Majoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ Bibliothecarii manu conscripta, publice flammis tradidit. Sæcul. VIII. A. C. 712.

Constantinus Papa missam sibi ab Imperatore Philippico Epistolam, in qua Monothelitarum Error manifeste apparebat, prudentum Virorum usus consilio, rejecit. Populi quoque zelus excitatus est, nam in Ecclesia S. Petri imago affixa, in qua sex Concilia depicta visebantur. Imo non tulere Romani, ut Imperatoris Hæretici effigies Ecclesiæ inferretur, nec ejus nomen in Missa recitaretur. Ejusdem Epistolæ non receptæ, nec pecunia cui signum ipsius esset impressum. Necdum satis; Romani Petrum cum Epistolis Imperatoris Ravenna Romam missum, ut Urbis Præfecturam susciperet, repulerunt, & Christophorus, qui illam Dignitatem tunc habebat, collectis copiis venienti vim opposuit. In platea Sacra ante Palatium adversæ Partes conflixerunt, atque viri plusquam viginti quinque utrinque occisi. Tandem Episcopi cum Evangeliis & Crucibus a Pontifice missi prœliantes diremerunt; nam cum illi, qui pro Petro pugnabant, viribus essent inferiores, & ipse de salute desperaret, Pars adversa Papa jubente cessit, unde *Anast.*

Sæcul. VIII. A. C. 712.

Petrus prope victor videri poterat. E lapsis inde paucis diebus ex Epistolis a Sicilia allatis compertum, Philippicum fuisse depositum, atque Anastasium, Virum Catholicum, imperare. Hoc nuncium quidem Hæreticos confudit; sed tandem Petrus Romæ Præfecturam obtinuit.

§. XXIV.

Philippicus deponitur. Anastasius II. Imperator.

Interim Philippicus in suo Palatio otiabatur, miscens quidem sermones, qui virum prudentem decere poterant; sed vita erat pudenda, quippe *in omnem* licentiam effundebatur, in *immeritos* prodigus. Hinc anno Regni sui tertio nempe reparatæ salutis 714. cum ejus socordia factum fuisset, ut Bulgari Regiones Imperii Romani invaderent, Prætoriani milites Domus Cæsareæ, quos latina voce *obsequium* vocabant, in eum conjurarunt. Igitur pridie Pentecostes cum indormisceret tempore pomeridiano, post solutum convivium, ad quod nobilissimos quosque urbis Constantinopolitanæ invitaverat, surgere jubetur, & in Hippodromum ducitur, ubi ei oculi effodiuntur. Altero die in Festo Pentecostes, Populo in majore Ecclesia congregato, Imperator electus est Artemius, Episto-

S Niceph. p. 32. Theoph. an. 2. p. Agath. Epil. to. 6. Conc. p. 1405. v. Papeb. Cher. in Const. p. 116.

Epistolis Præfectus, & Anastasius appel- Sæcul. VIII.
latus. Proclamatus est unanimi Senatus, A. C. 713.
Clericorum, militumque, qui tunc Constantinopoli diversabantur, totius populi & Civium consensu, atque in Sanctuario a Joanne Patriarcha coronatus. In eodem conventu omnes Episcopi præsentes omnesque Clerici sextum Concilium tanquam legitimum pronunciari, & imaginem hujus Concilii cum imaginibus ceterorum quinque Conciliorum reponi jusserunt in illo loco, unde eas Philippicus auferri mandaverat, ut imaginem sui ipsius & Sergii illic collocaret. Anastasius Imperator data ad Constantinum Papam Epistola Fidem Catholicam profitebatur, & sextum Concilium recipiebat. Hanc Epistolam Papæ reddidit Scholasticus, Imperatori a cubiculis, Patricius, & Italiæ Exarchus, qui deinde Ravennam se contulit. *Anast.*

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus quoque longam ad Constantinum Papam dedit Epistolam. In ea queritur, se sub Regni prioris tyrannide impeditum fuisse, quo minus Epistolas suas Synodicas, ut mos erat, mittere potuisset. Addit, de Philippico loquens, *Volebat intrudere in hanc Sedem hominem, hujus Ecclesiæ Clericis non adscriptum, & iisdem, ac ipse erat, erroribus infectum; sed tamen instantibus Clericis nostris fecit,* *tom. 6. Conc. p. 1409.*

Sæcul. VIII. A. C. 713.

ut licet reluctans ordinatus fuerim. Tum postquam retulit, jubente Philippico sextum Concilium fuisse anathematizatum, addit: *Jamque mihi aliqui insusurrabant, rejiciendum esse Concilium Calcedonense, utpote Concilii sexti fundamentum. Mitto dicere, quam molestus mihi fuerit, volens me compellere, ut datis ad te litteris errorem ipsius defenderem. Taceo, quantam industriam adhibuerim, ut malum, quod tollere non poteram, saltem minuerem. Apocrisiarius, quem hic habes, testimonium reddat, quod vera scribam. Ille nimirum, cui, cum tempestas maxime sæviret, dato jurejurando aperui, quantum amem orthodoxam fidem.* Tum verbis expressis dicit, se in JEsu Christo duas Voluntates Naturales, & duas Operationes Naturales confiteri, & Philippico nihil profuisse, quod Exemplum sexti Concilii, in Palatio asservatum, flammis consumpserit, sollicite enim hujus Concilii Acta, in quibus Episcoporum & Imperatoris subscriptiones visuntur, apud nos servavimus. Insuper habemus Exemplum descriptum manu Pauli, postea hujus Ecclesiæ Episcopi. Postremo Papam rogat, ut facta priora sibi condonet, (*) & litteras suas Synodicas

Joannis Patriarchæ Epistola.

(*) In exordio suæ Epistolæ Joannes Patriar-

dicas in signum Charitatis mutuæ mittat, sicut ipse sua ex parte adjecta hac Epistola misisset. Non apparet, Constantinum Papam Responsum dedisse, sed Diaconus Agatho hujus Epistolæ descriptum exemplum in fine Actorum Concilii sexti apposuit cum Admonitione, cujus initium ejusmodi est. Sæcul. VIII. A. C. 713. *Epil. Agath. p.* 1408.

Qq 4 *Ego*

triarcha his usus est verbis Act. Conc. mihi pag. 1838. *Ipse Naturæ nostræ Opifex cum suo artificio curasset, ut caput toti corpori præficeretur, in eo collocatis præcipuis sensuum instrumentis omnem reliquorum membrorum motionem & perfectionem illinc oriri fecit, & conservari.* Et post pauca: *His vestrum quoque Apostolicum Pontificatum comparare possumus, O Sanctissimi & Christiani Sacerdotii Caput vos canonice reputantes. &c.*

An non Interpres noster Protestans, qui in suis Annotationibus dixit, Communionem inter Ecclesiam Constantinopolitanam & Romanam a temporibus S. Chrysostomi nunquam fuisse reductam, & Græcos Romani Pontificis Primatum despexisse, cum supra Justinianum Orientis Imperatorem de manu Constantini Papæ Christi Corpus accipientem (qui etiam teste Anastasio Pontificis pedes osculatus est) hic vero Joannem Patriarcham Constantinopolitanum confitentem, quod Romanus Episcopus Christiani Sacerdotii Caput sit, & culpæ veniam rogantem, lectoribus suis patrio sermone exhibet, an non, inquam, suo se calamo veritatis inimicum probat?

Sæcul. VIII. A. C. 713.

Ego Agatho indignus Diaconus, & Tabularii Custos in majore Ecclesia Constantinopolitana, Protonotarius, & Cancellarius secundus Venerabilis Consilii Patriarchalis, annis abhinc circiter triginta duobus, cum adhuc juvenis in Ordine Lectorum & Notariorum essem, ministravi in Concilio sexto Oecumenico, cujus Acta omnia non interrupta cum Socio meo Paulo Sanctæ memoriæ, postea hujus Ecclesiæ Patriarcha, tunc autem Laico & Imperatori ab Epistolis, cum quibusdam aliis scripsi. Mea manu litteris Ecclesiasticis descripsi omnia Actorum istorum volumina, quæ signata, & in Palatio Cæsareo deposita sunt unacum Definitione Fidei ejusdem Concilii diligenter asservanda. Quin etiam exempla hujus Definitionis quinque Sedibus Patriarchalibus tradita scripsi, sic jussus a piæ memoriæ Imperatore Constantino, ut puritas & sinceritas orthodoxæ Fidei nullis appeteretur insidiis. Cum ergo Misericors Deus mihi hucusque vivere concesserit, hunc quoque Tomum propria manu scribere constitui, præcipue propter causas, quas jam afferam. Narrat deinde, Philippicum Imperatorem sexti Concilii exemplum sua manu scriptum, quod in Palatio invenerat, flammis tradidisse, Philippicum deinde fuisse pulsum, & Anastasium Imperatorem coronatum,

sexti

sexti Concilii imaginem fuisse reductam, & Patriarcham litteras ad Papam dedisse. Ex lapsu annorum triginta duorum a tempore sexti Concilii, anno 681. celebrati, sequitur, Agathonem anno 713. scripsisse. Quod vero dicat, se litteris Ecclesiasticis usum fuisse, cum Acta nitide describeret, id accipiendum de litteris cujusdam formæ singularis, & verisimiliter pulchrioribus, quam litteræ Actorum vulgarium essent. Ceterum magni momenti est hæc narratio; unde dispiciamus, quanta cura Acta sexti Concilii fuerint scripta & custodita. Sæcul. VIII. A. C. 713.

§. XXV.

Musulmanni in Hispania.

In Hispania Gothorum Regnum anno 713. extinctum. Cum Rex Vitiza Theofredum, ex Rege Recesuinto genitum, oculis orbari jussisset, hujus filius Rodericus, Optimatum favore munitus, commota seditione, ipsum Vitizam oculis privari imperat, & Rex proclamatur æra 749. anno Salutis 711. Sed uno non plus anno regnavit, quippe anno sequente 712. æra 750. anno Hegiræ 93. Arabes Musulmanni, jam antea Africæ Domini, in Hispaniam trajecerunt. Qui a Califa Ovalido Africæ præfectus fuerat, vir senex, nomine Mousa, seu Moyses, primo aliquot cohortes, Taria Duce, *Roderic. Toletan. l. II. c. 17. 18. Isidor. Pacen. p. 11.*

Sæcul. VIII. A. C. 713.

illuc miserat, cui collecto exercitu Rodericus Rex occurrere parabat; verum Gothis ejus seditionem indignantibus, potentiam reformidantibus, nec imperata fideliter facientibus victus est, & Arabes in Hispania sedem fixerunt. Anno altero 713. Mousa ipse in Hispaniam navigavit, & usque Toletum progressus est. Sinderedus Archiepiscopus Arabes pertimescens, derelicto grege suo contra Canones fugiens, Romam se receperat, & interim Oppa Regis Egicæ filius hujus Sedis usurpator urbem Mousæ dedidit, qui, Primoribus necatis, exinde totam Hispaniam usque ad Civitatem Cæsaraugustanam, quorum cives *ultro portas* aperuerunt, subjecit. Is *urbes flammis* devastans, civium præcipuis cruci affixis, juvenibus & infantibus jugulatis armorum suorum terrore omnia implevit. Ceteræ itaque urbes necdum subactæ pacem orarunt, promittentes, in potestate se futuras. Multi tamen incolæ ad montes confugerunt, ex quibus non pauci fame & rerum omnium inopia perierunt. Arabes Cordubam Regni sui Caput, sicut olim sub Romanis fuerat, sibi elegerunt. Hic finis fuit Regni Gothorum in Hispania, quod annis ferme trecentis, nempe ab anno 415. quo Ataulpho Duce advenerant, usque ad hunc annum 713. steterat.

Sup. §. 16.

Roder. III. c.19.

§. XXVI.

Sæcul. VIII.
A. C. 715.

§. XXVI.

Constantini Obitus. Gregorius II. Papa.

Cum Felix Archiepiscopus Ravennas ab exilio revocatus, & Constantino Papæ reconciliatus, Confessionem Fidei suæ & Epistolas ab Antecessoribus suis ad Ecclesiæ Romanæ Tabularium mitti solitas tradidisset, eum Papa, etiamsi cœcus esset, Sedi suæ restituit. Benedictus quoque Archiepiscopus Mediolanensis Romam venit, ut ad Limina Apostolorum oraret, & in conspectum Pontificis veniret; movit enim Actionem dicens, competere sibi jus, Episcopum Ticinensem consecrandi. At causa cecidit, quia ab omni retro ætate hoc jus Papæ sibi vindicaverant. Tunc temporis Sedem Ticinensem tenebat Petrus, vir splendore virtutum illustris, semper Virginitatis amantissimus, quem Ecclesia 7. Maji veneratur. Constantinus Papa vita functus est, postquam sedisset annis septem, & sepultus est ad S. Petrum, nono Aprilis, Indictione decima tertia, anno 715. Anastasio Imperatore. Una Ordinatione creaverat Presbyteros decem, & Diaconos duos, per diversa loca autem Episcopos sexaginta quatuor. Post ejus obitum cum S. Sedes dies quadraginta vacasset, ordinatus est Papa Gregorius II.

Anast. Sup. §. 17.

Paul. Diac. VI. hist. c. ult. Martyr. R. 7. Maji. v. Papebr. con.

Romæ

Sæcul. VIII. A. C. 715.

Anast. & Papebr.

Romæ natus, Marcelli filius, qui S. Sedem tenuit annis quindecim, mensibus octo, & diebus viginti, Anastasio, Theodosio, Leone, & Constantino Imperatoribus. Is ab unguiculis in ædibus Patriarchalibus Lateranensibus sub Sergio Papa educatus, Subdiaconus, Sacellarius, & Bibliothecarius fuit. Constantinum Papam in profectione Constantinopolitana secutus, & ab Imperatore super diversis quæstionibus interrogatus, datis præclaris responsis Principi satisfecit, nam in Sacra Scriptura erat versatiss. mus, & linguæ facundia valebat. Morum puritas quoque & constantia animi virum commendabant; unde *Jura Ecclesiæ vigore Sacerdote digno defendit.* Pontificatum auspicatus, urbis muros reparare cœpit, sed varia obstacula istam molitionem sufflaminarunt. Multas vero Ecclesias collapsas erexit. Epistolam Synodicam a Joanne Patriarcha Constantinopolitano ad se datam accepit, & respondit. Eodem anno, Anastasii Imperatoris secundo, Joanne depositio Germanus Episcopus Cyzicenus ad Sedem Constantinopolitanam translatus est, Indictione decima tertia, anno 715. in cujus Translationis Decreto legebatur, sanctam esse suffragio & approbatione Presbyterorum, Diaconorum & omnium Clericorum, Senatus, populique Constanti-

Theoph. an. 2. p. 322.

nopo-

nopolitani, Michaele Presbytero, & Sedis Apostolicæ Apocrisiario, aliisque Episcopis & Presbyteris præsentibus, Artemio Imperatore regnante. Germanus filius erat Justiniani Patricii, quem Imperator Constantinus Pogonatus parenti suo Constanti illatæ necis conscium interfici, & Germanum evirari jusserat. Sæcul. VIII. A. C. 715. *An. Zonar. Lib. 14. n. 22.*

§. XXVII.

Anastasius depositus. Theodosius, Leo. Imp.

Ovalido Musulmannorum Califæ, postquam regnasset annis novem & octo mensibus, anno Hegiræ 95. JEsu Christi 715. mortuo, Solimannus frater successit. Is bellum maritimum in Romanos meditabatur; qua re cognita Anastasius Imperator, ut hostis molimina anteverteret, classem strenue paravit, eique Joannem magnæ Ecclesiæ Diaconum tunc Logothetam, seu præcipuum ærarii Custodem, præfecit. Verum milites Prætorii, quod *obsequium* dicebatur, in quibus totius exercitus robur erat, Rhodi, quo copiæ omnes confluere oportebat, ab Imperatore deficientes Joannem Diaconum interfecerunt. Mox dissipatur classis, & rebelles in ipsa profectione Constantinopolim constituti, cum Adramytam in Natolia pervenissent, ibi Redemptorem *Elmac. c. 13. 14. Theoph. an. 2. Artem. p. 322.*

Sæcul. VIII. A. C. 716.

ptorem reditum publicorum, nomine Theodosium, virum quietis amantissimum, Ducem suum esse compellunt, Imperatorem pronunciant, & Civitatem Constantinopolitanam ejus potestati tradunt. Anastasius viribus inferior, cucullo se abdidit, & Thessalonicam perductus est, postquam annis duobus & novem mensibus imperasset.

Theodosius æque ac Anastasius Fidem Catholicam profitebatur; sed non ultra annum & menses duos imperavit; nam Leo, Præfectus exercitui in Provinciis Orientis, qui adhucdum Artemio seu Anastasio fidem servabat, illasque Regiones contra Musulmannorum *incursus* tuebatur, usque ad urbem Nicomediensem progressus, cepit filium Theodosii Imperatoris. Is se viribus imparem sentiens, cum Germani Patriarchæ & Senatus expetiisset consilium, eique Leo securitatem esset pollicitus, Imperio cessit. Tumque ambo Parens & filius, suscepto Clericali ordine, reliquos vitæ dies in pace transegerunt. Theodosius Epheſi obiit, jussitque sepulchro suo inscribi vocem *Hygeya*, græce *Sanitas*. Non nulli dixerunt, ibi miracula fuisse edita. Itaque Leo vigesimo quinto Martii, anno 717. Imperator proclamatus, annis viginti quatuor regnavit. At per continuas vicissitudines Civitatis Constantinopolita-

Theo. p. 327.

Cedr. tom. 1. *p.* 450.

S. Niceph. p. 34.

politanæ & totius Imperii acciſæ ſunt vires. Non modo litterarum ſtudium, ſed & Diſciplinæ militaris vigor periit. Cædes, latrocinia, direptiones, captivitates, civitatum obſidiones omnes Provincias turbabant. Ubique hoſtes impune graſſabantur, Muſulmanni ipſius urbis Conſtantinopolitanæ portis inſultabant. Sæcul. VIII. A. C. 716.

§. XXVIII.

Clerici militantes.

Interim Longobardi Italiam depopulabantur. Violata pace Cumas occupaverant, & permoveri non poterant, ut reſtituerent, quantumvis Gregorius II. Papa inſtaret. Iram Dei denunciabat fidem datam doloſe frangentibus, & magna dona offerebat, ſi captam urbem redderent. Cum nihil efficeret, indoluit quidem Papa, ſed in Deo confidens, datis litteris ad populum Neapolitanum & Joannem Ducem, qui Pontificis mandatis obtemperans ibi præſidiariis imperabat, (*) ad edendum fortitudinis ſpecimen excitavit. Ergo Neapolitani eodem

(*) Hic iterum diſpicimus, qua ratione SS. Pontifices ſenſim terrenum Principatum in has Provincias ſint conſecuti. Hodieque utriusque Siciliæ Reges SS. Pontificibus præter fixum Solidorum numerum etiam Tolutarium in ſingulos annos Clientelaris obſequii titulo offerunt.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

dem Joanne & quodam Subdiacono, nomine Theodimo, ducentibus, nocturnis insidiis superant & in potestatem redigunt, quo non obstante Papa triginta auri libras, quas promiserat, ad redimendam urbem dedit. Subdiaconus iste militum Dux notari meretur, sicut & ille Diaconus, qui Imperatoris Anastasii classi imperabat. Nec non ante hoc tempus Zeno Ecclesiæ Ticinensis Diaconus assumptis Regis Cuniberti armis in prælio pro Domino suo occubuit.

Paul. Diac. V. hist. c. 40.

Sub idem tempus Gregorio II. Papa Petri Sedem tenente Savaricus Episcopus Antissiodorensis, illustribus natalibus ortus ab officiis Pastoris discedens, rebus sæcularibus, plusquam Episcopum decebat, & usque adeo occupabatur, ut Regiones Aurelianensem, Nivernensem, Tornedorensem, Aballensem, & Trecensem, armis subactas, suæ Ditioni junxerit. Tandem cum validum agmen ad subjiciendam urbem Lugdunensem duceret, delapso ex æthere fulmine ictus periit. Istud Dagoberto III. regnante accidit, cum Regia Auctoritate in Francia ferme extincta jura omnia bellis civilibus miscerentur.

10. 1. *Bibl. Lab. hist. ep. Autt. c. 26.*

§. XXIX.

§. XXIX.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

S. Rigobertus Archiepiscopus Rhemensis.

Pipinus Senior, Palatii Magister, e vita decedens anno 714. mense Dec. postquam annis viginti septem Regnum administrasset, præter alios liberos reliquit Carolum, cui deinde cognomentum Martelli dederunt. Huic eodem anno natus est filius, qui a S. Willebrordo baptizatus, ab Avi nomine Pipinus appellatus est. Carolus paternæ potentiæ hæres, Adversarios sensit Reinfredum, Majorem Domus in Austrasia, & Chilpericum II. quem ille Regem pronunciari mandaverat. Bellum igitur in eos movens Carolus, & Rhemos occupare festinans, clausis civitatis portis, quarum claves S. Rigobertus hujus loci Episcopus custodiebat, retardabatur. Ad Episcopum supra alteram portam habitantem clamabat Carolus; juberet aperiri, quo posset in Ecclesiam Dominæ Nostræ se conferre & ibi orare. S. Rigobertus respondit: *non concedam, ut tibi aperiatur, priusquam videro, quæ hujus belli fortuna fuerit. Nolo enim tibi dedere hanc urbem, cujus custodia mihi commissa est, quam scilicet, sicut antehac plures alias, militibus tuis diripiendam tradas.* Ira incensus Carolus in minas erupit; se vi-

Flod. hist. Lib. II. c. 12.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

ctore illuc redeunte, ipsum non amplius Episcopum Rhemensem futurum. Implevit deinde, quod minatus fuerat, nam postea Victor & Dominus S. Rigoberto, qui eum e sacro fonte olim levaverat, e Sede sua pulso, Milonem intrusit, licet jam Episcopatu Trevirensi frueretur, virum sola Tonsura Clericum, qui deinde duas ampliſſimas Ecclesias annis quadraginta obtinuit.

Hincm. præfat. in vit. S. Rigob.

S. Rigobertus in Sede Rhemensi S. Reolo, quem sanguinis propinquitate contingebat, successerat. Is collapsam Clericorum Disciplinam restituit, & primus

Flod. II. hist c. 2. vita ap. Boll. 4. Joan. 101. p. 174.

ex reditibus multorum agrorum, quos eis donavit, commune ærarium fundavit. Legimus, sex agros fuisse ultra quadraginta Colonorum. Ampliſſimus ille erat, in Gerniacacurte, quem a Pipino dono acceperant. Ergo Clerici Rhemenses horum agrorum proventibus sustentabantur, & Servi eosdem colentes omnis generis obsequia ipsis exhibebant, in culina ministrabant, aquas balnei calefaciebant, mortuos sepeliebant. S. Rigobertus proscriptus e patria in Occitaniam se recepit, nam Aquitania pro Chilperico stabat. Deinde permissum est ei Rhemos redire; sed in Sedem suam non est restitutus, atque viro optimo & humilitatis studioſiſſimo satis fuit, quod sibi libertas concederetur Missam in Altari Domi-

Dominæ noſtræ celebrandi, & quasdam alias Eccleſias viſitandi. Habitabat vero Gerniacacurte, ubi anno 733. quarta Jan., qua die Eccleſia ejus memoriam colit, animam Deo reddidit. Exinde Corpus ejus ad Monaſterium S. Dionyſii translatum. Sæcul. VIII. A. C. 716. *Martyr. R.* 4. *Jan.*

§. XXX.

Gregorii II. Capitulare.

Interim multi in Germania ad Fidem convertebantur, occurritque jam Capitulare, ſeu Mandata a Gregorio II. Papa Martiniano Epiſcopo, Georgio Presbytero, & Dorotheo Subdiacono, qui ambo ad Eccleſiam Romanam pertinebant, injuncta, in Bavariam profecturis. Hoc Capitulare datum 15. Martii, anno Anaſtaſii Imperatoris tertio, id eſt anno Salutis 716. tredecim Articulos complectitur, in quibus Papa in hunc ferme modum loquitur: *Ubi Epiſtolas noſtras reddideritis, cum Duce illius Provinciæ deliberabitis, ut congregetur Conventus Sacerdotum, Judicum, & omnium illius Gentis Primorum. Tum examinatis Presbyteris & Miniſtris, illis, quorum ordinationem Canonicam & Fidem puram probaveritis, dabitis poteſtatem ſacrificandi, miniſtrandi, & cantandi. Jubebitis obſervari Traditionem Eccleſiæ Romanæ. Ceteris, qui vobis non probabuntur,* *Baviere. to.* 6. *Conc. p.* 1452. c. 1.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

tur, omne munus interdicetis, & Succes-
sores dabitis. Curabitis etiam, ut in qua-
libet Ecclesia Missa, officia diei ac noctis,
c. 2. & Sacrarum Scripturarum Lectiones ob-
serventur. Episcopatus consideratis lo-
c. 3. corum distantiis, & cujuslibet Ducis Je-
risdictione, creabitis, & cuilibet Sedi ter-
minos ponetis. Si tres aut quatuor Sedes
constitueritis, majorem Archiepiscopo re-
servabitis, & congregatis tribus Episco-
pis novos ordinabitis ex Auctoritate S.
Petri. Si virum inveneritis dignum,
qui in Archiepiscopali Sede collocetur, mit-
datis litteris vestris eum ad nos dirigatis,
c. 4. aut vobiscum adducetis. Si talem non in-
veneritis, id nobis indicabitis, ut nos vi-
c. 5. rum utilem eo mittamus. Illis, quos Epis-
copos ordinaveritis, præcipietis, ne un-
quam Ordinationes illicitas præsumant,
& quinam irregulares sint, speciatim do-
cebitis. Præcipietis, ut Ecclesiæ Bona
custodiant, & in quatuor partes dividant.
Ordinationes non nisi temporibus præfix-
ptis faciant, & Baptismum non nisi in
Paschali Festivitate & Pentecoste nove-
rint esse præbendum, exceptis his, quos
mortis periculum urget. Ceterum tota
Religio subjacet Episcopo, & omnes Chri-
stiani ei obedire tenentur.

De Matrimonio docebitis; Nuptias
c. 6. sub prætextu Continentiæ non esse damnan-
das, nec per licentiam nubendi occasionem
forni-

fornicandi esse præsumendam. Prohibete divortium, polygamiam, conjunctionem incestam affinium. Docete, continentiam nuptiis esse meliorem. Item in perceptione ciborum nihil judicetur immundum, nisi quod fuerit Idolis immolatum. Nemo ad somnia vel auguria attendat. Prohibete incantationes, maleficia, & certorum dierum observationes. Nemo in die Dominica, aut in Festis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis jejunet. Non recipiantur oblationes dissidentium. Docete, omnes pœnitentia indigere propter peccata quotidiana. Docete Resurrectionem corporum, & æternitatem pœnarum inferni. Damnate illos, qui somniant, Dæmones ad Dignitatem Angelicam aliquando reducendos. Talia sunt Mandata, quæ Grægorius II. Papa misit in Bavariam.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

c. 7.
c. 8.
c. 9.
c. 10.
c. 11.
c. 12.
c. 13.

§. XXXI.

S. Rupertus Salisburgensis.

Bavaria illa tempestate duos habebat Episcopos celeberrimos, S. Rupertum Salisburgensem, & S. Corbinianum Frisingensem, ambos natione Francos. S. Rupertus, seu nostra pronunciatione *Robert*, ex Regia Francorum stirpe natus, erat Episcopus Wormatiensis anno secundo Childerici III. regnantis, anno vero Salutis

Act. SS. Ben. to. p. 339.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

lutis ſexcenteſimo nonageſimo ſexto. Cum Sancti Viri fama usque ad Theodonem Ducem Bavariæ perveniſſet, miſſis ad eum Legatis inſtantiſſime rogavit, ut ad erudiendam in Fide Provinciam Norici veniret. S. Epiſcopus primum Prædicatores miſit, & deinde ipſe ſecutus a Duce usque ad Civitatem Ratisbonenſem ſibi occurrente inter maximæ lætitiæ & honoris ſigna exceptus eſt. Igitur S. Rupertus eundem tam in moribus Chriſtianum decentibus, quam in fide eruditum cum multis ſuæ Nationis & illius populi Optimatibus baptizavit. Aliunde conſtat, jam Regis Theodorici I. ætate *Bavaros* Chriſtianam Religionem ſuſcepiſſe, idque ex Legibus, quibus illa natio vivebat, diſpicitur. Ergo credibile eſt, Hæreticos, puta Bonoſiacos, aut Photinianos, quorum Baptismus nullus erat, irrepſiſſe, vel Regum inertium ſocordia factum, ut illi populi in Idololatriam fuerint relapſi.

Dux Theodo ad Fidem converſus S. Ruperto promiſit, ſe locum ad erigendam Cathedram Epiſcopalem daturum, Eccleſias quoque, & Clericis Domos ædificaturum. Sanctus Epiſcopus ſecundo Danubio devectus, usque ad fines Panoniæ inferioris venit, Fidem prædicans, & in reditu divertit ad urbem Laureacenſem, olim Norici Metropolim, qui lo-

cus

cus hodie *Lorch* dicitur, (*) ubi ægrotos fusis ad Deum precibus sanavit, & multos ad Fidem convertit. Cum deinde comperisset, in quodam loco, qui Juvavia dicebatur, quondam multa ædificia miræ artis stetisse, tunc pene collapsa, & natis arboribus impedita, illo ipse se contulit, locumque sibi concedi a Duce Theodone expetiit, qui eum cum Regione circumjacente ad duas Leucas extensa lubens Episcopo donavit. S. Rupertus ibidem Sede sua Episcopali fixa Ecclesiam magni decoris in honorem S. Petri cum claustro & Clericorum, id est, Monachorum Cellis extruxit, ut ibi singulis diebus officium Divinum celebraretur. Hoc Monasterium S. Petri Ordinis S. Benedicti hodieque Salisburgi, quæ urbs antiqua Juvavia est, floret; (**) at Sedes

Sæcul. VIII. A. C. 716.

S. Rupertus in Norico.

(*) Imo nec istud nomen hodie occurrit. Hübnerus in suo Lexico scribit, supereſſe rudera hujus Civitatis.

(**) His diebus, quibus hæc scribo, mense Junio anni currentis 1759. præclarum Opus, quod novissime e prælo exiit hoc Titulo: Monotessaron Evangelicum seu Historia Evangelica .... Opera & studio DD. Godefridi Kröll, Antiq. Monast. ad S. Petrum Salisburgi O. S. P. B. Abbatis. Illustratum per DD. Bedam Seeauer DD. Authoris in Abbatia immediatum Successorem

Sæcul. VIII. A. C. 716.

Episcopalis ad Ecclesiam S. Ruperti translata fuit.

Cum S. Episcopus adjutoribus indigeret, qui in vinea Domini collaborarent, in patriam suam reversus, inde adduxit viros duodecim cum Erentrude Nepte sua, Virgine Deo Sacra, cui Monasterium fundavit Sanctæ Virginis honori dicatum in monte proximo. Hinc ille ab accolis *Nunnberg*, id est, Nonnarum mons dictus; Sancta vero Erentrudis prima Abbatissa Sanctimonialibus præfuit. Interim S. Rupertus totam illam Regionem lustrabat, Ecclesias ædificabat, & Clericos ordinabat. Tandem designato sibi Successore ad cœlum evolavit anno 718. in ipsa Paschali Festivitate die vigesimo septimo Martii, quem Ecclesia ejusdem honori consecravit.

Act. to. 3. p. 348.

Martyr. R. 27. Mart.

§. XXXII.

---

rem &c. mittente Bibliopola Augustano, cujus sumptibus impressum est, avidus accepi. Sane dubium esse non potest, quin Theologiæ & Historiæ Sacræ studium in illis S. O. Nostri Monasteriis floreat, in quibus Reverendissimi DD. Præsules ad illud excolendum Religiosos tum Alumnos non solum hortatu & Gratiosis favoribus excitant, sed etiam efficaci exemplo trahunt. Plura de hoc Monasterio aliunde celeberrimo, cui nostrum ob recens & singulare beneficium devinctum est, dicere superfluum foret.

§. XXXII.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

S. Corbinianus Frisingensis.

Sanctus Corbinianus prope Parisios in loco, qui Castrus * dicebatur, natus, a prima ætate totum Deo se consecravit, & ad Ecclesiam S. Germani de Castro se recepit, ubi cum suis familiaribus Monachorum vitam ducere cœpit. Multis ad se divertentibus, ut Doctrinam audirent, & dona afferentibus, ipse non nisi ad vitam sustentandam necessaria accipiebat, & cetera erogabat in pauperes. Fama Sanctitatis ejus usque ad Pipinum Palatii Magistrum pervasit, qui Sanctum Virum rogavit, ut pro se Deum oraret, cumque Optimatum præcipui frequenter ad eum venirent, relicta Cellula, in qua annos quatuordecim exegerat, Romam profectus Summi Pontificis (quem Constantinum fuisse conjicere est) conspectum subiit. Illi S. Corbinianus animi sui angustias aperuit, & metum, ne commercium cum Sæcularibus, eorumque oblationes sibi Spiritualis ruinæ causa essent. At Papa, explorato suorum consilio, tantum lumen candelabro imponendum esse ratus, Corbinianum per omnes gradus evectum Episcopum ordinavit, Palliumque contulit & potestatem cum Benedictione S. Petri per totum terrarum orbem Fidem prædicandi.

* Chastres.

Act. SS. B. to. 5. p. 500.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

Obtemperavit Pontifici Corbinianus, etsi animus summopere reluctaretur, & reversus per totam Galliam maximo populorum, Monachorum, Clericorumque fructu prædicavit. Plurimorum haud dubie Episcoporum tepor, & Disciplinæ in Galliis ruina Pontificem impulerit, ut, insolitam alias, Missionem decerneret.

S. Corbiniano ad Pipinum, qui eum c. 7. accersiverat, eunti, latro in via occurrit, nomine Adalbertus, jam jam patibulo jungendus; cumque Vir Sanctus obtinere non posset, ut differretur supplicium, donec Pipino collocutus fuisset, reum a turba semovet, confessionem omnium suorum peccatorum ex eo elicit, atque propositum vitam emendandi & renunciandi Sæculo, tum Signum Crucis in Capite ejus & pectore format, & tandem in manibus satellitum relinquit. Inde viam suam pergit, & ad Pipinum perveniens rogat, ut sibi Adalbertum vel vivum vel mortuum donet. Impetravit, quod petebat, misitque ad locum supplicii, ubi tertio die ad vesperam adhuc vivus inventus est. Prodigio id factum omnes credidere. Adalbertus vero sincero corde conversus a suo Servatore separari noluit, fidelissimus exinde S. Viri Discipulus. Interim S. Corbinianus, honoris, quo se cum-

S. Corbinianus.

cuncti prosequebantur, impatiens, ad pristinum suum Monasterium de Castro rediit, ibique iterum annis septem versatus est. Sed fama ipsius in dies crescente Romam ire constituit, Pontificem rogaturus, ut se ab onere Episcopali liberaret, & in aliquo Monasterio sub Regimine Præpositi de manuum suarum labore vivere concederet. Sæcul. VIII. A. C. 716.

Ergo ut iter suum omnes lateret, a via publica in Galliis declinans, per Germaniam transiit, & in Noricum pervenit, ubi aliquamdiu moratus populum illum S. Ruperti laboribus nuper conversum prædicatione sua in Fide confirmavit. Perbenigne S. Episcopum exceperunt Dux Theodo, Liberi ejus, & Regionis illius Optimates, qui in primo Conversionis suæ fervore Episcopos diligebant. Dux invitatum ad se, cum diutius retinere non posset, muneribus cumulatum dimisit. Ipse Dux Theodo sub illud tempus anno 716. Indictione decima quarta Romam profectus, suæ nationis primus extitit, qui Devotionis causa ad limina Apostolorum fuerit peregrinatus. Haud diu postea Theodo e vita excessit.

Grimoaldus quoque, Theodonis filius, uni Provinciæ a Patre præfectus, S. Corbinianum iter facientem susceperat, & Doctrinæ ejus suavitate captus enixe rogabat, *Anast. in Greg. II.*

Sæcul. VIII. A. C. 716.

gabat, ne a se discederet, promittebatque, se ei in Ditione sua partem sicut Liberis suis daturum. Tandem a suis Prætorianis usque in Italiam deduci jussit.

S. Corbinianus Romam secundo perveniens anno, ut credunt, 717. in Conspectum Gregorii II. Papæ deductus, & ad pedes Sanctissimi Patris provolutus, surgere, & penes eum considere jussus est. Tum S. Episcopus donis magni pretii oblatis, omnia, quæ sibi difficilia, & suæ Salutis obstacula esse videbantur, Pontifici explicavit; honoribus se & bonis terrenis abundare, non muris, non claustris satis posse occultari. *Igitur* rogare, & inter largos fletus *obtestari*, ut Dignitatem sibi collatam Sacra Sedes *adimeret*, & in Monasterio latere, aut in silvis remotis agellum excolere liceret. Papa viri humilitatem admiratus, eo dimisso, convocavit Synodum, in qua unius omnium voce decretum, ut S. Corbinianus in opere Prædicationis perseveraret. Igitur a Papa iterum vocatus, cum præsentium argumentis nihil opponere posset, & Papæ Auctoritati resistere non auderet, Roma tristis discedens rediit in Bavariam.

vit. c. 15. & ib. Mabill.

In itinere S. Vir comprehenditur a custodibus, quibus Grimoaldus Dux mandata dederat, ne sinerent eum abire, nisi promitteret, se ad eum diversurum. Ve-

c. 18.

rum

rum S. Corbinianus, cum ad Arcem Ducis perveniſſet, miſit qui indicarent, ſe in conſpectum ejus nequaquam venturum, niſi Piltrudem, Fratris ſui Theodoaldi viduam, quam duxerat, dimitteret, & quia morem gerere detrectabat Princeps, ejus conſpectum ſubire conſtanter recuſavit, per alios continuo exhortans, ut ad pœnitentiam ſe adduci paterentur. Poſtquam diebus omnino quadraginta tenuiſſet contentio, promittentes, quod ſeparari vellent, S. Epiſcopus ad ſe vocavit. Ambo in terram proſtrati & pedes Episcopi amplexi, grave peccatum ſe admiſiſſe confeſſi ſunt. S. Corbinianus ſuper capita amborum manus imponens, & Crucis ſignum formans, in pœnitentiam eleemoſynas, jejunia, & preces injunxit. Tum Domum ingreſſus cum Principibus cibum cepit. Sedem vero ſuam Cathedralem fixit Friſingæ, quæ civitas antea Fruxina dicebatur, ædificavit Eccleſiam S. Virgini & S. Benedicto Sacram, Monachosque, qui Divinum officium peragerent, induxit. Hæc Eccleſiarum Cathedralium in Bavaria initia fuere.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

c. 20. Otto Friſing. Sing. lib. V. Ch.

§. XXXIII.

Monaſterium Montis Caſſini reſtauratur.

Sub illud tempus Gregorius II. Papa ad redu-

Sæcul. VIII. A. C. 716.

reducendam Disciplinam Monasticam in Italia nervos contendebat. Ad restaurandum Monasterium Montis Cassini ante annos circiter centum quadraginta a Longobardis vastatum misit Petronacem civem Brixiensem, qui cum Romam studio Pietatis veniisset, Institutum Monasticum amplexus fuerat. Huic Papa socios dedit aliquot Fratres ex Monasterio Lateranensi temporibus Pelagii II. Pontificis a Monachis Montis Cassini Romam confugientibus fundato. Petronax cum sua Societate ad Montem Cassinum perveniens, invenit aliquos Anachoretas, homines admodum *simplices*, in ruderibus antiqui Monasterii *habitantes*, cumque in unam *congregationem* coire placeret, Petronacem sibi postularunt in Præpositum, qui itaque a S. Benedicto Abbas numero sextus habetur. Is Monasterium collapsum erexit, veterem Ecclesiam S. Martini ampliavit, Altare extruxit in honorem S. Virginis & SS. Martyrum Faustini & Jovitæ, deposuit unius Sanctorum istorum brachium, Brixia, patria sua allatum, ubi Martyrium passi fuerant. Unde discimus, jam illo tempore in Occidente morem fuisse Sanctorum Corpora truncare. Ceterum Montis Cassini Monasterium reparatum est anno 718. & exinde extitit celeberrimum, quippe illius Regula

Sup. lib. XXXIV. §. 34.
Paul. Diac. VI. hist. c. 40
Leo Marsic. Chr. Cass. lib. 1. c. 4.

Regulæ S. Benedicti ſenſum & explicationem, tanquam ex fonte hauriendam, crediderunt. Petronacem autem in hoc opere egregie adjuverunt tres illi conſanguinei Paldon, Taſon & Taton, qui, ut ſupra vidimus, Monaſterium S. Vincentii prope fontes Vulturni, duodecim millibus, ſeu duodecim Leucis a Monte Caſſino diſtans, fundaverant. Sæcul. VIII. A. C. 716. *Sup.* §. 6.

Præterea Gregorius II. Papa Monaſteria Romana prope Eccleſiam S. Pauli, quæ jam diu in pulvere jacebant, reparavit, & Monachos invexit, qui diu noctuque Laudes Divinas cantarent. Attamen jam anno 713. in ipſa Eccleſia S. Pauli Conſtantino Papa ſedente Monaſterium Virorum exiſtebat. Item Gregorius II. Hoſpitium pro ſenibus erectum, quod poſt Eccleſiam S. Mariæ Majoris ſtabat, in Monaſterium convertit, & Monaſterium S. Andreæ, quod de Barbara dicebatur, ita deſertum, ut ne quidem unus Monachus ſupereſſet, reſtituit. Utriusque Congregationis Monachi ſingulis diebus noctibusque ad pſallendum in Eccleſia S. Mariæ conveniebant. Honeſta Gregorii Papæ Matre defuncta, Domum ſuam Deo conſecravit, & ibidem Monaſterium honoribus S. Agathæ dedicatum a fundamentis condidit, cui multas ædes in Civitate, & ruri fundos, donavit. In eadem Eccleſia S. Agathæ Ciborium *Anaſt.* *Act.* 2. *ap.* *Baro.* *an.* 713. *n.* 7.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

borium seu Tabernaculum argenteum septingentarum viginti librarum confici curavit. Item arcus argenteos sex, singulos librarum quindecim, & decem caniſtra librarum duodecim, ut alia dona silentio involvamus. Omnia dona argentea, quæ Gregorius largitus est, nongentas triginta libras, aut mille trecentas nonaginta quinque marcas exæquant.

§. XXXIV.

S. Ceolfridi Obitus.

Illa ætate Angli peregrinationibus Romanis delectabantur, & S. Ceolfridum Abbatem Viremuthensem in illa profectione fata occuparunt. Cum senectute gravis non amplius posset Discipulos suos proprio labore erudire, nec perfectum rigoris Monastici exemplum præbere, re diu multumque pensata optimum factu ipsi visum, si curaret alium eligi Abbatem, & ultimos vitæ dies Romæ transigeret, quo olim juvenis cum S. Benedicto Biscopio Magistro suo peregrinatus fuerat. Monachi quidem flentes & genua Senis amplectentes aliam ei mentem indere conabantur, sed ille discessum urgebat, veritus, ne in itinere moreretur, aut ab Optimatibus illius Regionis retardaretur. Ergo tertio die, ex quo propositum suum aperuerat, summo mane

Be. de sex Act. vit. ex Be. to. 2. Act. SS. B p. 1010. to. 3. p. 292.

mane Missa celebrata, præsentes Communionem acceperunt, tum in Ecclesia S. Petri congregatis S. Ceolfridus, stans in gradibus Altaris & thuribulum in manu habens omnibus pacem dedit. Cantatæ sunt Litaniæ, quas Fratrum gemitus interrumpebant, & omnibus Sacellum S. Laurentii, quod in Dormitorio erat, ingressis ultimum vale dixit. Demum abeuntem deduxerunt usque ad ripam fluminis cum Cruce aurea procedentes, Diaconis accensos cereos gestantibus. Ibi cunctis genua flectentibus denuo oravit, & cum sociis avectus est, in duobus Monasteriis Jaroviensi & Viremuthensi sexcentos ferme Monachos relinquens. S. Ceolfrido recedente Monachi unanimi consensu elegerunt Hucbertum Abbatem, qui illico ad S. Ceolfridum se contulit, necdum enim mare trajecerat. Ille non modo approbavit hanc electionem, sed etiam a novo Abbate litteras commendatitias ad Gregorium II. Papam accepit. Sed cum in Franciam perveniisset, morbo fractus, apud Hingonas migravit ad Dominum Feria VI. vigesimo quinto Sept. an. Salutis 716. annos natus septuaginta quatuor, Presbyteri gradu functus annis quadraginta septem, & munere Abbatis triginta quinque. (*)

Sæcul. VIII. A. C. 716.

Sepul-

(*) Hier lautet eine ganz kurze Anmerkung unsers

Sæcul. VIII. A. C. 716. Sepultus est in Monasterio Sanctorum Martyrum Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi, media Leuca ab urbe distante, quod hodie vulgo *Saint Geome*, id est, Sanctorum Gemellorum appellatur.

Eodem

---

sers Protestantens von Worte zu Worte also: Diese Rechnung ist unrichtig. Ceolfried muß entweder älter geworden seyn, oder er kann nicht so lang Priester und Abt gewesen seyn, und wenn er auch vom Mutterleibe an Priester gewesen wäre. Nun aus dieser Rechnung folget nichts anders, als daß der Heilige Ceolfried sieben und zwanzig Jahr alt gewesen seyn müsse, als er Priester geworden, und werden diese Jahre in den Act. SS. Ben. m. pag. 283. Sæc. III. Ben. eben also angesetzet. Dieses ist das letzte Meisterstück unsers Uebersetzers in seinem sechsten Theile. Denn ich sehe keine Anmerkung mehr.

Wie muß aber einem ehrlichen Protestanten, wenn ihn nicht gar das Vorurtheil so blind als ein Stück Holz gemacht hat, zu Muthe seyn, da er in der Uebersetzung der Kirchengeschichte immer von Einweihung der Bischöffe und Priester, von Concilien, in welchen alle Gebräuche der Römischen Kirche bestätiget werden, von der Gewalt der Römischen Päbste, welche die ganze Kirche anerkannt, von Missionen und Bekehrungen der Heyden, sonderlich in Deutschland, welche alle durch die Veranstaltung der Römischen Päbste geschehen, von der Stiftung so vieler hundert Klöster, vom Fasten, von der Enthaltung, vom Gebeth für die Abgestorbenen, von der heiligen Messe ꝛc. zu schreiben hat!

Eodem anno 716. Monachi Hiberni in Insula Hya tandem relicto Schismate Consuetudinem Ecclesiæ Catholicæ de celebrando Paschate & Tonsura Ecclesiastica receperunt. Ad hanc concordiam reducendam usus est Deus opera Sancti Egberti Angli, qui in Hibernia vitam Monasticam amplexus fuerat; cum enim ad Monasterium Hyanum venisset, & Sæcul. VIII. A.C. 716.

Be. V. hist. c. 23. Elog. to. 3. SS. Ben. p. 489.

hat? Sollte es ihm wohl niemal zu Sinne kommen, daß die Römische Katholische Gemeinde die wahre Kirche Christi gewesen sey, weil man keine andere, die sichtbar gewesen wäre, bestimmen kann? Es antwortet zwar der Herr Johann Mosheim in seiner Vorrede zu der Geschichte der Schlangenbrüder, wenn es GOtt gefallen hat zuzulassen, daß seine Kirche nach den ersten Jahrhunderten unsichtbar geworden bis auf Luthers Zeiten, so könne gleichwohl nur ein Unsinniger von den Protestanten verlangen, daß sie wegen der Verfügung GOttes Rechenschaft geben sollten. So wohl! ich frage aber: hat Christus der HErr wollen eine sichtbare Kirche bauen, warum hat er zugelassen, daß sie so viele hundert Jahre unsichtbar verblieben? hingegen hat er wollen eine unsichtbare Kirche stiften, warum ist sie, nach dem Geständnisse des Herrn Mosheim selbst, die ersten drey Jahrhunderte und hernach von Luthers Zeiten her sichtbar gewesen? oder hat vielleicht Christus wollen eine Kirche stiften, welche bisweilen sichtbar, bisweilen unsichtbar seyn sollte? Diese Antwort, Herr Mosheim, könnte schlechter nicht seyn.

Sæcul. VIII. A. C. 716.

& honorifice exceptus fuiſſet, vir eruditiſſimus & zelo plenus bonis his Monachis facili negotio perſuaſit, ut perverſam ſuam Traditionem abjicerent. Eodem tempore Regulam S. Benedicti recepiſſe creduntur. S. Egbertus poſtmodum annis tredecim in hac Inſula commoratus diem obiit anno 726. in Feſto Reſurrectionis Domini vigeſimo quarto Aprilis, quo die Eccleſia ejus memoriam celebrat.

Mart. Rom. 24. *Apr.*

§. XXXV.

S. Bonifacii Moguntini initia.

Act. SS. Bo. to. 4. p. 1. &c. 89.

Non aliud majus lumen illa ætate Eccleſia Anglicana habuit, Sancto Bonifacio Germaniæ Apoſtolo, qui in Saxonia Occidentali, atque ut creditur, Kirtoni in Comitatu Devoniæ circa annum 680. in lucem editus, & Anglica lingua *Owinfrid* vocatus, puerulus Inſtitutum Monaſticum, in illo loco, in quo hodie urbs Exonia ſtat, amplexus eſt. Inde ad Monaſterium Nuſcellenſe, ubi Muſæ ſtudioſius excolebantur, translatus, Grammaticæ, Poeticæ, & Interpretationi Sacrarum Scripturarum tam ſecundum ſenſum Hiſtoricum & Litteralem, quam Spiritualem, operam dedit, & mox ipſe ad docendos alios admotus eſt. Exinde annum agens trigeſimum anno Incarnationis circiter 710. jubente Abbate ſuo Presbyter

byter ordinatus majore quam antea zelo conversioni populorum, & animarum Saluti incubuit. Cum aliquando urgente necessitate illius Provinciæ Episcopi non expectatis Berthualdi Archiepiscopi Cantuariensis Mandatis in Synodum convenissent, missus est ad eum ex licentia Regis Inæ Owinfridus Presbyter, qui hujus rei rationem redderet, atque ex eo tempore sæpe ab Episcopis congregatis ad Synodum vocatus est. Sæcul. VIII. A. C. 716. c. 4.

Ipse vero humanis laudibus nullatenus delectatus, statuit patriam relinquere, & conversioni Infidelium insudare; igitur postquam consensum Abbatis & Congregationis ægre impetrasset, comitantibus duobus Monachis discedens, circa annum 716. in Frisiam delatus est. Verum cum videret bellum exarsisse inter Carolum Francorum Principem, & Regem Radbodum, qui in Frisia, antea Francis subjecta, Idololatriam revexerat, & Christianos persequebatur, venit Owinfridus Ultrajectum cum ipso transacturus, & intelligens, nihil pro Fidei incremento in illa Regione agi posse, in Angliam cum sociis revectus ad Monasterium suum Nuscellense rediit.

Radbodus Rex Frisonum S. Wulframum fidem prædicantem auscultaverat, & Baptismum recepturus erat. Jamque pedibus fontes contingebat, cum obse- *Sup. n. 2. c. 9. vita S. Wulf. to. 3. Act. SS. Ben. p. 361.*

Sæcul. VIII. A. C. 719.

cravit S. Episcopum, ut sibi diceret, ubi jam esset major numerus Regum Principumque, qui Frisonum nationi imperaverant, an in Paradiso, quem sibi ipse pollicebatur, delectarentur, vel in inferno, quem comminabatur, torquerentur.

Radbodi Quæstio.

Cave ne te ipsum, O Rex! fallas, respondit S. Wulframus, *Principes Antecessores tui, qui ad Baptismi Gratiam non pervenerunt, certissime damnati sunt; sed quicunque amodo crediderit, & baptizatus fuerit, cum JEsu Christo æternis gaudiis fruetur.* Tunc Radbodus pedes e fontibus baptismalibus retrahens dixit: *A me ipso impetrare non possum, ut societatem Principum Antecessorum meorum deseram, & cum paucis pauperibus illud Regnum Cœleste adire velim. Nequeo novæ Doctrinæ fidem adhibere; malo antiquam Nationis meæ Religionem sequi.* Et quidquid S. Wulframus opponeret, eum ab ista sententia dimovere non potuit, interim multis aliis Frisonibus Fidem amplectentibus.

Nihilominus post aliquod temporis spatium petiit, ut ad se veniret S. Willebrordus in eadem Regione tunc prædicans, quem cum S. Wulframo consuleret, qua ratione fieri posset, ut Christianus esset, & antiquam Religionem non abjiceret. S. Willebrordus legatis ejus respondit: *Postquam Princeps vester Fratri*

Fratris noſtri S. Epiſcopi Wulframi monita reſpuit, quomodo me auſcultabit? Vidi eum hac nocte alligatum ignita catena; proinde nullus dubito, quin jam in æterna damnatione ejulet. His dictis S. Willebrordus itineri tamen ſe dedit, Regem Radbodum aditurus; ſed in via comperit, eundem ſine Baptiſmo mortuum eſſe, & ſtatim viam relegit. Hæc anno 719. contigerunt. Sæcul. VIII. A. C. 719.

At S. Wulframus poſtquam in Friſia annis quinque prædicaſſet, Gerico ſibi in Succeſſorem in Eccleſia Senonenſi ordinato ad Abbatiam Fontanellenſem reverſus, ibidem dies ſuos ſanctiſſime clauſit anno 720. vigeſimo Martii, quo Eccleſia ejus memoriam honorat. *Mart. Rom. 20. Mart.*

Haud ita longo tempore Owinfridus Presbyter poſt reditum in Monaſterio ſuo Nuſcellenſi fuerat, cum mortuo Abbate Congregatio ipſum eligere voluit; quam Dignitatem recuſans, cum Epiſtolis commendatitiis Epiſcopi ſui Romam profectus eſt. Erat autem Epiſcopus Vintonienſis Daniel tam virtutum ſplendore quam Doctrina celebris. Ubi Owinfridus Romam pervenit, & Gregorii II. Papæ conſpectum ſubiit, ſanctiſſimo Patri expoſuit deſiderium ſuum, converſioni Infidelium inſudandi. Papa hilari vultu accedentem intuitus interrogavit, an Epiſtolas Epiſcopi ſui habe- *vit. c. 5.*

Sæcul. VIII. A.C. 719.

ret. Tunc Owinfridus Epistolam, quam pallium tegebat, obsignatam & ad Papam directam producit, alteramque apertam, nempe communem & ad omnes Christianos commendatitiam secundum consuetudinem, cujus meminimus, cum Formulas Marculfi attulimus. Tunc Pontifex nutu significavit, ut digrederetur, & lectis morose Episcopi Danielis Epistolis, sæpius deinde cum Owinfrido miscuit colloquia, dum tempus adveniret, nimirum vernale, quo profectionem exordiretur. Cum illud adesset, Reliquias abituro dedit, & Mandata prædicandi Evangelium omnibus nationibus infidelibus, ad quascunque deventurus esset. Item Infideles baptizandi juxta Ritum Ecclesiæ Romanæ. Jussus est etiam Papam per Epistolas monere, si quid ad negotium sibi commissum feliciter perficiendum deesse videretur. Hæc Epistola decimo quinto Maji, anno Leonis Imperatoris tertio Indictione secunda, id est, reparatæ Salutis 719. data est.

Ap. Bonif. ep 33. *Sup. Lib. XXXIX.* §. 28.

vit. per Othl. l. 1. *c.* 9. *epist.* 1. *Greg. tom.* 6. *Conc. p.* 1437.

S. Bonifacius prædicans.

Cum hac Epistola Owinfridus primo in Longobardiam delatus, & a Rege Luitprando honorifice exceptus est. Inde Bavariam peragravit, tum in Thuringiam veniens Mandata sua de Fide prædicanda implere cœpit. Ergo Fidem Principibus & populo annunciabat, ut

omnes

omnes ad cognitionem veræ Religionis, in his Provinciis depravatæ & perversorum Doctorum perfidia pene extinctæ reduceret. Quamvis enim aliquos Episcopos & Presbyteros in Dei servitio fervidos inveniſſet, erant tamen & alii, vitio incontinentiæ inquinati, quos ad vitam ſecundum Canones inſtituendam maxima, qua valebat, dicendi vi exhortabatur. Sæcul. VIII. A. C. 719.

Inter hæc comperta Regis Radbodi in Friſia morte vehementer gaudebat, viam ibi ad prædicandum Evangelium eſſe apertam, atque illico ſe illuc contulit cum S. Willebrordo in pio labore operam juncturus ſub Tutela Caroli Principis, jam Friſiæ imperantis. Felix hoc nuncium communicavit Bugæ, ſeu Erdburgæ Abbatiſſæ in Regione Cantiorum, rogans eam, ut ſibi Acta Martyrum mitteret. In Epiſtola reſponſoria rogat Abbatiſſa Owinfridum, ut Miſſas offerat pro anima cujusdam ſibi propinqui defuncti, mittitque ſolidos aureos quinquaginta & tegumentum Altaris. Owinfridus tribus annis cum S. Willebrordo in Friſia laborans multos populos convertit, templa & Idola evertit, Eccleſias ædificavit.

Cum S. Willebrordus ſenio debilis Owinfridum ſibi in Succeſſorem exoptaret, recuſavit ille, atque S. Epiſcopo ve-

Sæcul. VIII. A. C. 719.

hementer instanti tandem objecit, sibi a Summo Pontifice destinatum fuisse Prædicandi munus apud nationes Germaniæ Orientalis, rogavitque, ut, quod promisisset, implere liceret. Itaque S. Willebrordo consentiente, sibique suam Benedictionem impertiente, Owinfridus illico itineri se dedit, atque in quemdam locum in Hassia vulgo *Amanaburch* seu Omenburgum dictum pervenit, ubi duo Fratres Arcis Domini, licet nomen Christianorum gererent, Idolis serviebant. Hos Vir Sanctus cum magna populi multitudine convertit, & Monasterium in loco sibi a duobus Dominis donato extruxit. Inde ad fines Hassiæ, qua Saxoniam contingit, divertens multa Infidelium millia convertit & Sacro Baptismo abluit.

vit. c. 7.

§. XXXVI.

S. Gregorii Ultrajectensis initia.

In hoc itinere Owinfridum comitabatur Juvenis nomine Gregorius, exinde inter S. Viri Discipulos insignis, natus ex nobili Francorum genere, filius Alberici, cujus mater Adela seu Adula ex Regge Dagoberto II. genita erat. Owinfridus, cum ex Frisia in Hassiam digrederetur, Palentiam, lingua vulgari *Fulda* prope Treviros perveniens, ubi Adela Monasterium, cui Abbatissa præerat, funda-

vit. to. 3. Act. SS. Ben. p. 321. v. tom. 3. p. 532.

fundaverat, omnibus Charitatis officiis recreatus est. Postquam Sacris, quod ferme singulis diebus solebat, operatus fuerat, cum Abbatissa ejusque familia ad capiendum cibum assedit, & ad mensam Scripturam Sacram jussus est legere Gregorius, adolescens quindecim ferme annorum, nuper scholas & ephebos egressus, adhuc dum laicus. Huic igitur datus est Evangeliorum liber, & accepta benedictione legere incipiens, lectoris officium egregie implevit. Tunc ad eum Presbyter: *Bene legis, fili mi! si etiam, qui legis, intelligis.* Respondit ille, se id non ignorare, & lectionem prosecutus est. Presbyter legentem interpellans ait: *Fili mi! non istud quæro, sed volo, ut, quæ legis, in patria tua lingua mihi explices.* Juvene fatente, quod id non posset, S. Presbyter dixit: *Vis, ut ego explicem?* respondit que puer: *Oro, ut facias!* Tunc Owinfridus! *Repete, quæ legisti, voce distincta.* Indeque captata occasione Abbatissam & totam illam familiam Verbum Dei edocuit. Hic dispicimus, Sacras Scripturas in lingua latina fuisse lectas. Sæcul. VIII. A. C. 719.

Gregorium Owinfridi sermones usque adeo commoverunt, ut Abbatissam Aviam suam adiret, & profiteretur, se velle cum Viro Sancto proficisci, a quo S. Scripturarum sensum disceret, & ejus

Disci-

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Discipulus fieret. Renuit primum Abbatissa nolens, ut virum sequeretur sibi ignotum, cum etiam nescirent, quo iturus esset. At Gregorius: *Si equum mihi non concedis, pedibus sequar.* Tandemque constantissime id flagitanti datis equis famulisque permisit, ut abiret.

Ceterum difficillima profectio fuit præsertim adolescenti paternæ domus deliciis assueto, nam in Thuringiam pervenientes eam a Saxonibus, vicinis populis, & Deorum cultoribus, incensam & vastatam habuerunt. Tanta paupertas premebat incolas ut vix ossibus hærerent, quippe annona parcissime & ex remotis locis afferebatur. Itaque Missionarii labore manuum suarum laborare cogebantur. Sæpe Infidelium imminentium metus, eos intra urbis mœnia cum indigenis se recipere compellebat, ubi arctissima erant omnia, & multo tempore opus erat, donec colligerentur copiæ repellendis hostibus pares.

§. XXXVII.

S. Bonifacius Episcopus.

Cum in hunc modum Owinfridus aliquamdiu pio labori insudasset, uno suorum cum Epistola Romam misso, Pontifici Missionis suæ rationem reddidit, & in quibusdam rebus arduis consilium expetiit. Papa dato responso Owinfridum

dum invitavit, ut in Italiam rediret. Ille morem gessit & comitantibus aliquot discipulis secundo Romam venit. Ubi ad Papam delatum, Sanctum Virum adesse, jussit, ut in Domo Hospitum omni obsequiorum genere foveretur. Tum ad se vocatum de Fide Ecclesiæ Catholicæ interrogat. Petiit Owinfridus moram, qua Confessionem Fidei suæ conscriberet, eamque deinde attulit. Elapsis paucis diebus reddidit eam Papa, & penes se considere jussum hortabatur, ut hanc Doctrinam semper servaret, & alios doceret. Tota ferme illa dies inter mutua colloquia quæstionesque de Religione & Infidelium conversione consumpta est. Sæcul. VIII. A. C. 723.

Tandem Pontifex propositum sibi esse aperuit, eum illis populis Pastore destitutis Episcopum dare. Obediit S. Presbyter, & futuræ ordinationi præstituta Dies est ultima Novembris anno 723. S. Andreæ sacra; simul Papa aliud ordinato nomen imposuit, quo orbi innotuit; nempe Bonifacium appellavit. Juramentum quoque ab eo exegit, anno septimo Leonis Imperatoris, Indictione sexta, nimirum eodem anno 723. datum, quo promittit, se Fidei puritatem & unitatem Ecclesiæ servaturum, Summo Pontifici semper consensurum, ipsius & Ecclesiæ Romanæ Prærogativas defensurum, cum *Ap. Othlon. lib. 1. 14.*

Epis-

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Episcopis Canones non observantibus non communicaturum, eos pro viribus cohibiturum, aut ad Papam delaturum. Hoc juramentum manu sua scriptum supra Corpus S. Petri deposuit; unde dispicitur, quod in Ecclesia Vaticani ordinatus fuerit.

Ap. Othlon. c. 16. 17. & tom. 6.

Papa vero S. Bonifacio dedit Librum Canonum, ut Prædicationis & Regiminis normam haberet, tradiditque sex Epistolas, quarum prima ad Carolum Martellum data erat. In ea Principis favoribus commendat Bonifacium Episcopum, ad Infideles, Rheni oras, ad Orientem positas, incolentes missum.

Conc. Ep. 2. 34. &c. p. 1439. &c.

Quippe Franci ultra hunc fluvium in Germania late dominabantur. Secunda Epistola directa est ad omnes Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Duces, Comites, omnesque Christianos, quos Papa hortatur, ut Bonifacium & Socios ipsius benevole excipiant, alimenta & cetera omnia necessaria præbeant. Econtra Anathematis pœnam comminatur illis, qui ejus Ministerio adversati fuerint.

S. Bonifacius Germaniæ Apostolus.

Hæc Epistola primo Decembris anno 723. postridie Ordinationis Bonifacii data est, unde conjicere est, reliquas quinque eodem die fuisse datas. Epistola tertia directa est ad populum & Clericos, quos Bonifacius recturus erat, & in ea præ-

præscribuntur Regulæ, quas eum in Munere suo observare oportebat. Sunt vero eædem de verbo ad verbum, quæ in Mandatis ad Bavaros anno 716. missis continentur. Epistola quarta data est ad Thuringios, & inprimis ad quinque Principes, qui singuli nominantur. His gratulatur Pontifex, quod Idolorum Cultoribus se ad pristinam superstitionem revocantibus fortiter restitissent, ad perseverantiam, & obedientiam Ecclesiæ Romanæ atque Bonifacio præstandam exhortatur. Epistola quinta data est ad totum populum Thuringiæ, id est, ad Infideles, quos Papa excitat, ut se convertant, Doctrinam Bonifacii recipiant, baptizentur, Pastori suo Domum, & sibi ipsis Ecclesias ædificent. Ultima data est ad omnem populum priscorum Saxonum. Ita appellabantur Saxones in Germania, ut ab illis, qui in Magnam Britanniam navigaverant, discernerentur. Hos Pontifex hortatur, ut Idololatriam abjiciant, eisque Bonifacium, quantum potest, commendat. Conjectura est, S. Episcopum qui populorum istorum indolem exploraverat, has Epistolas dictasse, cum sciret, quantum bonum inde sperandum esset. (*)

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Sup. n. 27.

§. XXXVIII.

(*) Deutschland ist nach GOtt ohne Zweifel den

Sæcul. VIII. A. C. 723.

§. XXXVIII.

S. Lambertus Leodium transfertur.

Sub illud tempus S. Huberto Episcopo Trajectensi ad Mosam plures visiones narrabantur, erantque qui dicerent, his S. Lam-

---

den heiligen Männeren Rupert, Corbinian, Bonifacius nebst andern grossen Dank schuldig für ihre so beschwerliche als nützliche Arbeit, mit welcher sie das Licht des wahren Glaubens in diese Provinzen gebracht. Nichts destoweniger weil sie Mönche waren, und im ehelosen Stande gelebet, gehören sie nothwendig zu demjenigen Stande der Menschen, von welchem sich unser protestantische Uebersetzer in seinen Anmerkungen zu schreiben angemasset; es sey ein Stand, mit welchem GOtt dem HErrn nicht gedienet werden kann, ja wohl gar ein Stand, welchem der heilige Paulus (er saget aber nicht in welchem Orte) schon längst einen Schandfleck angehänget.

Ferner waren diese heilige Heydenbekehrer in der Gemeinschaft mit der Römischen Kirche, sie waren von der Römischen Kirche zum Predigen berufen, sie lehreten nebst andern Glaubenslehren, daß man einem Römischen Pabste den Gehorsam schuldig sey. So sind also die Voreltern der Herren Protestanten in Deutschland, als solche den Glauben JEsu Christi angenommen, in der Gemeinschaft mit dem Römischen Stuhle gewesen, und dieses in einem Jahrhunderte, da die Römischen Päbste ihren Obergewalt in Orient

und

S. Lambertum Antecessorem ejus indicare, quod Trajecto Leodium denuo transSæcul. VIII. A.C. 723.

Sup. n. 16. Act. SS. Beto. 3. p. 70.

und Occident ausgeübet, und in verschiedenen Stücken der Lehre (nach der Meynung unsers Protestantens) das Verderben schon längst eingeschlichen war. Warum haben sich denn also die Nachkömmlinge dieser ersten deutschen Christen von der Römischen Kirche abgesöndert, wenn wir auch setzen, daß die Sitten der Geistlichkeit sich verschlimmert, und einige Mißbräuche nicht, wie es hätte geschehen sollen, abgeschaffet worden? Denn wäre die Römische Kirche die wahre Kirche Christi nicht gewesen, so wären die Voreltern der Herren Protestanten niemal Rechtgläubige geworden; ist aber die Römische Kirche die wahre Kirche Christi gewesen, wie haben sich die Protestanten im sechszehnten Jahrhundert von dieser Kirche absöndern können, und dannoch Rechtglaubige verbleiben? Unser Uebersetzer, welcher saget, das Verderben in der Lehre habe vor der Zeit eines heiligen Bonifacii schon eingerissen, kann auf dieses keine auch nur erträgliche Antwort geben. Allein es kann niemand darthun, daß die Römische Kirche jemal einen irrigen Satz, und der nicht in der heiligen Schrift wäre gegründet gewesen, gelehret habe. Denn wie soll es ein Protestant iemal erweisen? entweder durch die Schrift, oder durch die Auctorität und das Zeugniß der Kirche? Durch die Schrift kann er es nicht darthun, er hätte dann vorher erwiesen, daß er den Sinn der Schrift besser verstehe als

Sæcul. VIII. A.C. 723.

ibid. p. 81.

transferri vellet. Quippe miracula in illa domo, in qua interfectus fuerat, patrata Fideles permoverant, ut ibi Ecclesiam ædificarent. S. Hubertus ne levitatis notam incurreret, re mature pensata, jejunium indixit, cumque Dei voluntatem sibi cognitam esse crederet, convocatis vicinis Episcopis Corpus S. Lamberti maxima pompa transtulit anno Pontificatus sui tertio, Incarnationis Dominicæ 721. quod sepultum est in ipso loco, ubi Martyrium passus fuerat. Ibidem postea devoti Fideles magnifici operis Ecclesiam ædificarunt, & magna, quibus Sepulchrum Sancti Episcopi effulsit, prodigia ingentem populi *multitudinem* attraxerunt. Ita Leodium seu *Liege* antea obscuri nominis pagus una Leuca a Tungris in amœna valle situs excrevit in amplam Civitatem, & deinde Sedes Epis-

die Katholicken. Durch das Zeugniß einer Kirche auch nicht, denn ein Protestant kann sich nur auf die Schrift allein gründen. Zum Exempel Luther und Zwinglius zanken sich wegen der Gegenwart Christi im heiligen Sacrament. Welcher hat recht? Welcher hat unrecht? Auf die Schrift beziehen sich beyde, und wird dadurch nichts entschieden. Ihr persönliches Zeugniß, da nur privat Personen, ist von keiner Erheblichkeit. Das Zeugniß der Römischen Kirche verwerfen sie, und kein anders hat ihnen GOtt geben wollen, die Welt aber geben können.

Episcopalis, sicut olim Tungris Trajectum, ita tunc Trajecto Leodium translata. Sæcul. VIII. A. C. 723.

§. XXXIX.

Concilium Romanum.

Tempore quo S. Bonifacius adhuc in Frisia versabatur, Gregorius II. Papa Romæ Concilium in Ecclesia S. Petri, anno quinto Leonis Imperatoris, & Filii ejus Constantini secundo, quinto die Aprilis, Indictione quarta, anno salutis 721. celebravit. Constantinus anno 719. natus, cum in Festo Nativitatis Domini a S. Germano Patriarcha Constantinopolitano baptizaretur, fontem Sacrum suis excrementis inquinavit, unde cognomentum Copronymi sortitus est. Anno sequente jubente Patre in die Resurrectionis trigesimo primo Martii coronatur. *to. Conc. p. 1455.* *Theoph. p. 3. p. 335.*

In Concilio Romano præter Papam, qui præerat, interfuere viginti duo Episcopi, & inter illos tres exteri, nimirum Sinderedus Hispanus, qui, ut divimus, ex Archiepiscopatu Toletano fugerat, Sedulius Scotus ex Magna Britannia, & Fergustus Pictus ex Scotia. Omnes quoque Clerici Romani aderant. Pontifex ad Patres præfatus dixit, quod aliqui de populo Christiano Sacratas Deo fœminas, & propinquas temere conju- *Id. an. 4.* *Sup. n. 25.*

Sæcul. VIII. A. C. 723.

gio sibi sociarent. Episcopi respondérunt, omnes criminis hujusmodi reos sive Romanos sive Longobardos aut cujuscunque demum Gentis anathematis pœna esse emendandos. Tum Papa ante Beatissimi Petri Corpus sedens Sententiam, quæ Canones septendecim complectebatur, pronunciavit. In primo statuitur. Si quis Presbyteram in conjugium duxerit, anathema sit! & respónderunt omnes tertio; anathema sit! Ita Episcopi ad singulos Canones respónderunt. Presbyteræ autem dicebantur, quarum viri in Presbyteros ordinati fuérant, nec licebat eis alteri nubere, etiam marito defuncto. Qui duxerit *Diaconissam*, qui Monacham, qui *commatrem* spiritualem, uxorem fratris sui, neptem, novercam, aut nurum, consobrinam, cognatam vel affinem, Anathema sit! si quis viduam, aut virginem rapuerit, Anathema sit! Anathema nominatim pronunciatur contra quemdam Hadrianum & Diaconam Epiphaniam, qui *violata* juramenti fide, conjugium illicitum inire ausi fuerant. Atque Anathematismus ad conscios quoque extenditur. Qui Hariolos, Aruspices consuluerit, qui incantatores observaverit, aut Phylacteriis usus fuerit, damnatur. Item qui Oliveta Ecclesiæ contemptis litteris Apostolicis usurpaverit, & demum Cleri-

c. 14. 15. 16.

c. 12. 13.

ci

ci comam nutrientes. Huic Concilio non solum Episcopi, sed etiam Presbyteri quatuordecim & Diaconi quatuor subscripserunt. Sæcul. VIII. A. C. 723. c. 17.

§. XL.

Translatio S. Augustini.

Sub idem tempus, nimirum, ut creditur, anno Christi 722. cum ad aures Luitprandi Regis Longobardorum fuisset delatum, sepulchrum S. Augustini, cujus Reliquiæ tempore persecutionis Vandalicæ translatæ fuerant, a Saracenis tunc in Sardinia dominantibus profanari, rei indignitate commotus, & Petri Episcopi Ticinensis hortatu impulsus, Legatos in Sardiniam cum magna auri argentique vi misit, qui Sanctissimi Viri Corpus redimerent, & Ticinum, ubi Rex residebat, afferrent. His mandatis perfectis, S. Augustini Reliquiæ depositæ sunt in Ecclesia Monasterii S. Petri, quæ Regis sumptibus extra urbem ædificata ab incolis *Cælum aureum* dicebatur. Verum jam Sæculo sequente a S. Augustino nomen nacta est. Translationis hujus memoria vigesimo octavo Februarii celebratur. *Act. SS. Bet. to. 3. p. 437.* *Paul. Diac. IV. Hist. c. 48. 58.* *Mart. Rom. 28. Febr.*

§. XLI.

Pelagius Rex Asturiæ.

In Hispania, etsi Musulmanni ubique ferme rerum potirentur, in illo tamen

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Regno ſicut in ceteris eorum Ditionibus Religio Chriſtiana utcunque tolerabatur. Imo aliqua Chriſtianorum pars ipſis ringentibus nunquam jugum ſubiit. Nempe in Aſturiæ montibus Regem ſibi elegerunt Pelagium Favilæ Filium e Regia Gothorum ſtirpe ortum, cujus Regnitium æra 756. ſeu anno Redemptionis noſtræ 718. ponitur. Chriſtiani ad Aſtures fugientes Arculam Reliquiis plenam ſecum tulerunt, quam exinde tanquam condendæ novæ Reipublicæ præſidium habuerunt. Narrabant hanc Arculam Heraclii Imperatoris & Siſebuti Regis temporibus Jeroſolyma *fuiſſe* allatam, quam nempe Presbyter, *nomine* Philippus, ut eam a direptione Perſarum ſervaret, in Africam transvexiſſet, & Africa ab Infidelibus occupata quidam Epiſcopus, cui nomen Fulgentius, in Hiſpaniam & urbem Carthaginem novam Æra 659. ſeu anno 621. transtuliſſet. Diu abhinc eadem Arca Toletum delata, ibi usque ad Muſulmannorum adventum fuit; tunc autem inde ablata & Oveti tanquam loco inter hos montes tutiſſimo Æra 773. anno 735. depoſita.

Sebaſt. Salmant. init.

Sup. Lib. XXXVII. §. 10.

Saraceni comperta Pelagii electione Alcamanum e Ducibus ſuis unum & Oppam Epiſcopum Hiſpalenſem Regis Vitizæ filium, qui communicatis cum hoſte clan-

clandestinis consiliis rem Gothorum pessum dederat, ad eum miserunt. Hi munera deferebant, sequente validissimo exercitu. Ubi Pelagio nunciatum Barbaros imminere, in cavernam, quæ hodie *Cavadonga* dicitur, se recepit, quam illico hostium agmina undecunque incluserunt. Oppa Episcopus Pelagio accedens dixit: *Non ignoras, Frater mi! universis Hispaniæ viribus Arabum vim depelli non potuisse; quomodo ergo id te posse speres ferarum more in specu latitantem? Bonum, quod suggero, consilium amplectere. Ad fœdera descende, & omnibus tuis ditionibus frui tibi dabitur.* Pelagius respondit: *Speramus, ex hoc parvo specu, quem vides, Salutem Hispaniæ, Gothorumque potentiam postliminio processuram. Deus castigatos non abjiciet, sed Misericordiæ memor erit. Hinc immanem Infidelium multitudinem non formidamus.*

Sæcul. VIII. A. C. 723.

His Episcopus ad Arabum exercitum conversus, inquit, *Movete gradum, vi opus est; nam isti homines ad pacem habendam cogendi sunt.* Ergo fundibularii imbrem lapideum effundunt, & vario armorum genere Christianos aggrediuntur. Sed rupes, sub qua Christiani utpote Sanctæ Virgini Sacra pugnabant, excussos lapides sagittasque in Infideles rejiciebat. Erumpunt Christiani, ingentem

Sæcul. VIII. A. C. 723.

gentem Saracenorum ſtragem edunt, inter alios Alcamanum huic bello præfectum occidunt, Oppam Archiepiſcopum capiunt, reliquos in fugam vertunt, ex quibus multi cum ſub monte aſylum quæſiviſſent, immanis ſaxi mole, incertum qua vi, avulſa tum attriti, tum in ſubterfluentem præcipitati ſunt. Tantam victoriam omnes Chriſtiani prodigio ſimilem habuerunt. Sub idem tempus Chriſtiani profligarunt immiſſum agmen a Munuza, ex illis quatuor Ducibus uno, qui primo Hiſpaniam ſub jugum miſerant, & in hac ipſa Provincia Aſturiæ Arci Gionenſi Præfecto. Ipſe Munuza cæſus, ejusque copiæ usque adeo deletæ, ut nec unus Arabum ſuperfuerit, in ſinu illorum montium, qui illa tempeſtate etiam Pyrenæi, æque ac illi, qui Franciam ab Hiſpania dividunt, dicebantur. Tum vero Chriſtiani colligi & congregari, devaſtatas urbes civibus replere, & Eccleſias reſtaurare cœperunt gratias Deo optimo agentes.

Eodem tempore tam pietatis quam Doctrinæ laude præſtabant Fridericus Epiſcopus Accananus in Bætica, Urbanus Archiepiſcopus Toletanus, & Evantius ejusdem Eccleſiæ Archidiaconus, medios inter Infideles veræ Religionis fortiſſimi Defenſores.

At

At quidam Episcopus, nomine Anambadius, juvenis & optimæ formæ, jubente Munuza Arabum Duce vivus flammis traditus est. Hic Munuza, qui plures Christianos neci dedit, ab illo Munuza, de quo paulo superius loquebamur, alius est. Sæcul. VIII. A. C. 723.

§. XLII.

Christiani sub Musulmannis persecutionem patiuntur.

Christiani etiam in Oriente persecutionem patiebantur. Califa Solimannus anno Hegiræ 99. JEsu Christi 717. e vita decessit, habuitque Successorem Omarum, propinquum suum. Solimanno regnante Masalmas seu Mussima frater ejus Constantinopolim obsedit; sed obsidionem solvere probrose coactus est 15. Aug. 718. postquam tota classis periit. Quod Græci S. Virginis Interceſſioni in acceptis retulerunt. Eodem anno, cum validus terræ motus Syriam concussisset, inde Califa Omarus, captata occasione, lege promulgata cavit, ut in urbibus omnes vino abstinent. Idem multos Christianorum pervertit; nam Apostatas a dandis tributis eximebat, & constantes in Fide morte afficiebat. Hinc multi Martyrii Coronam adepti. Item prohibuit, ne testimonium hominis Christiani contra Mu- *Theoph. p. 334.*

Sæcul. VIII. A.C. 723.

sulmannum reciperetur, deditque ad Imperatorem Leonem Epistolam Dogmaticam, persuasurus, ut Religionem Mahometis amplecteretur. Quippe nemo Omaro superstitioni Mahometanæ addictior fuit. Ipse consuetudinem, juxta quam ejus Antecessores Ali anathema dicebant, abolevit. Post ejus mortem in ipsius intimo conclavi inventus est funis suspensus, quo orando defatigatus corpus sustentabat.

Elmac. c.15.

Elmac. c.15. p.77. v. Bibl. Orient. Demschal. p. 191. &c. Jahia. p.741

Christiani Civitatis Damascenæ Omarum adierunt, querentes, quod ejus Antecessor sibi Ecclesiam S. Joannis eripuisset, cum magnum Musulmannorum templum conderet, & exhibentes Epistolam Chaledi, qui Musulmannorum nomine Damascum primus occupaverat, quibus fidem dabat, Christianorum Ecclesias nec claudendas nec destruendas esse. Omarus eandem pecuniam, nimirum quadraginta millia *Dinars*, quam Ovalidus dare voluerat, obtulit; sed Christiani eam accipere recusantes obtinuerunt, ut spatium, quantum Ecclesiæ fuisset, sibi redderetur, nam templum veteri Ecclesia majus erat. Id factum Musulmannis non probabatur, & aliquis eorum objecit, pacta cum Chaledo inita ad illam solum urbis Damasci partem pertinere, quæ acceptis conditionibus ultro deditionem feciſſet, in altera vero civi-

Sup. n. 12.

tatis

tatis Regione, quæ armata manu superata fuisset, Ecclesiarum omnium possessionem Musulmannis vindicari debere. Postquam diu multumque litigatum, inter partes convenit, ut possessio totius Ecclesiæ S. Joannis Musulmannis competeret, ceteræ autem Ecclesiæ omnes Christianis concederentur. Hoc pacto inito litteras hujus rei testes Omarus Christianis dedit, quæ etiam ad Monasteria extra urbem & Ecclesias vicinas conventionem hanc extendebant. Ceterum Omarus, cum non plus annis duobus & mensibus quinque regnasset, anno Hegiræ 101. JEsu Christi 720. fatis functus est.

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Musulmanni.

Theoph. an. 4 p. 336.

Successit *Yezid*, Abdelmerici filius, Solimanni frater, qui regnavit annis quatuor. Anno Regni ejus secundo extitit aliquis Sycophanta Syrus, qui dicens, se esse Messiam Filium Dei, Judæis illusit.

Elmac. c. 16. *Theoph. ibid.*

Exinde duobus annis elapsis, nimirum anno 723. huic non absimilis præstigiator Califæ Yezid flagitiose imposuit. Is erat Judæus ex urbe Laodicena in Phœnicia, habens domicilium Tiberiade, cognomento *Saranta Pechis*, id est, lingua Græca tunc vulgari quadraginta cubitorum, verisimiliter quod homo longa statura esset. Ad Califæ conspectum admissus, cum nota ipsi esset Principis hujus levitas, locutus est in hunc modum:

Id. conc. 7. *Act.* 5. *tom. p.* 386.

Sæcul. VIII. A. C. 723.

dum: *Maxima, O Princeps! qua te depereo, Charitas me impellit, ut tibi aperiam modum facilem, quo tibi Regnum in annos triginta asseras.* Califa, cui vita, & voluptate nihil carius erat, respondit, *facturum se, quidquid suasisset.* Tum Judæus: *Jube conscribi Epistolas, in omnes provincias imperii tui destrendas, in quibus mandata contineantur, ut omnes picturæ, quæ in Ecclesiis Christianorum sunt, sive in tabulis ligneis, sive in muris opere vermiculato, aut in vasis sacris deleantur, omnia Altarium ornamenta tollantur, sicut etiam omnis generis imagines, quæ in foris publicis ad decorandas civitates conspiciuntur.* Hunc articulum addidit nequam, ut odium singulare in Christianos tegeret. Califa fidem impostori habuit, & promissos sibi annos sperans missis in omnes provincias mandatis, Sacras Imagines ceterasque cujuscunque figuræ effigies destrui jussit. Christianis fugientibus, ne sanctas Imagines suis manibus delere cogerentur, Emiri seu Præfecti ad hoc mandatum curandum missi, utebantur opera Judæorum & Arabum, qui imagines comburebant, & vel illinebant parietes, vel picturam radebant. Anno sequente ille ipse Califa Yezid mortuus est, anno 724. Hegiræ 105. ejusque filius Ovalidus, qui demum

demum post annos viginti ad Regnum pervenit, Judæum parentis sui deceptorem probrosa morte sustulit. Proximus vero Yezidi Successor fuit Hichamus frater ipsius Abdelmerici filius, qui Sacras Imagines restitui concessit; ad aliquas etiam Civitates Yezedi mandata necdum delata fuerant. Sæcul. VIII. A.C. 723.

§. XLIII.

Leonis Isauri initia.

Imperatorem Leonem sub initia Regni Judæi admodum sibi infensum senserunt. Nam anno 722. Regni sui sexto coegit, ut baptizari se paterentur. At ipsi deinde lavabant corpora quasi absterşuri Baptismum, & manducabant, priusquam Evchariştiam sumerent. Montanistas quoque vi adegit, ut baptizari se sinerent, qui desperatione acti præstituto die in Ecclesiis suis se ipsos concremarunt. (*) *Theoph. an.* 6. *p.* 336.

Idem Imperator offensus, quod prohibente Summo Pontifice Ecclesias in Italia, sicut in aliis locis faciebat, suis divitiis spoliare sibi non liceret, sæpius

structis

(*) Tam in Judæos quam in Montanistas præter sanam rationem & Ecclesiæ Catholicæ Spiritum exarsit Leo.

Sæcul. VIII. A. C. 723.

ſtructis inſidiis eum opprimere conatus eſt, & efficere, ut alius Papa ordinaretur. Cum quidam Centurio nomine Baſilius, Jordanus Chartularius, & Joannes Subdiaconus cognomento Lurion de interficiendo Gregorio Papa conjuraſſent, Marinus ex Prætorianis Imperatoris & Dux Romæ brevi ante Conſtantinopoli miſſus, hoc facinus, ab Imperatore juſſus, approbavit. Sed Marino ſubito Paralyſi correpto, & diſcedere coacto, irritum evaſit conſilium. Porro Paulus Patricius in Italiam miſſus, ut Exarchi munere fungeretur, ejusdem conjurationis ſocietatem iniit; verum ubi Romanis ſuboluit perfidia, Jordanum & Joannem Laurionem capite damnarunt, & Baſilius in Monachum attonſus ad reliquos vitæ dies in Cella ſe incluſit.

Imperator Marino Succeſſorem miſit alium Ducem cum mandatis Papam deponendi; atque Paulus Exarchus collectas ex urbe Ravennate & exercitu, qui in caſtris erat, copias iter capeſſere Romam juſſit. Tunc vero Longobardi ad tutelam Pontificis Romanis juncti immiſſum ab Exarcho agmen obſeſſis viis, qua Romam perveniri poterat, repulerunt.

§. XLIV.

Sæcul. VIII.
A. C. 723.

§. XLIV.

S. Bonifacii in Germania Labores.

Interim S. Bonifacius Roma profectus cum Papæ Epistolis, & in Franciam ad Carolum Martellum delatus, accepit ab eo litteras ad omnes Episcopos, Duces, Comites, Vicarios, Domesticos, alios-que præfectos directas, ut hoc munitus præsidio libere, quo vellet, commeare posset. Igitur in Hassiam reversus ibi multis, qui Fidem jam prius receperant, impositione manuum Confirmationem contulit. At multos invenit sanæ Doctrinæ refractarios. Aliqui arboribus & fontibus sacrificabant, alii consulebant Aruspices & Divinatores, alii præstigias exercebant, carmina adhibebant, volatum & cantum avium observabant. Et aliqui equidem occulto, alii vero palam his superstitionibus serviebant. Qui ex tota mente conversi fuerant, S. Bonifacio consilium suggesserunt, ut arborem enormis magnitudinis, quam Jovis Quercum nuncupabant, in eodem loco, quo hodie Civitas *Geismar* sita est, exscinderet.

vit. c. 8. Inter. Bon. ep. 32.

Magna Infidelium multitudo ad hoc spectaculum procurrit, multique secreto Deorum suorum hostem devovent. Sed ecce arbor securi aliquoties icta in qua-

Sæcul. VIII. A. C. 723. quatuor partes æquales dissilit; quod Barbari prodigii loco habentes, & Deum benedicentes, crediderunt. S. Episcopus ex ligno hujus Arboris Sacello S. Petri ædificato, ex Hassia in Thuringiam migravit.

§. XLV.

Danielis Episcopi Epistola Dogmatica.

ep. 67. inter. Bon. Ad hæc tempora referri potest Epistola Danielis Episcopi Vitonienſis ad Bonifacium Discipulum ſuum data, continens monita de modo convertendi barbaros. Dicit: *Falſorum Deorum Genealogiam non niſi oblique impugnabis. Infidelibus tecum diſputantibus dabis, Deos ſuos alterum ab altero conjunctione utriusque ſexus, more hominum, natos fuiſſe, ut hoc ſaltem capiant, illos non extitiſſe, priusquam naſcerentur. Ubi eos compuleris ad fatendum, quod Dii originem habuerint; amplius quæres, an credant, hunc Mundum habuiſſe initium, vel ſemper extitiſſe. Si initium habuit, quis eum creavit? ſane ante Mundi creationem locum non invenient, ubi Dii geniti exiſtere & habitare potuiſſent. Dum autem Mundum dico, non hanc modo terram & Cælum viſibile accipio, ſed etiam omnia ſpatia, quæ ſibi Infideles imaginari poſſunt. Si affirment, Mundum ſemper extitiſſe,*

Sæcul. VIII. A. C. 723.

titisse, pluribus argumentis hunc errorem refellere satages, & interim interrogabis; quis Mundum rexerit, antequam Dii gignerentur, & quo pacto Mundum, antequam ipsi essent, semper existentem sibi subjicere potuerint.

Quæres, quid sentiant, unde primus Deus & prima Dea ortum traxerint? an Dii Deæque hodiedum alios procreent? vel an non amplius pariant, postquam cessarunt? si hodieque generant, ergo Deorum infinitus est numerus. Nesciunt homines, quis eorum sit potentissimus, & res periculo plena est, Deum illo, cui servitur, majorem lædere. Quæres, an credant, Diis serviendum esse pro felicitate præsenti & transitura, vel pro futura & æterna. Si pro felicitate præsentis vitæ serviendum; edicant, qua in re Deorum Cultores hodie Christianis feliciores sint. Quid prosint Diis Sacrificia, cum omnia in ipsorum potestate sint. Cur patiantur, ut homines habeant, unde Diis dona afferre possint. Si indigent aliquo, cur sibi ipsis optima quæque non sumant. Si nullo indigent, ergo ejusmodi sacrificiis placari frustra creduntur.

Hæc & similia ipsis non insultando, sed magna animi moderatione objicies. Subinde turpissimas superstitiones cum Do-

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Etrinæ Christianæ sublimitate conferes, ut Idololatræ non irritentur, sed potius salutaris pudor ultro subeat, si, quam absurdæ sint & inficetæ opiniones suæ, intuentur, & ne putent, nos eorum fabulas atque Ritus abominandos ignorare. Ingeres etiam: Si Dii omnipotentes sunt, & justi, utique sibi servientes remunerantur, & etiam se contemnentes puniunt; si vero utrumque in hac vita faciunt, quam ergo parcunt Christianis, qui homines, quotquot possunt a Deorum cultu abstrahunt? unde fit, quod Christiani terras fertiles possideant, quæ vino, oleo & omnis generis fructibus abundant, Gentibus vero eorumque Diis nihil reliquerint, nisi solum glacie rigens, ubi adhucdum regnare dicuntur, ex reliquis orbis partibus ejecti? Sæpe ipsis ante oculos ponenda Mundi Christiani amplitudo, si cum paucitate eorum comparetur, qui in antiquo errore permanent. Ne vero Deorum suorum Regnum tanquam legitimum jactent, quod eorum natio illos semper adoraverit, edocendi sunt, quod olim Idololatria toti Mundo fuerit dominata, donec per JEsu Christi Gratiam Deo reconciliatus fuerit. Hæc sunt Monita Danielis Episcopi ad Bonifacium.

§. XLV.

Sæcul. VIII.
A. C. 724.

§. XLVI.

Utiles S. Bonifacii conatus.

Ex pluribus aliis epistolis cognoscimus, S. Bonifacium cum amicis suis in Anglia commercium epistolare excoluisse. Interim in Thuringiam pervenerant, ubi Principes & populi Duces excitabat, ut ad Religionem Christianam, quam abjecerant, redirent. Hæc enim a Theodorico Clodovei filio, cum hanc Provinciam armis subegit, invecta fuerat; sed Auctoritate Regum Franciæ deficiente, atque Thuringia a Tyrannis oppressa & devastata, populi se Saxonum imperio subjecerant. *vit. cap. 8. Greg. III. hist. c. 49.*

Præterea sub pelle ovina lupi, id est, falsi fratres, sub nomine Religionis Hæresin introduxerunt. Quatuor præ ceteris pessimæ vitæ homines plurimum negotii S. Bonifacio creabant, aliosque in eum excitabant Adversarios, quos omnes Vir Sanctus armis veritatis munitus fortiter confutavit. Igitur in illis populis renata est Fides, & messis multa fuit, quamvis pauci essent operarii, qui nihilominus maxima rerum ad vitam necessariarum inopia laborantes, ad extremam famem propemodum redigebantur. Verum tamen aucto Fidelium numero, etiam Missionariorum numerus crevit.

Sæcul. VIII. A. C. 723.

Itaque brevi tempore Eccleſiæ repa-
ratæ, & Monaſterium in loco, quem lin-
gua vulgari *Ordorf* appellabant, ædifica-
tum hac occaſione. Cum S. Bonifacius,
prædicans & baptizans in Thuringia, in
ripa amnis Orlæ tentoria fixiſſet, qua-
dam nocte in caſtris ſubito ſereniſſima
lux conſpecta eſt, apparuitque ei S. Mi-
chael, eundem in propoſito confirmans.
Poſtquam mane in eodem loco Miſſam
celebraſſet, illius loci Dominum roga-
vit, ut ſibi eum donaret, quo obtento,
terram prius incultam arare cœpit, at-
que extruxit Eccleſiam in honorem S. Mi-
chaelis cum Monaſterio, in quo Mona-
chi de labore manuum ſuarum vivebant.

Othlo lib. 1. c. 23.

§. XLVII.

Epiſtola Papæ ad S. Bonifacium.

Inde S. Bonifacius datis ad Gregorium II.
Papam Litteris Miſſionis ſuæ rationem
reddidit & obſtacula enarravit. Papa
reſpondit, epiſtola octavo anno Imperia-
toris Leonis & Conſtantini quinto, In-
dictione octava, die quarto Dec. id eſt
anno 724. data, in qua præter alia dicit:
*Non te terreant hominum minæ, nec ti-
mor dejiciat. Deus te tuebitur, in eo ſo-
lo confide, veritatem enim prædicas. Quod
ſpectat ad Epiſcopum, qui hucusque bar-*
Nativ

Greg. ep. 8. to. 6. Conc. p. 1446.

Nationem erudierat, & modo contendit, aliquam ejusdem populi partem suæ esse Diœcesis, datis ad Carolum Patricium litteris eum affectu paterno hortati sumus, ut illum reprimat, & speramus, id etiam certo effecturum. Sæcul. VIII. A. C. 724.

Post biennii spatium Gregorius II. alteram Epistolam ad S. Bonifacium dedit, ut responderet ad ejus litteras a Presbytero *Denval* sibi allatas, in quibus de quibusdam Disciplinæ Articulis consulebatur. Hujus Epistolæ Decretalis præcipui Canones sunt sequentes. Prohibere oporteret Matrimonia inter cognatos quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos. Sed quia temperantia magis, & præsertim in tam barbara gente, placet, quam districtio censuræ, concedendum est, ut post quartam generationem jungantur. *Greg. ep. 13. to. 6. Conc. p. 1448.* *c. 1.* *c. 2.*

Si mulier infirmitate correpta in perpetuum non valuerit debitum viro reddere, ille possit aliam ducere, non tamen subsidia necessaria subtrahat ab infirma. Hæc sententia Papæ in rigore accepta Evangelio & S. Paulo adversaretur, sicut Gratianus notavit; unde hodieque hic Canon tanquam indulgentia singularis Germanis his Neophytis concessa habetur. Tum Papa prosequitur: Infantes a Patre vel Matre sub Regulari Disciplina *32. quæst. 7. quod propos.* Epistola Decretalis Gregorii II. *c. 7.*

Sæcul. VIII. A. C 726.

na traditi, postquam pubertatis impleverint annos non egrediantur, & matrimonio copulentur, cum illa oblatione Deo consecrati sint. Si Sacerdos a populo fuerit accusatus, & certi non adsint testes, jurejurando purgare se possit.

c. 3.

Congruum non est in Missarum solemniis duos vel tres Calices in Altari ponere, sed unicum, cum legamus, Jesum Christum Calicem accepisse. Hic adspicimus causam, cur secundum Ordinem Romanum mos fuerit consecrandi unicum calicem, etiamsi maxima adesset

c. 5.

Fidelium frequentia. Non licet edere carnes immolatas, etiamsi super eas formetur vivificæ Crucis signum. Leprosis

Sup. lib. XXXVI. §. 19.

c. 6.

Dominici Corporis participatio tribuatur, sed cum sanis convivia celebrare

c. 10.

prohibeantur. *Item, cum Presbyteris & Episcopis*, inquit Papa, *quorum mores corrupti sunt, & scandalizant, colloqui & mensam communem agere non recusent, plerumque enim contingit, ut quos correctio Disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, blanda in convivii admonitio ad viam justitiæ reducat. Id ipsum autem & in illis Proceribus, qui tibi adjutorium præstant, observare debebis.* Hæc Decretalis data est decimo

c. 12.

Calend. Dec. anno decimo imperii Leonis a Deo coronati & Constantini septimo,

mo, indictione decima, id est, die vige- Sæcul. VIII.
simo secundo Nov. anno reparatæ Salutis A. C. 726.
septingentesimo vigesimo sexto. (*)

§. XLVIII.

Epistola S. Bonifacii ad Danielem Episcopum.

Sanctus Bonifacius ab Episcopo Daniele Seniore suo propter Episcopos Scandalum dantes & Seductores, qui Prædicationi multum obstabant, data epistola consilium expetiit. *Non nulli*, inquit, *abstinent a carnibus, quas dedit nobis Deus, atque etiam a pane & reliquis cibis,* *Bonif. ep.* 5.

(*) In Actis Conciliorum Edit. Paris. legitur sequens Adnotatio P. Jacobi Sirmondi S. J. *Hanc Epistolam Gratianus Gregorio III. attribuit, quotiescunque illius Testimonio utitur, ut 2. Quæst. 5. Presbyter &c. Idemque sentire videntur Hincmarus epist. 7. cap. 15. & 18. & Ivo part. 8. cap. 78. cum Gregorio Juniori adscribunt. Hoc enim nomine Gregorium III. intelligere solebant. Sed quo minus huic tribui possit, reclamant in epistolæ subscriptione annus decimus Leonis, & Indictio X. quæ congruunt anno Christi 726. quo anno Pontifex erat Gregorius II. & non Gregorius III. qui ante annum 731. Sedem non obtinuit. Quare Gregorio II. asserenda est.*

Sæcul. VIII. A. C. 726.

bis, & solummodo lacte & melle nutriuntur. Aliqui affirmant, homicidas & adulteros in peccatis suis perseverantes, in Presbyteros ordinari posse; quæ doctrina plurimum nocet populo, semper promptos audiendos Doctores indulgentes. Cum in Aula Francica præsidium nobis parare debeamus, non possumus devitare communionem civilem istorum hominum, sicut Canones præcipiunt; verumtamen in celebratione Missæ cum ipsis non communicamus, nec consilia eorum requirimus. Super his rebus consilium tuum expeto, nam, nisi Francorum Princeps me tueatur, nec populum regere, nec Presbyteros, Monachos, & Dei famulas defendere, nec Gentium Ritus & Idololatriam in Germania prohibere valeo.

Interim in animo angor, ne hæc communio peccatum sit; nam memini, quod Sup. S. 36. *in die Ordinationis meæ Gregorius Papa ad jusjurandum supra Corpus S. Petri me compulerit, me Communionem hujusmodi hominum, quos ad frugem reducere non possem, fugiturum.*

Præterea rogo te, ut mihi mittas librum de Prophetis, olim ab Owinberto Abbate, Magistro meo, moriente relictum, ubi sex Prophetæ in eodem volumine litteris grandibus descripto continentur. Nihil est, quod mibi jam seni majore meo solatio

tio mittere possis; nam in hac Regione similem librum invenire non est, & caligantibus oculis jam litteras exiguas & innexas discernere nequeo. Ex chartis & manuscriptis illius ætatis dispicitur, quam difficiles lectu fuerint scripturæ vulgares ob implexas litteras, & inde, cum conspicilla nostra necdum essent inventa, quamprimum oculorum acies hebesceret, majoribus litteris opus fuisse. S. Bonifacius prosequitur in hunc modum: *Interim per manus Forteri Presbyteri mitto tibi munuscula, Casulam, quæ non ex toto est serica, sed ex parte pilis caprinis texta. Item mantile longis pilis ad detergendos pedes tuos.* Ceterum consolatur virum, quod cœcus esset. Sæcul. VIII. A. C. 726. *V. Diplom. l. V.* S. Bonifacii Epistola.

Habemus Danielis Episcopi Epistolam responsoriam, in qua & ipse vicissim Bonifacium solatur, suadetque, ut exempla Sanctorum virorum sequatur patienter tolerando, quæ corrigere non possit. *Quod spectat ad Presbyteros homicidii reos*, inquit, *cum eis secundum Canones non nisi ad mortem præbenda sit Communio, etiam postquam pœnitentiam egerint, quomodo eis cura animarum committi possit, si in crimine perseverent? Adulter vero necdum pœnitens, quo pacto Sacerdotii munere fungatur, a quo ille, qui viduam, vel qui alteram prima defuncta uxo-* *ap. Serr. p. 299. ap. Bar. an. 672. n. 63.*

Sæcul. VIII. A.C 726.

rem duxit, secundum Sancta Decreta arcetur? Ceterum a falsis fratribus in communione rerum corporearum separari non potes, nisi ex hoc Mundo exiveris, ut loquitur *S. Paulus. Sufficit, si in Oblatione Sacra non communices.* Affert deinde Regulas a S. Augustino traditas, ut tolerentur mali, quos emendare non possimus, ne Ecclesiam sub prætextu eam purgandi in partes scindamus. Hortatur denique, ut in medio populorum barbarorum positus in aliquibus conniveat.

1. *ad Cor.*

Sup. l. XX. §. 45.

S. Bonifacii fama jam tunc in majorem Europæ partem pervaserat, & ubique de laboribus ejus Apostolicis sermones miscebantur; quod multos *Dei* Servos invitavit, ut ex Anglia *in Germaniam* navigarent. Inter hos fuere Lectores, aliique alias artes callentes, quorum aliqui Institutum Monasticum amplexi Germanos a Cultu Idolorum revocarunt; quippe in diversa abeuntes in vicis & oppidis alii in Hassia, alii in Thuringia veram fidem prædicabant.

Willib. vita c. 8. n. 24.

FINIS TOMI IX.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI IX.

A.

Abbatissæ. Concilio interſunt. p. 562.
Adam. Ante peccatum habebat voluntatem divinam. p. 427.
S. *Adamnanus.* p. 577. ejus Libri. p. 578. & ſeq.
Adeodatus Papa. p. 339. obit. p. 363.
Africa. Ejus Eccleſiæ contra Monothelitas Romanæ Sedi unitæ. p. 113. Romanis eripitur. p. 549.
S. *Agatho* Papa. p. 377. epiſtola ad Conſtantinum Pogonatum. p. 391. epiſtola Synodalis ad eundem. p. 395. ejus Legati ad Concilium Generale VI. miſſi. p. 406. obit. p. 462.
S. *Aidanus.* p. 50.
S. *Aigulphus* Martyr. p. 359.
Alexandria. Sub poteſtate Muſulmannorum. p. 63. Benjaminus primus Jacobitarum

rum Patriarcha. p. 64. Libri comburuntur. p. 65. Petrus a Monothelitis intrusus. p. 155. Agatho Patriarcha Jacobita obit. p. 374. Joannes. ibid. Petrus Melchita. p. 521.
Altare portatile. p. 553. & 559.
S. *Althelmus*. p. 600.
S. *Amandus* Trajectenſis. p. 161. obit. p. 163. Monaſteria fundata. ibid. & ſeq.
Anaſtaſius II. Imp. p. 613. depoſitus. p. 621.
Anaſtaſius S. Maximi Diſcipulus. Epiſtola ad Monachos Calaritanos. p. 230. obit. p. 312.
Anglia. Status Eccleſiæ Anglicanæ. p. 47. Reges Chriſtiani. p. 182. Penda Junior Rex. ibid. Oſuinus in Nordhumbria, & Alfridus Filius. ibid. Res *Eccleſiaſticæ*. p. 300. & 333. Wulferus Rex. p. 335. Egfridus & Elvinus Fratres Reges. p. 336. Ecfridus in Nordhumbria. p. 337. Ecbertus Rex Cantiorum. ibid. Lotarius ejus Frater. ibid. Edeltrida Regina. p. 378. Sebbius Rex Saxonum Orientalium. pag. 380. Cedualla Rex Saxonum Occidentalium. p. 506. Alfridus Rex Nordhumbriæ. p. 510. Ethelredus Rex Merciorum. ibid. Ina Ceduallæ Succeſſor. p. 511. Vitredus Rex Cantii. p. 562. Coenredus Rex Merciorum. p. 594. Eadulfus Rex Nordhumbriæ, & Oſredus. p. 595. & ſeq.
Animalia. Cum hominibus ſepulta propter reſurrectionem. p. 10.

S. *An-*

S. *Ansbertus*. p. 482. obit. p. 561.
Antiochia. Macedonius hæreticus. p. 153. Georgius & Macarius Monothelitæ. p. 158. Macarius deponitur. p. 446. Theophanes ordinatur. ibid. Julianus Jacobita. pag. 482. Georgius Jacobita. p. 521.
Arabes. Religio illorum. p. 8. & seqq.
Ariovaldus Rex Longobardorum. Obit. p. 46.
Aripertus Rex Longobardorum. Alpes Cottias Ecclesiæ Romanæ restituit. p. 584.
S. *Audomarus*. p. 81.
S. *Augustinus Hipponensis*. Ejus Corpus Ticinum transfertur. p. 661.

B.

Basilius Gortynensis. p. 521.
S. *Batildis* Regina. p. 271.
Bavaria. Ejus Leges. p. 43. Christiana. p. 627. Theodo Dux. p. 630. obit. p. 635. Grimoaldus Filius. ibid.
S. *Benedictus*. Corpus illius transfertur in Galliam. p. 170.
S. *Benedictus Biscopius*. p. 322. ejus itinera. p. 397. obit. p. 512.
Benedictus Mediolanensis. p. 619.
Benedictus II. Papa. p. 476. obit. p. 479.
S. *Birinus* Britanniæ Apostolus. p. 47.
S. *Bonetus Claromontanus*. p. 585.
S. *Bonifacius*. Ejus vita. pag. 644. & seqq.

Episco-

Episcopus. p. 652. in Germania. p. 671. epistola ad Danielem. p. 679.

C.

Cæsaris Werthense Monasterium. p. 519.
Canonici Cathedrales. Eorum origo. p. 315.
Carolus Martellus. p. 625.
Carthago. Fortunius Monothelita. p. 115. Victor Archiepiscopus. p. 116.
Cassinense Monasterium. Restauratur. pag. 637.
S. *Ceadda* Episcopus Merciorum. p. 334.
S. *Cedde.* p. 187.
S. *Ceolfridus.* p. 603. obit. p. 640.
Childebertus III. Rex Francorum. p. 561.
Childericus Rex Austrasiæ. p. 274. Franciæ Rex. p. 325. occiditur. p. 346.
S. *Chilianus* Herbipolensis. p. 490.
Chilpericus II. Rex. p. 625.
Chindasuindus Rex Hispaniæ. p. 118.
Cinegisilus Rex Saxonum Occidentalium in Britannia convertitur. p. 47.
S. *Claudius.* p. 332.
Clerici. Ob peccata pudenda deponantur. p. 161. de Matrimonio Clericorum. p. 523. in Ecclesia latina promittunt continentiam. p. 524. Episcopi in utraque Ecclesia perfectam servent continentiam. p. 526. Belliduces. p. 624.
Clodoveus II. Rex. p. 41. obit. p. 263.

Clotarius III. Rex Franciæ. p. 271. obit. p. 325.
Concilia. An debeant convocari jussu Imperatoris. p. 237.
Concilia Angliæ. p. 562. & p. 570.
Concilium Braccarense IV. p. 357.
Concilium Constantinopolitanum. Ecthesis confirmatur. p. 59. Generale VI. p. 407. & seqq. Legati Papæ & Episcopi. ibid.
Concilium Emeritanum. p. 314.
Concilium Herefordiense. p. 338.
Concilium Lateranense. p. 126. Examen. p. 130. Canones. p. 147. Sententia. ibid.
Concilium Romanum. Sub Agathone in causa Wilfridi. p. 385. Aliud. p. 388. iterum in causa S. Wilfridi. p. 574. sub Gregorio II. p. 659.
Concilium Toletanum. Quintum. p. 27. Sextum. p. 39. Septimum. p. 118. Octavum. p. 207. Nonum. p. 210. Decimum. p. 250. Undecimum. p. 352. Duodecimum. p. 466. Decimum tertium. p. 470. Decimum quartum. p. 477. Decimum quintum. p. 497. Decimum sextum. p. 543. Decimum septimum. p. 547. Decimum octavum. p. 569.
Concilium Trullanum. p. 521. Agathonis Diaconi testimonium. p. 616.
Confessio peccatorum. p. 80. omnium peccatorum. p. 257.
Conon Papa. p. 487. Epistola Imperatoris de Actis Concilii. p. 488. obit. p. 493.

Con-

Conſtans Imp. p. 68. Typum edit. pag. 123. Fratrem occidi jubet. p. 286. occiditur. p. 319.
Conſtantinopolis. Joannes Patriarcha. p. 340. obit. p. 364. Conſtantinus. ibid. obit, & Theodorus ſuccedit. p. 374. pulſo Theodoro ſuccedit Georgius. p. 406. Georgio iterum ſuccedit Theodorus. p. 481. Paulus. p. 489. Callinicus. p. 540. effoſſis oculis relegatur. p. 581. Cyrus. ibid. Joannes. p. 610.
Conſtantinus Copronymus. p. 659.
Conſtantinus Imp. p. 67.
Conſtantinus Papa. p. 593. iter ad Imperatorem. p. 606. obit. p. 619.
Conſtantinus Pogonatus Imp. p. 320. Tiberius & Heraclius Fratres. *ibid.* epiſtola ad Donum Papam. p. 375. obit. p. 480.
Continentia. Nuptiis melior. p. 629.
Corbejenſe Monaſterium in Francia. p. 272.
S. *Corbinianus.* Ejus vita. p. 633.
S. *Crux.* Conſtantinopolim defertur. p. 1[illegible]
Cunibertus Colonienſis. p. 264.
Cunibertus Rex Longobardorum. p. 389. & 497.
S. *Cutbertus.* p. 507.

D.

Dagobertus Rex Auſtraſiæ. p. 347. occiditur. p. 403.
Dagobertus Rex Franciæ. Obit. p. 40. *Dago-*

Dagobertus III. Rex Franciæ. p. 624.
Dania. Ungendus Rex. p. 554.
Daniel Vitonienſis. Epiſtola ad S. Bonifacium. p. 672.
Defuncti. Miſſa pro eis offertur. p. 36.
S. *Deſiderius* Cadurcenſis. p. 86.
Deus. Unica Perſona ſecundum Sabellium. p. 96. Falſorum Deorum exiſtentia refutatur. p. 672.
Dionyſius Areopagita. Libri ei adſcripti ejusdem eſſe creduntur Sæculo VII. p. 22. de una operatione Chriſti. p. 111.
Donus Papa. p. 363. obit. p. 377.

E.

Ebroinus. Trucidatur. p. 405.
Eccleſia. In ignorantia ſcientiarum conſervata. p. 395.
Eccleſiæ Orientales. Earum Status. p. 157.
Eccleſis Heraclii. p. 56.
Edbaldus Rex in Anglia. Obit. p. 74.
Ega Major Domus. p. 41.
Egfridus Rex Nordhumbriæ. p. 503.
Egica Rex Hiſpaniæ. p. 497.
S. *Eligius.* p. 78. ejus obitus & Libri. pag. 260.
S. *Emmeramus.* Ejus Prædicatio & Martyrium. p. 172.

Ephesus. Theodorus Episcopus. p. 408. & 420.

Episcopus. Regiminis Politici participes Episcopi. p. 210. ob crimen luxuriæ deponendi. p. 252. Episcopus a Schismaticis ordinatus a Catholicis reordinatus. p. 335. cum armatis incedunt Episcopi. p. 350. si peccaverint cum uxore, filia, aut propinqua Optimatis, deponantur & relegentur. p. 354. Episcopi reos ad exilium vel carcerem damnant. p. 355. liberant populum a juramento fidelitatis. p. 467. Episcoporum in partibus origo. 529.

Erchinoaldus Major Domus. p. 75.

Erconbertus Edbaldi Successor *in Cantio.* p. 74.

Ervigius Rex Hispaniæ. p. 466.

Ethelvaldus Rex Sussexiæ. p. 505.

Eucharistia. Qui gratiæ per peccatum mortui, non accedant, nisi pœnitentiam egerint. p. 36. Theodorus Papa S. Sanguine sententiam damnationis scribit. p. 125. præbetur morituris sub una specie. p. 355. non intingatur in vinum, sed sub utraque specie detur. p. 358. asservatur. p. 545. Calix unicus consecratur. p. 678.

S. *Eugenius* Papa. p. 181. ejus Legati consentiunt Monothelitis. pag. 224. & 231. obit. p. 259.

S. *Eugenius* Toletanus. Obit. p. 258.
Eutychius Auctor Catalogi Patriarcharum in Oriente. p. 158.

F.

Felix Ravennas. p. 619.
Frisinga. Cirinus Episcopus. p. 174. Ecclesia fundatur. p. 637.
Frisones. Convertuntur. p. 516.
S. *Fructuosus Braccarensis.* Ejus vita. p. 253. ejus Regula. p. 255.
S. *Fursinus.* p. 75.

G.

S. *Germerus.* p. 167.
S. *Gertrudis* Nivigellensis. p. 165.
S. *Gregorius II.* Papa. p. 619. Neapolitanos defendit. p. 623. Capitulare in Bavariam missum. p. 627. insidiæ Leonis Isauri. p. 669. Epistola ad S. Bonifacium, & alia Decretalis. p. 676. & seq.
S. *Gregorius Ultrajectensis.* Ejus vita. pag. 650.

H.

Heraclius Imp. Obit. p. 66.
Heraclius seu Heracleonas Imp. p. 67. proscribitur. p. 68.

S. *Hidulphus* Trevirensis natione Bavarus. p. 331.

Hispania. Cinthila Rex. p. 27. Receſuintus Rex. p. 207.

Honorius Papa. Ejus ſecunda ad Sergium epiſtola. p. 23. obit. pag. 45. Schiſma Iſtriæ tollitur. p. 46. ejusdem apologia p. 69. & 106. examinatur ejus epiſtola ad Sergium. p. 438. epiſtola Leonis II. p. 473. & ſeq.

S. *Hubertus*. p. 592.

I.

Jejunium. Græci prohibent, ne Romani in Sabbato jejunent. p. 531.

Jeroſolyma. Capitur a Muſulmannis. p. 18. & 26. Joannes Patriarcha. p. 158. Anaſtaſius Melchita. p. 521.

JEſus Chriſtus. In eo duæ operationes. p. 19. probantur duæ voluntates. p. 101. duæ operationes. p. 110. an in eo tertia voluntas, vel una compoſita. p. 230. duæ voluntates probantur ex Concilio VI. p. 413. & ſeqq. dicitur habere unicam voluntatem Divinam. p. 425. explicat hæreticus unam voluntatem. p. 455. quomodo voluntas genuerit voluntatem, & in Chriſto ſint tres ſubſtantiæ. p. 498. probatur contra Judæos, quod jam venerit Chriſtus. p. 502.

S. Ildephonsus. p. 316. Ejus Libri. p. 317.
Imagines. Non reprobantur Constantinopoli. p. 533. destruuntur. p. 668.
Imperator. An habeat Sacerdotium. pag. 219.
Joannes Constantinopolitanus. Ejus epistola ad Constantinum Papam. p. 613.
Joannes IV. Papa. p. 55. damnat in Concilio Monothelitas. p. 56. defendit Honorium. p. 68. obit. p. 71.
Joannes V. Papa. p. 485.
Joannes VI. Papa. p. 565. Concilium in causa S. Wilfridi. p. 574. obit. p. 582.
Joannes VII. Papa. p. 583. Concilium Trullanum non rejicit. p. 584. Obit. p. 585.
Isacus Exarchus. p. 54.
S. *Isidorus Hispalensis.* Obit. p. 29. ejus Libri. p. 31.
Istria. Ecclesiæ reconciliata. p. 46.
S. *Julianus Toletanus.* Ejus Libri. p. 500.
Justinianus II. Imp. p. 481. Concilii Trullani approbationem a Papa petit. p. 536. naso abscisso pellitur. p. 540. restituitur. p. 580. occiditur. p. 608.

L.

S. *Lambertus.* Obit. p. 590. transfertur. p. 656.

Leges Salicæ, Ripuariæ &c. p. 42.
S. *Leo II.* Papa. p. 462. epistola ad Imperatorem. p. 464. epistolæ ad Hispanos. p. 473. obit. p. 475.
Leo III. Isaurus Imp. p. 622. Judæos persequitur. p. 669.
S. *Leodegarius.* p. 325. male habetur. p. 364. Martyr. p. 369.
Leontius Imp. p. 543. pellitur. p. 550. occiditur. p. 581.
Liturgia Mozarabica seu Hispanica. p. 32.
Longobardi. Grimoaldus Rex obit. p. 340. Pertharitus. ibid.
Luitprandus Rex Longobardorum. p. 661.

M.

Macarius Antiochenus. p. 408. damnatur. p. 424.
Mahometes. pag. 1. Arabes Ismaelis posteri. p. 2. Mahometis Religio. p. 3. Alcoranus. p. 7. Hegira. p. 11. cur non patraret miracula. p. 12. Victoriæ, Leges & Mors. p. 13. & seq.
Mansuetus Mediolanensis. p. 388.
Marculfus Monachus. Ejus formulæ. p. 265.
S. *Maria.* Annuntiationis Festum. p. 250. Sepulchrum ejus in Valle Josaphat. p. 579. de ejusdem resurrectione. ibid.
Martinus Papa. Diaconus Apocrisiarius Constanti-

ſtantinopoli. p. 90. Papa. p. 126. Concilium Lateranenſe convocat. ibid. ejus epiſtolæ. p. 152. Imperator eum perſequitur. p. 175. Roma abſtrahitur. p. 179. Conſtantinopoli. p. 190. exilium & obitus. p. 201.

Matrimonium. Si mulier perpetuo infirma ſit, an liceat ducere aliam. p. 677.

S. *Maximus.* Ejus vita. p. 92. Collatio cum Pirrho. p. 93. capitur. p. 213. quæſtio de eo habita. ibid. obit. p. 279. ejus Libri. p. 280. & ſeqq.

Menas. Defenditur. p. 105.

Miſſa. Mozarabica. p. 32. Sacra Hoſtia in novem particulas diviſa. p. 35. Sacrificium oblatum pro Rege & exercitu. p. 314. Miſſæ plures celebratæ ab uno Sacerdote eadem die. p. 316. non lac offeratur ſed vinum. p. 358. non licet una die ſæpius Sacrificium offerre, & ſemel tantum ſumere. pag. 470. Armeni non miſcebant vino aquam, & carnes afferebant Sacerdoti. p. 531. Miſſa Defunctorum pro vivis. p. 548. in navi celebrata. p. 558.

Monachi. Exemptionum origo. p. 266. & ſeq. Monaſtica vota in periculo mortis. pag. 468.

Monothelitæ. Diſputatio Maximi cum Pirrho. p. 93. eorum hæreſis clare explica-

tur. pag. 107. & seq. Scripta. p. 134. & seq.
Mummolus Abbas Floriacensis. p. 170.
Musulmanni. Abubecer & Omar succedunt Mahometi. p. 15. Syriam & Antiochiam occupant. p. 62. Ali, Moavia,, & Hacen. p. 282. Moaviæ succedit Jesid Filius. p. 374. Moavia II. Merovanus & Abdelmelicus Califæ. p. 481. Ovalid. p. 581. Musulmanni Hispaniæ imperant. p. 617. Ovalido succedit Solimannus. p. 621. & huic Omar. p. 665. Yezid. p. 667. Hicham. p. 669.

N.

S. *Nicephorus* Auctor Catalogi Patriarcharum in Oriente usque ad annum 649. p. 157.
Numerianus Trevirensis. p. 331.

O.

Ofra Rex Saxonum Orientalium. pag. 600.
Olympius Exarchus. p. 175.
Omarus. Occiditur. p. 117.
Osualdus Rex Nordhumbrorum. p. 48. occiditur in bello. p. 72.
Osuinus Rex Nordhumbriæ. p. 73.
Othmanus Califa. p. 117.

P.

Papa. Auctoritas S. Sedis fundata in potestate S. Petri. p. 90 constituit Vicarium in Ecclesiis Orientis. p. 153. Romæ Sacerdotii Primatus. p. 386. Sacra Sedes nunquam erravit. p. 393. pro Ordinatione Papæ datur pecunia Imperatori. p. 462. non ordinetur, nisi prius consenserit Imperator. ibid. & 477. Jura Principis exercet. p. 623.

Pascha. Quando celebrandum. p. 295.

Paschalis. Papatum ambit. p. 493.

Patres Ecclesiæ. Eorum Authoritas, & quales Sæculo VII. p. 144.

S. *Paulinus.* Obit. p. 73.

Paulus Constantinopolitanus. p. 88. Monothelita. p. 120. epistola ad Theodorum Papam. p. 120. damnatur & deponitur. p. 124.

Paulus Thessalonicensis. Anathematizatur. p. 160.

Pelagius Rex Asturiæ. p. 661.

Penda Rex Merciorum. p. 72.

Persia. Isdegerdes Rex ultimus. p. 62. Musulmannorum jugum subit. p. 285. Magi pulsi. ibid.

Pertharitus Rex Longobardorum piissimus. p. 384. Obit. p. 496.

Petronax Cassinensis. p. 638.
Petrus Constantinopolitanus. p. 213. ejus epistola synodalis obscura. p. 232. Obit. p. 320.
Philaletus Cæsarienſis. p. 431.
Philippicus Imp. p. 608. pellitur. p. 612.
Picti. Schisma abjiciunt. p. 603. Naiton eorum Rex. p. 604.
Pipinus Caroli Martelli Filius. p. 625.
Pipinus Heristallus. p. 165. Missionarios benigne excipit. p. 517. Obit. p. 625.
Pirrhus Constantinopolitanus. p. 61. fugit. p. 68. convertitur. p. 111. relapsus damnatur. p. 125. Obit. p. 213.
Platonici. Doctrinæ substantia. p. 9.
Pœnitentia. Absolutio a peccatis. p. 468. Confessio auricularis eruitur. pag. 483. ejus Status Sæculo VII. p. 513.
Polycronius. p. 451.
S. *Præjectus* Martyr. p. 347.
Purgatorium. p. 501.

Q.

Quadragesima. Abstinentia a carnibus sub gravi pœna. p. 208. Licentia Episcopi. p. 209.

R.

Radbodus Rex Friſonum. p. 645.

Ravenna. Theodorus Epiſcopus. p. 390. Epiſcopi Ravennates iterum penitus ſubjiciuntur Sacræ Sedi. p. 476. Maurus. ibid.

Regula S. Fructuoſi. p. 255.

Rhotaris Rex Longobardorum Arianus. Leges Longobardorum conſcribi juſſit. pag. 47.

S. *Rigobertus*. p. 625.

Rodericus Rex Hiſpaniæ Gothorum ultimus. p. 617.

Roma. Sedes Apoſtolica per eminentiam. p. 25. ibi ſunt ſanæ doctrinæ fundamenta. ibid.

S. *Rupertus*. p. 629.

S.

Sabiani. Docent acceſſum ad Deum ope Spirituum & Statuarum. p. 9.

Sacerdotium. Quis Sacerdos ſecundum Ordinem Melchiſedech. p. 220.

Salisburgum. Epiſcopatus fundatur & Monaſterium S. Petri. p. 631.

Schiſma Paſchalis. p. 495.

S. *Sebaſtianus*. Patronus contra peſtem. p. 497.

Sergius

Sergius Constantinopolitanus. Ecteſis Auctor. p. 58. & 66. Concilium celebrat. p. 58. Obit. p. 61.

Sergius Metropolita ex Cypro Catholicus. p. 90.

Sergius Papa. p. 494. Concilium Trullanum rejicit. p. 536. Obit. p. 563.

Severinus Papa. p. 53. Obit. p. 54.

Sigebertus Rex Anglorum Orientalium. p. 76. & 186.

Sigebertus III. Rex Auſtraſiæ. p. 41. Obit. p. 263.

Siſinnius Papa. p. 585.

Sophronius Jeroſolymitanus. Ejus epiſtola ſynodica. pag. 18. Monothelitis reſiſtit. p. 25. Obit. p. 26. defenditur. p. 109.

Spiritus Sanctus. A Filio procedens in Symbolo Hiſpanorum dicitur. p. 207. Filius non eſt principium Spiritus Sanctus. p. 281. & ſeq.

S. *Suitbertus.* p. 516.

T.

S. *Tetricus Antiſſiodorenſis.* p. 588.

Theandrica Operatio. Quid ſit. p. 111. & 136.

S. *Theodardus.* p. 330.

Theodo Bavariæ Dux. p. 172. Obit. pag. 635.

Theodoricus Rex Francorum. Moritur. pag. 561.

Theodoricus Rex Neuſtriæ. p. 347.

Theodorus Calliopa Exarchus. p. 177.

S. *Theodorus* Cantuarienſis. p. 321. ejus paſtoralis ſollicitudo. p. 333. ejus obitus & Capitula. p. 513.

Theodorus Papa. p. 72. epiſtola ad Paulum Conſtantinopolitanum. p. 88. Stephanum Dorienſem conſtituit Jeroſolymæ Vicarium ſuum. p. 91. Sacro Sanguine ſententiam damnationis ſcribit. p. 125. Obit. ibid.

Theodoſius Imp. p. 622.

Thomas Conſtantinopolitanus. p. 320. Obit. p. 340.

Tiberius Apſimarus. pag. 550. occiditur. p. 581.

Tonſura S. Petri. Præferenda tonſuræ Simonis Magi. p. 605.

V.

S. *Vandregiſilus.* p. 168.

Vitalianus Papa. p. 259. irritat ſententiam Archiepiſcopi Cretenſis. p. 318. Obit. p. 339.

Vitiza

Vitiza Rex Hiſpaniæ. p. 569. oculis privatur. p. 617.

W.

Wamba Gothorum Rex in Hiſpania. p. 350. Monachus. p. 466.

S. *Wilfridus*. In Anglia. p. 291. depoſitus. p. 379. ejus labores. p. 503. reſtituitur. p. 509. pulſus. p. 519. Romæ abſolutus. p. 573. reſtituitur. p. 594. Obit. p. 597.

S. *Willebrordus*. In Friſia. p. 551.

Wulfoadus Major Domus. p. 341.

S. *Wulframus*. p. 557.

ERRA-

ERRATA.

Liber XXXVIII.

Pag.	9.	Arabiæ	*Corrige:* Arabia.
	67.	& Conſtantino	ex Conſtantino.
	72.	obitu die	obitus die.
	78.	Gandegavenſi	Gandavenſi.
	84.	feſtivis.	Feſtis.
	90.	& quæritur	& queritur.

Lib. XXXIX.

183.	quam	quem.
190.	& infima	ex infima.
223.	Hi Legati	Hos Legatos.
235.	quio	qui.
262.	juratur	juretur.
272.	perſuaderent	peſſumdarent.
290.	eſt baptizatus	& baptizatus.
328.	S. Patri	S. Patris.
369.	auctiſſimos	acutiſſimos.

Lib. XL.

397.	Barbarum	Barbararum.
406.	& alios	& alias.
456.	ambulabat	ambulat.
480.	in Not. mit der Heydniſchen	mit den Heydniſchen.
490.	ſuo eſſet cariſſimus	ſuo cariſſimus.
511.	Sabbati	Sabbato.
538.	Cnoſiliarium	Conſiliarium.
548.	publice	publicæ.

Lib. XLI.

628.	adducetis	adducatis.
651.	qui legis	quid legas.
652.	laborare,	ſuſtentare ſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURY
HISTOIRE
ECCLESIASTIQUE
TOM. IV.

Th 9
5178